C574.(1st)
Linnaean
QK41
.C574
1781

# SUPPLEMENTUM PLANTARUM

## SYSTEMATIS VEGETABILIUM

*Editionis decimæ tertiæ,*

## GENERUM PLANTARUM

*Editionis ſextæ,*

et

## SPECIERUM PLANTARUM

*Editionis ſecundæ.*

Editum

A

CAROLO a LINNÉ,

Med. Doct.

Med. & Botan. Prof. Upſal.

Hort. Botan. Præf.

BRUNSVIGÆ,

Impenſis Orphanotrophei,

1781.

MISSOURI
BOTANICAL
GARDEN.

*Plantæ, niſi in certa Genera & Species conſtanti ratione, non pro libitu hujus vel illius, redigantur, infinitum quaſi reddetur Phytoſcopiæ Studium.*

JUNG.

# PRÆFATIO.

Vix decima tertia editio *Systematis Regni Vegetabilis* in lucem prodierat, cum patri meo iam pie defuncto cariſſimo occaſio daretur, id ipſum opus novis vegetabilibus e divite & bene conſervata collectione Vegetabilium Surinamenſium huc transmiſſa inſigniter augendi. Jncredibilis ardor, quo pater ad extremum usque halitum ad incrementum Hiſtoriæ Naturalis

conducere voluit, & amor ille plane ſingularis, quo in primis Botanicam ſcientiam tractavit & reſtauravit, neque otium neque tranquillitatem ei dederunt, antequam nova illa in Naturæ Regnis obvia ſecundum ſancitam ejus methodum ſuis locis collocarentur. Jtaque, licet antea ſibi perſuaſum habuerit, illam ipſam Syſtematis editionem fore ultimum lucubrationum ſuarum opus, ſuas tamen adhuc ſuperſtites quantum vis pauxillas vitæ vires haud gravatus eſt impendere ad examinandum, deſcribendum, ſuoque loco in Syſtemate collocandum, quidquid peregrinum & hactenus ſibi incognitum ex vegetabilibus in collectione illa Surinamenſi invenit, additisque nonnullis Africanis hoc modo initium facere hujus ſupplementi.

Quan-

Quantumvis vero exiguum adhuc erat illud ſupplementum, ſollicitus tamen fui, ut quamprimum in publicum prodiret. At vero ſollicitudines illæ ac curæ, quæ poſt obitum devenerandi patris luctuoſæ fuerunt reliquiæ, & quotidiana muneris mei negotia publica pariter ac privata, tum etiam penuria typographorum intra patriam, qui ſuis impenſis opusculum illud prelo ſubiicere poſſent, ejusmodi fuerunt remoræ, quæ non potuerunt non hucusque noſtrum licet peramabile propoſitum impedire. Per biennium & quod jam excurrit plurium amicorum propenſione, qui partim mecum varias herbas in peregrinis terris collectas communicarunt, partim etiam ſua herbaria mihi commodarunt, eo tandem perveni, ut

hocce ſupplementum jam quoad dimidium auctum Tibi L. B. tradere potuerim.

Perpendas animo velim L. B. quam multum temporis quantumque laboris mihi opus fuerit ad examinandum & rite deſcribendum omne illud, quod in hiſce collectionibus rariſſimis ſimulque maximis ſæpe ferro candente ſiccatis obvium fuit, & ſpero, fore ut facile ignoscas, ſi forſitan nævi præter opinionem irrepſerint. Jd tamen præfiſcine dixerim, quod nonnulla hic & illic reperiantur, quæ pro mendis haberi poſſent, quæ tamen ejusmodi non ſunt, præſertim cum non licuerit mihi in hoc peranguſto opusculo ſingula, ut volui ac debui, exponere, multum enim mihi neceſſum fuit in aliud reſervare tempus, dum nova editio Syſtema-

ſtematis ſit adornanda; ſunt autem præcipue ea, quæ ſpectant ad characteres & differentias, in quibus haud mediocris mutatio eſt facta etiam Generum & Specierum prius cognitarum.

In *Claſſificatione* unicam inſtitui mutationem, excludendo Polygamiam, nimirum progreſſu temporis experientia docuit, illam claſſem potius damnum quam utilitatem attuliſſe methodo. Laceratio Generum Naturalium inde orta, Variatio, quam cultura interdum in Sexu efficit, & in primis difficultates, quando ex his hermaphroditus ſive abortiens flos ſe unice offert, ſatis ſuperque neceſſitatem hujus mutationis mihi probarunt. (1) Vix



(1) e. gr. Pyrus, Citrus, Aesculus; Umbellatæ; Synegeneſiſtæ, &c.

tamen auſus fuiſſem propriæ confidere experientiæ, atque illa unice niſus hanc inſtituere reformationem, niſi illud ipſum, quod attuli, a celeberrimis Botanicis, (in primis qui ſequiore ætate peregrinati ſunt) fuerit obſervatum, quorum conſilio uti in hoc puncto mihi gratum fuit. Omnia itaque nova Genera in reliquis collocavi claſſibus, ſed antiquorum Generum ſpecies ſuis collacatas locis volui ad evitandam majorem confuſionem.

*Genera* anniſus ſum, quantum fieri potuit, pauca formare nova; ſed quæ herbæ potuerunt transferri ad aliquod genus jam antea cognitum ſine damno characteris eſſentialis, illuc quoque easdem aſſignavi, quantumvis ſingularem nactus

eſſem

eſſem characterem in iisdem dignoscendis. Hac in re discedendum putavi a noſtri temporis Botanicis, quibus fere perſuaſum eſſe videtur, *quod Genus ſit characteris cauſſa, non autem character Generis cauſſa.* Ego vero ſatis ſuperque expertus ſum, quod multa Genera inutiliter ſcientiam extendant, affines ſeparent, multiplicent difficultates in iisdem internoscendis, & impedire plerumque ſoleant perſpicuitatem in charactere eſſentiali, quo evenit, ut Genera ſenſim per nova inventa ingrediantur ſe invicem, nec facile discerni poſſint. *Debet Botanicus in novo Genere formando ante omnia exquirere ejus affinitatem, ac ſtudioſe, quantum fieri poteſt, ſarta tectaque habere Genera Naturalia, ſeque hoc in caſu ſubiicere Naturæ legibus.*

# PRÆFATIO.

*Species* in hoc ſupplemento videntur forſitan ob copiam nimis multiplicatæ. Illud vero, ſi aliquando accidit, impedire non potui, quoniam neceſſum mihi fuit indagare differentiam in herbis exſiccatis, & nonnunquam in unico tantum nec ſatis bene conſervato exemplari. Fui ſæpiuscule dubius, an ex partium hirſutie, dilatatione, directione, duratione & ſic porro differentias inſtituerem ſpecificas, quæ tamen a cultura, ſolo, climate quam ſæpiſſime commutari ſolent. Illis vero aliquando in dubio conſtitutus, uſus fui, forſitan non ſemper opportune, præſertim cum *genuini repugnet officio Botanici*, *adoptare varietates nomine ſpecierum*, quare hoc in caſu tanto magis me obſervatorum ſubmitto correctionibus, quanto cer-

certius eſt, me mihimet ipſi hoc in puncto nullo modo ſatisfacere potuiſſe.

*Locos*, quatenus cognitos, appoſui, dolendum vero, *Solum* raro admodum innotuiſſe, quod tamen, me quidem judice, Botanici diligenter obſervare debent, unde multiplex uſus variis in caſibus proveniret. *Deſcriptiones* etiam, licet breviter, plerumque adjeci, ita tamen, ne in præjudicium inventorum aliquid in, medium proferrem; ſatius itaque duxi penitus omittere ea, quæ illis reſervata debuerunt ac deſiderarunt.

*Proprietates* cujuscunque ponderis, quæ fuerunt mihi cognitæ, adiiciendas putavi, licet pleræque in Natura proprietates offerant ſe primo intuitu minoris mo-

momenti, tamen etiam illæ ſcripta Botanicorum illuſtrant, & nemini dubium eſſe poteſt, quin ſtudium Botanicum adhuc multo magis gratum fuerit, ſi præter ſpecierum cognitionem & earum rerum, quæ in primis ad Botanicam puram ſpectant, aliquid inſeritur earum proprietatum, quod uſum rerum Naturalium in vita communi indicat: *Finis primarius totius ſcientiæ.* Jn pluribus detegendis uſibus, qui ad rem Medicam & Oeconomicam ſpectant, inprimis quoad originem ſuam, ex qua deriventur, hisce proxime jam præteritis annis felicior fui per plurium peregrinantium Botanicorum ſinceram amicitiam, qui ſine reſervatione arcana ſuasque obſervationes mecum communicarunt, quod inſigne utique amicitiæ documentum fuit,

meri-

meritas eorum laudes reticere non debui, sed ubique suis in locis inventorum appo-sui nomina.

*Ratio*, quare complures illas a recentioribus Botanicis descriptas & figuris illustratas non adoptaverim herbas, methodo licet sexuali dispositas, hæc est, quod occasio mihi non fuerit easdem perviendi & examinandi. Jdeo tamen non dubitavi de cujusdam auctoris fide, licet insimul ingenue fateor, me haud raro percepisse majorem nostra hac ætate Botanicorum audaciam, minoremque accurationem in formandis novis & Generibus (2) &

(2) e. gr. Divisio Generis Naturalis Melastomæ in diversa genera: Melastomam, Tocoeam, Fothergillam, Mayetam, Tibouchinam apud Celeberrimum *Aublet* in nitidissimo ejus opere: *Histoire des plantes de la Guiane* & plures alii.

& Speciebus. (3) Illud opus non eſt pro lubitu & ex arbitrio conficiendum, quemadmodum nonnulli ſibi forſitan perſuadent, utpote quod facile deduceret ſcientiam per nominalem herbarum confuſionem in idem chaos, in qua antea fuit. Ne itaque aliorum vitia in me derivari patiar qui quantumvis fuerim cautus, prius tamen hoc in puncto me laborare facile animadverto, conſtitui, tutum fore, nullas alias cooptare herbas, neque in ſyſtemate, neque in hoc ſupplemento, quam ipſe occaſionem habui meis uſurpandi oculis.

Nova editio *Generum plantarum*, in qua & nova Genera erunt adſtructa & veterum

(3) in ſpeciebus deſunt adhuc ſufficientes obſervationes tales, quales plures habet *Celeberr. Hudſon in ultima editione Floræ Anglicæ.*

terum characteres haud parum correcti, itemque nova editio *Syſtematis Naturæ Regni Animalis & Vegetabilis*; Utraque harum ſunt labores, qui reſpectu characterum & differentiarum ex inventis noſtræ ætatis auctiores & emendatiores prodibunt. Jmpendam ſubſeciva mea tempora ad perficiunda illa opera, quæ pater meus cariſſimus, dum in vivis erat, ſuſcepit, mihique hereditarii loco reliquit.

Jnterea omnes hujus ſcientiæ amatores atque cultores iterum iterumque rogo & obteſtor, velint novas herbas novaque animalia mecum communicare, tum etiam emendationes huic ſcopo ſervientes, & ingratitudinis culpam contraherem, ſi unquam debitam auctoris laudem ſuo loco reticerem. Vix crediderim quid-

piam

piam magis gratum *hiſtoriæ naturalis* cultoribus, quam talem nomenclaturam habere, quæ cuncta in regno animali & vegetabili nobis cognita juxta ſe invicem cum ſuis differentiis dispoſita oſtenderet.

Suscipias interea L. B. hocce ſupplementum, & ignoscas velim, quod omni modo perfectum prodire non potuerit. Sit etiam Tibi perſuaſum, me in primis ea de cauſſa in hoc opere deſudaſſe, ut ſcientiæ, mihi a teneris usque jucundiſſimæ, quodammodo inſervirem. Vale & favorem mihi ne deneges tuum. Dabam Upſaliæ d. 1. Oct. 1780.

# INDEX GENERUM.


| | | | |
|---|---|---|---|
| MONANDRIA. | *Monogynia.* | RENEALMIA | 1350. |
| | | MYROSMA | 1351. |
| | *Digynia.* | MNIARUM | 1352. |
| DIANDRIA. | *Monogynia.* | THOUINIA | 1353. |
| | | ANCISTRUM | 1354. |
| TRIANDRIA. | *Monogynia.* | DILATRIS | 1355. |
| | | KYLLINGIA | 1356. |
| | | FUIRENA | 1557. |
| | | POMMEREULLA | 1358. |
| | *Digynia.* | ANTHISTIRIA | 1359. |
| | | ROTTBÖLLIA | 1360. |
| TETRANDRIA. | *Monogynia.* | HYDROPHYLAX | 1361. |
| | | BANKSIA | 1362. |
| | | HARTOGIA | 1363. |
| | | EMBOTHRIUM | 1364. |
| | *Digynia.* | GOMOZIA | 1365. |
| PENTANDRIA. | *Monogynia.* | VIRECTA | 1366. |
| | | SHEFFIELDIA | 1367. |
| | | RETZIA | 1368. |
| | | EPACRIS | 1369. |
| | | IGNATIA | 1370. |
| | | TEKTONA | 1371. |
| | | ESCALLONIA | 1372. |

| | | |
|---|---|---|
| | | CORINOCARPUS 1373. |
| | | ARGOPHYLLUM 1374. |
| | | GARDENIA 296. |
| | *Digynia.* | MELODINUS 1375. |
| | | RUSSELIA 1376. |
| | | COPROSMA 1377. |
| | | CUSSONIA 1378. |
| | *Trigynia.* | SEMECARPUS 1379. |
| | *Pentagynia.* | COMMERSONIA 1380. |
| HEXANDRIA. | *Monogynia.* | MASSONIA 1381. |
| | | GETHYLLIS 590. |
| | | PHORMIUM 1382. |
| | | EHRHARTA 1383. |
| | | DUROIA 1384. |
| | *Digynia.* | FALKIA 1385. |
| | | GAHNIA 1386. |
| HEPTANDRIA. | *Monogynia.* | DISANDRA 1345. |
| | *Tetragynia.* | APONOGETON 1387. |
| OCTANDRIA. | *Digynia.* | CODIA 1388. |
| | *Tetragynia.* | HALORAGIS 1389. |
| DECANDRIA. | *Monogynia.* | MYROXYLON 1390. |
| | | JNOCARPUS 1391. |
| DODECANDRIA. | *Monogynia.* | DODECAS 1392. |
| | *Trigynia.* | VISNEA 1393. |
| | | TACCA 1394. |
| | | PALLASIA 1395. |
| JCOSANDRIA. | *Monogynia.* | SONNERATIA 1396. |

POLY-

POLYANDRIA. *Monogynia.* TERNSTRÖMIA 1397.
ALSTONIA 1398.
MYRISTICA 1399.
SPARRMANNIA 1400.
VALLEA 1401.
*Digynia.* FOTHERGILLA 1346.
*Pentagynia.* BRÀTHYS 1402.
*Polygynia.* DRIMYS 1403.
UNONA 1404.
DIDYNAMIA. *Angiospermia* HEMIMERIS 1405.
MILLINGTONIA 1406.
THUNBERGIA 1407.
CASTILLEIA 1408.
AMASONIA 1409.
MONADELPHIA. *Triandria.* APHYTEIA 1410.
*Pentandria.* SYMPHONIA 1411.
*Octandria.* AITONIA 1412.
*Polyandria.* BARRINGTONIA 1413.
GUSTAVIA 1414.
CAROLINEA 1415.
DIADELPHIA. *Octandria.* DALBERGIA 1416.
*Decandria.* MULLERA 1417.
POLYADELPHIA. *Pentandria.* AMBROMA 1418.
SYNGENESIA. *Polygam.æqu.* BARNADESIA 1419.
*Polygam.superfl.* UNXIA 1420.
MUTISIA 1421.
*Polygam.segreg.* IUNGIA 1422.

| | | |
|---|---|---|
| GYNANDRIA. | *Diandria.* | DISA 1423. |
| | | FORSTERA 1424. |
| | *Octandria.* | SCOPOLIA 1425. |
| MONOECIA. | *Monandria.* | ARTOCARPUS 1426. |
| | | PHYLLACHNE 1427. |
| | | CASUARINA 1428. |
| | | ÆGOPRIÇON 1429. |
| DIOECIA. | *Monandria.* | PANDANUS 1430. |
| | *Triandria.* | MABA 1431. |
| | *Tetrandria.* | MONTINIA 1432. |
| | *Octandria.* | MARGARITARIA 1433. |
| | *Dodecandria.* | EUCLEA 1348. |
| | *Polyandria.* | HEDRYCARYA 1434. |
| CRYPTOGAMIA. | *Filices.* | ZAMIA 1227. |
| | *Algæ.* | RUPINIA 1435. |
| PALMÆ. | | MAURITIA 1436. |




GENE-

# GENERA.

# MONANDRIA.

## MONOGYNIA.

### 1350. RENEALMIA.

*Character essentialis.*

*Corolla* trifida: *Nectario* oblongo. *Calyx* monophyllus. *Anthera* sessilis, nectario oppositа. *Bacca* carnosa.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* superum, tubulosum, monophyllum, apice rumpitur in duos vel tres Dentes irregulares.

COR. monopetala.

*Tubus* rectus, cylindricus.

*Limbus* trifidus.

*Laciniæ duæ superiores* oblongæ, rotundatæ, æquales.

*Lacinia inferior* superioribus vix longior, canaliculata, oblonga.

*Nectarium* tubo corollæ adnatum, sub laciniis superioribus adscendens, rectum, longitudine corollæ, oblongum, basi utrinque unidentatum, postea sinu excavato, apice dilatatur & obtuse trilobatur.

STAM. *Filamentum* nullum.

*Anthera* unica, fauci tubi inserta, in sinu laciniæ inferioris corollæ, nectario oppositа, libera, recta, linearis, emarginata, interius sulco exarata, longitudine & latitudine laciniæ corollinæ.

PIST. *Germen* inferum, oblongum, obsolete triquetrum, glabrum.

*Stylus* filiformis, glaberrimus, erectus, longitudine corollæ.

*Stigma* peltatum.

*Capitulum* planum, latere nectario vergente truncato, perforato.

*Foramen* in stylum currens.

PER. *Bacca* oblonga, trisulcata, teres, glabra, umbilico terminata, carnosa, in medio trilocularis.

*Loculamenta* mollia, membranacea.

SEM. plurima, oblonga, truncata, tetragona, glaberrima.

*In memoriam celeberrimi Botanici Pauli Renealmii.*

## 1351. MYROSMA.

*Character essentialis.*
*Corolla* quinquepartita, irregularis. *Calyx* duplex: *exterior* triphyllus; *interior* tripartitus.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* superum, duplex.
*exterius* triphyllum: *Foliolis* æqualibus, membranaceis, oblongis, canaliculatis, integerrimis.
*interius* tripartitum (vix triphyllum): *Laciniis* æqualibus, patentibus, oblongis, integerrimis, apice macula fusca notatis.
COR. monopetala, inæqualis.
*Tubus* brevissimus.
*Limbus* quinquepartitus.
*Laciniæ duæ superiores* breviores, oblongæ, inæqualiter emarginatæ.
*Laciniæ tres inferiores* longiores, apice trifidæ, incisæ: intermedio breviori.
STAM. *Filamentum* unicum, liberum, s. margini laciniæ intermediæ inferioris adnatum, basi membranaceum, subulatum.
*Anthera* ovata, compressa.
PIST. *Germen* triquetrum, inferuu.
*Stylus* crassus, deflexus, brevis, trigonus, longitudinaliter fissus, parte priore hirsuta.
*Stigma* valviforme, apertum, labio dilatato.
PER. *Capsula* trilocularis, trivalvis, trigona.
SEM. plura, angulata.

# DIGYNIA.

## 1352. MNIARUM. *Forst. gen. n.* 1.

*Character essentialis.*
*Calyx* quadripartitus, superus. *Corolla* nulla. *Semen* unicum.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* superum, parvum, quadripartitum.
*Laciniæ* æquales, erectæ, subulatæ, obtusæ, rigidæ.
COR. nulla.

STAM.

STAM. *Filamentum* unicum, capillare, erectum, calyce vix longius, basi calycis insertum.
*Anthera* ovata, sulcata.

PIST. *Germen* inferum, ovale, vix angulatum, durum, calyce longius.
*Styli* duo, filiformes, sensim divaricati, longitudine calycis.
*Stigmata* simplicia.

PER. germen immutatum, calyce vestitum.

SEM. (Cotyledones rectius) unicum, oblongum, minimum.

# DIANDRIA.

## MONOGYNIA.

1353. THOUINIA. *Thunberg.*

*Character essentialis.*

*Corolla* infera, tetrapetala. *Calyx* quadripartitus. *Antheræ* sessiles.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* inferum, minimum, quadripartitum, fere tetraphyllum. *Foliola* æqualia, ovata.

COR. *Petala* quatuor, æqualia, linearia, canaliculata, erecta, apice patula, calyce quadruplo longiora.

STAM. *Filamenta* vix ulla.
*Antheræ* sessiles, in fundo floris, oppositæ: singula margini duorum petalorum adhærens, oblonga, sulco longitudinali, apice bifida.

PIST. *Germen* superum, oblongum, glabrum, subcompressum.
*Stylus* brevis, longitudine antherarum, glaber.
*Stigma* ovato-oblongum, subemarginatum.

PER.

SEM.

*In memoriam clarissimi Thouinii, Hortulani regii Parisini & Auctoris Descriptionis Horti botanici Parisini ineditæ, cui varia debeo communicata.*

## 1354. ANCISTRUM. *Forſt. gen. n. 2.*

*Character eſſentialis.*
*Calyx* quadriariſtatus: *Ariſtis* terminatis Glochidibus cruciatis.
*Corolla* quadrifida. *Stigma* penicillatum.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, truncatum, quadridentatum. *Dentes* cylindrico-ariſtati, erecti, terminati hamis quatuor reverſis.
COR. ſupera, monopetala.
*Tubus* breviſſimus.
*Limbus* patulus, quadrifidus.
*Laciniæ* ſubæquales, obtuſæ.
STAM. *Filamenta* duo, baſi tubi adnata, corolla longiora, filiformia.
*Antheræ* ovatæ.
PIST. *Germen* oblongum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* penicilliforme.
PER. nullum, niſi calyx.
SEM. unicum, oblongum, in fundo calycis.
REC. commune, nudum.
*Obſ. Fructum non vidi.*

# TRIANDRIA.
# MONOGYNIA.

## 1355. DILATRIS. *Thunb.*

*Character eſſentialis.*
*Calyx* nullus. *Corolla* hexapetala, hirſuta. *Filamentum tertium* reliquis minus. *Stigma* ſimplex.
*Character naturalis.*
CAL. nullus.
COR. hexapetala, ſupera.
*Petala* ovato-lanceolata, concava, erecto-patentia, æqualia, extus hirſuta, perſiſtentia.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, corolla breviora: *tertium* reliquis minus.
*Antheræ* ovatæ, lanceolatæ, biſulcatæ: *tertia* in filamento minore major.

PIST.

PIST. *Germen* inferum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* ſimplex, obtuſum.
PER. *Capſula* globoſa, hirſutiſſima, trivalvis, trilocularis.
SEM. in ſingulo loculamento ſolitaria, orbiculata, compreſſa, glabra, perpendicularia.

## 1356. KYLLINGIA. *Rottböll. gram.*

*Character eſſentialis.*
*Amentum* ovatum ſ. oblongum, imbricatum. *Flores* calyce corollaque bivalvi.
*Character naturalis.*
*Amentum* imbricatum: *Squamis* oblongis, flores diſtinguentibus.
CAL. *Gluma* inæqualis, compreſſa, bivalvis.
*Valvulæ* lanceolatæ, canaliculatæ, acutæ, corolla multo breviores: *altera* brevior.
COR. *Gluma* calyce longior, compreſſa, bivalvis.
*Valvulæ* carinatæ, inæquales, apice divaricatæ.
*altera* major, lanceolata, acutiſſima, complicata, marginem alterius amplectens.
*altera* brevior, anguſtior.
STAM. *Filamenta* tria, ſubulata, plana.
*Antheræ* lineares, erectæ.
PIST. *Germen* obovatum, complanatum, margine altero gibbum.
*Stylus* unicus, filiformis.
*Stigmata* duo ſ. tria, capillaria.
PER. nullum, ſed Glumæ corollinæ ad maturitatem ſemen conſervantes.
SEM. oblongum, triquetrum, villis deſtitutum.

*In memoriam Petri Kylling, Dani, dixit Rottböll.*

## 1357. FUIRENA. *Rottböll. gram.*

*Character eſſentialis.*
*Amentum* imbricatum: *Squamis* ariſtatis. *Calyx* nullus.
*Corolla* glumis tribus, petaliformibus, obcordatis, cirrho terminatis.
*Character naturalis.*
*Amentum* oblongum, teres, imbricatum.
*Squamæ* canaliculatæ, cuneiformes, tricarinatæ, apice ariſtatæ.
*Ariſta* teres, recta, gluma brevior.

*Flos* intra ſingulam ſquamulam ſolitarius, minimus, tuberculo inſidens.
CAL. nullus.
COR. *Gluma* trivalvis.
*Valvulæ* petaliformes, obcordatæ, ſubmembranaceæ, planæ, integerrimæ, in emarginatura apicis filo incurvo terminatæ.
STAM. *Filamenta* tria, linearia, inter glumas corollinas receptaculo inſerta.
*Antheræ* lineares, erectæ.
PIST. *Germen* magnum, triquetrum.
*Stylus* filiformis.
*Stigmata* duo, revoluta.
PER. nullum, niſi Corolla emarcida ſemen includens.
SEM. triquetrum, nudum, villis deſtitutum.
*In memoriam Georgii Fuireni, Dani, dixit Rottböll.*

## 1358. POMMEREULLA. *Gram. gen. p.* 31.

*Character eſſentialis.*
*Calyx* turbinatus, bivalvis: *Valvulæ* quadrifidæ, dorſo ariſtatæ.
*Character naturalis.*
CAL. *Gluma* turbinata, triflora ſ. quadriflora, bivalvis.
*Valvulæ* æquales, cuneiformes, baſi divaricatæ.
*Unguis* incurvus, linearis, ſenſim dilatatus, quadrifidus.
*Laciniæ* in orbem dilatatæ & floſculos involventes, inæquales.
*laterales* majores, lanceolatæ, acutæ.
*interiores* l. *intermediæ* ſeſquibreviores, ſubulatæ, ariſtatæ.
*Ariſta* dorſalis, inter lacinias minores inſerta, recta, erecta, valvulis longior.
COR. *Gluma* bivalvis.
*Valvulæ* inæquales.
*exterior* calycinis ſimillima, etiam ariſtata.
*interior* breviſſima, ſimpliciſſima ſ. indiviſa, ovata, plana, mutica.
STAM. *Filamenta* tria, breviſſima,
*Antheræ* lineares, longitudine valvularum.
PIST. *Germen* unicum, lineare.
*Stylus* ſimplex.
*Stigmata* duo, latere villoſa.
PER. *Corolla* immutata ſemen ad maturitatem continens, quo facto, dehiſcens idemque demittens.

SEM.

Sem. unicum, oblongum, latere interiore planum, exteriore convexum, pellucidum, glaberrimum.

*In memoriam illuſtriſſimæ Dominæ Du Gage de Pommereull, quæ Agroſtographiam labore infatigabili elaborat.*

# DIGYNIA.

## 1359. ANTHISTIRIA. *Gram. gen. p.* 35.

*Character eſſentialis.*

*Calyx* æqualiter ad baſin fiſſus in lacinias quatuor æquales.

*Character naturalis.*

Cal. *Gluma* quadrivalvis, triflora ſ. quadriflora.

*Valvulæ* æquales, oblongæ, planæ, obtuſiuſculæ, coriaceæ, erecto-patentes, apice papilloſæ: *Papillis* piloſis.

*Floſculus hermaphroditus* ſeſſilis.

*Floſculi maſculi* pedicellati, in eodem calyce plures, hermaphrodito ſimillimi.

Cor. *Gluma* bivalvis.

*Valvulæ* lanceolatæ, acutæ, muticæ; *exterior* major.

Stam. *Filamenta* tria, brevia, filiformia.

*Antheræ* oblongæ, erectæ.

Pist. *Germen* oblongum, ex cujus baſi *Ariſta* torta.

*Styli* duo.

*Stigmata* clavatæ, piloſa.

Per. nullum, niſi *Calyx* clauſus.

Sem. oblongum, glabrum, ſulco exaratum.

*Obſ. Primo intuitu ab omnibus cognitis Graminum generibus calyce quadrivalvi diſtinguitur; nam diviſio calycis in charactere graminum formando maxime eſt eſſentialis.*

## 1360. ROTTBÖLLIA. *Gram. gen. p.* 23.

*Character eſſentialis.*

*Rachis* articulata, teretiuscula, in pluribus filiformis.

*Calyx* ovato-lanceolatus, planus, ſimplex ſ. bipartitus. *Floſculi* alterni in rachide flexuoſa.

*Character naturalis.*

*Rachis* cylindrica, filiformis, ſtrictiſſima, articulata.

*Articuli* deorſum verſus articulum inferiorem oblongo-excavati.

*Flores*

*Flores* rachidis ſinubus excavatis incluſi, ſolitarii ſ. bini, alter maſculus, alter hermaphroditus.

CAL. *Gluma* univalvis.

*Valvula* ſimplex ſ. bipartita, cartilaginea, ad baſin truncata, ſinus operculi inſtar claudens, rachidi articulatione mobili juncta, ovato-oblonga, acuta, plana.

COR. *Gluma hermaphrodita* bivalvis.

*Valvulæ* lanceolatæ, acutæ, concavæ, inæquales, membranaceæ, calyce breviores.

*Gluma maſcula*, ſi adeſt, priori ſimilis.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria.

*Antheræ* lineares, utrinque bifurcatæ.

PIST. *Germen* oblongo-lineare, truncatum, capitello inſtructum, hinc convexum, inde concavum.

*Styli* duo, filiformes.

*Stigmata* plumoſa ſ. penicilliformia.

PER. nullum, niſi ſinus articuli calycis gluma clauſi ſemen maturum non caducum continentes, usque rachis per articulos diſcedit.

SEM. unicum, figura germinis.

*In memoriam celeberrimi Chriſtiani Friis Rottböll, Profeſſoris Botanices Havnienſis.*

# TETRANDRIA.

## MONOGYNIA.

### 1361. HYDROPHYLAX.

*Character eſſentialis.*

*Corolla* infundibuliformis. *Calyx* quadripartitus. *Fructus* anceps, monoſpermus.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſuperum, erectum, quadripartitum, (tetraphyllum videtur, ſed carnoſæ laciniæ baſi membranula cohærent.)

*Laciniæ* ovatæ, acutæ, marginatæ, ſubcarnoſæ, perſiſtentes.

COR. monopetala, infundibuliformis.

*Tubus* calyce longior.

*Limbus* angulatus, quadrifidus.

*Laciniæ* ovatæ, revolutæ.

*Faux* barbata.

STAM.

STAM. *Filamenta* quatuor, apici tubi inſerta, decurrentia, erecta, corolla longiora.
*Antheræ* ſubhaſtatæ.
PIST. *Germen* inferum, oblongum, anceps, ſtriatum.
*Stylus* filiformis, curvatus.
*Stigma* bifidum.
PER. *Fructus* oblongo-ovatus, quadrangularis, anceps, (nam anguli oppoſiti obliterati), parum incurvatus, lignoſus, evalvis.
SEM. unicum, lineare, convolutum, ſcabriuſculum.

## 1362. BANKSIA.

*Character eſſentialis,*
*Amentum* ſquamatum. *Corolla* tetrapetala. *Antheræ* in cavitate laminarum, ſeſſiles. *Capſula* bivalvis. *Semen* bipartibile.
*Character naturalis,*
CAL. *Amentum* commune undique ſquamis tectum.
*Squamæ* ſtupoſo-coriaceæ, ſolidæ, transverſaliter compreſſæ, duplici ordine circum receptaculum arcte approximatæ, ſpiraliter diſpoſitæ: *unius ordinis* minores, per paria approximatæ; *alternæ* latiores, floſculorum paria diſtinguentes.
COR. duæ inter ſingulas ſquamas majores.
*ſingula* tetrapetala, receptaculo inſerta, porrecta, marceſcens.
*Ungues* lineares, longiſſimi, diu in Tubum cohærentes.
*Laminæ* diutius circa ſtigma conniventes, parvæ, lanceolatæ, acutæ, concavæ, duriuſculæ, revolutæ.
STAM. *Filamenta* nulla.
*Antheræ* quatuor, cavitati laminarum inſertæ, adpreſſæ, lanceolatæ, acutæ.
PIST. *Germen* ſuperum, minutum.
*Stylus* filiformis, rigidus, ſulcatus, petalis longior, ſuperne incurvus.
*Stigma* ſimplex, ſtylo craſſius, pyramidaliter acutum, ſub fœcundatione intra laminas corollæ incluſum.
PER. *Strobilus* inter ſquamas continens Capſulas ligneas, magnas, ovatas, uniloculares, bivalves.
SEM. unicum, obovatum, bipartibile, extus auctum membrana magna, ovata, duplicata.

*In memoriam Josephi Banks, futuri Auctoris splendidissimi operis: Plantarum omnium detectarum Terrarum maris australis descriptiones & figuræ.*

## 1363. HARTOGIA. *Thunb.*

*Character essentialis.*
*Petala* quatuor, patentia. *Calyx* quinquefidus. *Drupa* ovata, disperma.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* quinquefidum.
*Laciniæ* subrotundæ, brevissimæ.
COR. *Petala* quatuor, patentia, ovata, obtusa.
STAM. *Filamenta* quatuor, brevissima, basi germinis inserta.
*Antheræ* ovatæ, sulcatæ.
PIST. *Germen* superum, ovatum.
*Stylus* simplex, subulatus.
*Stigma* acutum.
PER. *Drupa* exsucca, ovata, glabra, scabriuscula.
SEM. *Nux* disperma, subcarnosa.

*In memoriam celebris Peregrinatoris Capitis bonæ spei, Hartogii.*

## 1364. EMBOTHRIUM. *Forst. gen. n.* 8.

*Character essentialis.*
*Corolla* tetrapetala. *Antheræ* sessiles, apicibus petalorum insidentes. *Folliculus* teres.
*Character naturalis.*
CAL. nullus.
COR. tetrapetala, tubulosa, post foecundationem revoluta.
*Petala* linearia, obliqua: *apice* latiore, staminifero.
STAM. *Antheræ* quatuor, sessiles s. brevissimis filamentis insidentes, apici petalorum insertæ, majusculæ.
PIST. *Germen* lineare, adscendens, inflexum.
*Stylus* nullus.
*Stigma* subrotundum, magnum, antice planum.
PER. *Folliculus* teres, unilocularis.
SEM. plurima, ovata, compressa, margine altero membrana alata.

DI-

# DIGYNIA.

## 1365. GOMOZIA. *Mutis. gen.*

*Character essentialis.*
*Corolla* campanulata, quadrifida, supera. *Calyx* nullus.
*Bacca* bilocularis.
*Character naturalis.*
CAL. nullus.
COR. supera. monopetala, campanulata.
*Tubus* brevissimus, filiformis, gracilis.
*Limbus* campanulatus, ad medium quadrifidus.
*Laciniæ* lanceolatæ, recurvatæ.
STAM. *Filamenta* quatuor, æqualia, basi corollæ inserta, filiformia.
*Antheræ* globosæ, angulatæ.
PIST. *Germen* inferum, oblongum, teres, magnitudine corollæ.
*Styli* duo, filiformes, basi subconnati, glabri.
*Stigmata* oblonga, simplicia, attenuata, divaricata, villosa.
PER. *Bacca* bilocularis, figura germinis.
SEM. plurima.

# PENTANDRIA.

## MONOGYNIA.

## 1366. VIRECTA.

*Character essentialis.*
*Capsula* unilocularis. *Corolla* infundibuliformis. *Stigma* bipartitum.
*Calyx* pentaphyllus: *Dentibus* interjectis.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* superum, pentaphyllum, persistens.
*Foliola* subulato-setacea, æqualia, erecta.
*Dentes* inter foliola calycina, minimi, glandulosi, solitarii inter singulum foliolorum par.
COR. monopetala, infundibuliformis.
*Tubus* calyce triplo longior, gracilis, æqualis, erectus.
*Limbus* quinquepartitus, æqualis, horizontaliter planus.
*Laciniæ* ovatæ, integræ.

STAM. *Filamenta* in medio tubi inſerta, breviſſima.
*Antheræ* lineares, ſubulatæ, conniventes.
PIST. *Germen* inferum, globoſum, intra calycem terminatum circulo elevato perſiſtente.
*Stylus* filiformis, glaber.
*Stigma* bipartitum: *Laciniis* ſetaceis.
PER. *Capſula* globoſa, angulata, hiſpida, calyce coronata, unilocularis.
*Receptaculum* carnoſum, opplens capſulam, obtectum una ſerie ſeminum.
SEM. plurima, parva, angulata, excavato-punctata.

## 1367. SHEFFIELDIA. *Forſt. gen. n. 9.*

*Character eſſentialis.*
*Capſula* unilocularis, quinquevalvis. *Corolla* campanulata. *Filamenta* decem: *alterna* ſterilia.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* inferum, quinquefidum, acutum, perſiſtens.
COR. monopetala, campanulata, calyce longior.
*Limbus* quinquefidus: *Laciniis* ovatis, reflexis.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, tubo inſerta: *quinque alterna* fertilia, laciniis oppoſita; *quinque* caſtrata, cum laciniis alternantia.
*Antheræ* cordatæ, acuminatæ.
PIST. *Germen* oblongum.
*Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum.
*Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* conica, unilocularis, quinquevalvis.
SEM. plurima, globoſa, receptaculo columnari medio capſulæ inſerta.

*In memoriam Sheffieldii, Botanici Oxonienſis, dixit Forſterus.*

## 1368. RETZIA. *Thunb. Act. lund.*

*Character eſſentialis.*
*Capſula* bilocularis. *Corolla* cylindrica, extus villoſa.
*Stigma* bifidum.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, unguiculare, quinquepartitum.
*Laciniæ* inæquales, lanceolatæ, acutæ.

COR.

Cor. infera, monopetala, tubulosa, cylindrica, intus extusque villosa, apice quinquefida.
*Laciniæ* ovatæ, obtusæ, concavæ, erectæ, apice hirsutissimæ.
Stam. *Filamenta* quinque, subulata, tubi ori inserta, laciniis breviora.
*Antheræ* compressæ, sagittatæ.
Pist. *Germen* superum.
*Stylus* filiformis, corolla longior.
*Stigma* bifidum.
Per. *Capsula* oblonga, bilocularis, bivaluis, acuta, bisulca, glabra.
Sem. plura, minuta.
*Genus non naturale; cum Convolvulo habitu & charactere adeo convenit, ut nullis aliis differat, quam tubulosa corolla extus villosissima.*
*In memoriam clariss. Botanici Sueci, Andreæ Joannis Retzii, Professoris Historiæ naturalis & Demonstratoris Botanices in Academia Lundensi.*

## 1369. EPACRIS. *Forst. gen. n.* 10.

*Character essentialis.*
*Capsula* quinquelocularis, quinquevalvis. *Corolla* infundibuliformis, villosa. *Squamæ* nectariferæ, germini adnatæ.
*Character naturalis.*
Cal. *Perianthium* inferum, quinquepartitum, æquale, persistens.
*Foliola* lanceolata.
Cor. monopetala, infundibuliformis.
*Tubus* sensim ampliatus in *limbum* quinquefidum: *dentibus* acutis, supra villosis.
Stam. *Filamenta* quinque, in fauce corollæ, brevissima.
*Antheræ* incumbentes.
*Nectarium* Squamulæ quinque, obovatæ, emarginatæ, germini adpressæ & adnatæ.
Pist, *Germen* subrotundum, quinquestriatum,
*Stylus* cylindricus, brevis.
*Stigma* capitatum.
Per. *Capsula* depressiuscula, quinquevalvis, quinquelocularis, dehiscens.
Sem, numerosa, minima.

## 1370. IGNATIA.

*Character essentialis.*

*Calyx* quinquedentatus. *Corolla* longissima. *Drupa* unilocularis, polyspermа.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* inferum, monophyllum, breve, campanulatum, quinquedentatum.
*Dentes* erecti, ovati, obtusi.

COR. monopetala, infundibuliformis.
*Tubus* filiformis, spithameus, glaber, erectus.
*Limbus* planus, quinquepartitus.
*Laciniæ* oblongæ, obtusæ, integerrimæ.

STAM. *Filamenta* quinque, receptaculo inserta, longitudine tubi, filiformia, glaberrima
*Antheræ* quinque, conniventes, & contingentes in *Columnam* oblongam, pentagonam, acutam, hispidam.

PIST. *Germen* minimum, ovatum, glaberrimum.
*Stylus* filiformis, longitudine staminum.
*Stigma* tenue, bipartitum: *Laciniis* subulatis.

PER, *Drupa* pyriformis, glaberrima, magna, unilocularis.
*Cortex* ligneus, crassus.
*Loculamentum* farctum nucleis invicem appressis, nec ullum interstitium datur, unde diversæ figuræ.

SEM. *Nuclei* diversæ figuræ, glaberrimi, magnitudine nucis avellanæ, tenui Epidermide tecti, Substantia solida, cornea, durissima, absque solita lamellatione Cotyledonum.
*laterales* irregulariter tetragoni, lateribus interioribus planis, exteriori gibbo, inferiori obliquo.
*centralis* diversissimus, hexagonus: apicibus planis.

## 1371. TEKTONA.

*Character essentialis.*

*Stigma* dentatum: *Drupa* sicca, spongiosa, intra calycem inflatum. *Nucleus* trilocularis.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* inferum, monophyllum, campanulatum, semiquinquefidum.
*Laciniæ* cordatæ, acutæ, patentes.

COR. monopetala, infundibuliformis.
*Tubus* brevis, basi incurva.
*Limbus* campanulatus, quinquefidus.
*Laciniæ* patentes, oblongæ, crenatæ: *apicibus* incurvatis.

STAM.

STAM. *Filamenta* quinque, tubo inserta, decurrentia, erecta, curvata, filiformia, corolla vix longiora.
*Antheræ* globosæ, sulco exaratæ.
*Nectarium* basin germinis cingens, urceolatum, breve, carnosum.
PIST. *Germen* superum, subglobosum, striatum, villosum.
*Stylus* filiformis, parum curvatus, villosus, longitudine corollæ.
*Stigma* obtusum, compressum, bi-aut tridentatum, perforatum.
PER. *Drupa* rotundata, depressa, villosa, exsucca, spongiosa, intra calycem nunc magnum, venosum, inflatum, membranaceum clausa.
SEM. *Nux* figura drupæ, rotunda, depressa, cum acumine, in centro ossea, trilocularis & quadrilocularis.

## 1372. ESCALLONIA. *Mutis.*

*Character essentialis.*
*Fructus* bilocularis, polyspermus. *Petala* distantia, lingulata. *Stigma* capitatum.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, planum, quinquedentatum, persistens.
COR. *Petala* quinque, lingulata, distantia, longiora.
STAM. *Filamenta* quinque, linearia, longitudine calycis.
*Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* inferum, hemisphæricum.
*Stylus* cylindricus, longitudine germinis.
*Stigma* capitatum.
PER. *Bacca* subrotunda, calyce coronata, bilocularis.
SEM. numerosa, parva.
*In memoriam Escalloni, Botanici indefessi Americes, Mutisii discipuli, qui varia Americana communicavit.*

## 1373. CORYNOCARPUS. *Forst. gen. n.* 16.

*Character essentialis,*
*Nux* clavata. *Nectaria* quinque, petaliformia, cum petalis alternantia, basi glandulifera.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* inferum, pentaphyllum.
*Foliola* oblonga, concava.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, baſi anguſtata, erecta.
*Nectarium.* Foliola quinque, erecta, petaliformia, ſed anguſtiora, vix breviora, baſi glandula globoſa aucta, cum petalis alternantia.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, e baſi petalorum.
*Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* ſuperum, globoſum.
*Stylus* brevis, filiformis.
*Stigma* obtuſum.

Per. *Nux* turbinato-clavata, monoſperma.
Sem. *Nucleus* oblongus.

## 1374. ARGOPHYLLUM. *Forſt. gen. n.* 15.

*Character eſſentialis.*
*Capſula* trilocularis. *Nectarium* pyramidale, quinquangulare, longitudine corollæ.

*Character naturalis.*

Cal. *Perianthium* ſuperum, breve, quinquefidum, acutum.

Cor. *Petala* quinque, lanceolata, patentia, calyce majora.
*Nectarium* quinquangulare, pyramidale, apice pervium, conſtans ex *Papillis* plurimis, conniventibus, baſi connatis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, receptaculo inſerta, nectario breviora.
*Antheræ* ovatæ.

Pist. *Germen* calyci adnatum, unde inferum, turbinatum, ſupra planum.
*Stylus* filiformis, longitudine nectarii.
*Stigma* globoſum.

Per. *Capſula* ſupra plana, trilocularis, trifariam dehiſcens.

Sem. plurima, globoſa, poroſa.
*Obſ. Affinitas magna cum Hedera, ſed differt nectario, forte & fructu.*

## 296. GARDENIA.

*Character essentialis.*
*Contorta.* *Bacca* infera, bi- s. quadrilocularis, polysperma.
*Character naturalis.*
CAL. monophyllus, quinquedentatus s. quinquepartitus s. quinqueappendiculatus.
COR. monopetala, infundibuliformis.
*Limbus* planus, quinque-ad novemfidus.
STAM. *Filamenta* nulla.
*Antheræ* fauci tubi insertæ.
PIST. *Germen* inferum.
*Stylus* filiformis s. clavatus.
*Stigma* incrassatum, bipartitum.
PER. *Bacca* sicca, bi-s. quadrilocularis.
SEM. depresso-plana, imposita seriei duplici singuli loculamenti.

# DIGYNIA.

## 1375. MELODINUS. *Forst. gen. n.* 19.

*Character essentialis.*
*Contorta.* *Bacca* bilocularis, polyspermа. *Faux corollæ* coronata.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* inferum, quinquepartitum, persistens.
*Foliola* ovata, margine incumbentia.
COR. monopetala, contorta.
*Tubus* cylindricus, calyce triplo longior.
*Limbus* rotatus, quinquepartitus.
*Laciniæ* falcatæ crenulatæ.
*Nectarium* in medio tubi, stellatum.
*Laciniæ* quinque, fissæ, laceratæ, ut in Nerio.
STAM. *Filamenta* quinque, subulata, brevissima, in medio tubi.
*Antheræ* ovatæ.
PIST. *Germen* globosum, superum.
*Stylus* teres, bipartibilis.
*Stigmata* conica, acuta.
PER. *Bacca* carnosa, globosa, polyspermа: *Dissepimento* carnoso
SEM. ovata, numerosa, compressa, nidulantia in pulpa.

## 1376. RUSSELIA.

*Character essentialis.*
*Calyx* pentaphyllus. *Petala* quinque, supera. *Capsula* unilocularis, polysperma.
*Character naturalis.*
Cal. *Perianthium* pentaphyllum, patens, persistens.
*Foliola* lanceolata, acuta, concava.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, patentia, calyce duplo breviora.
Stam. *Filamenta* quinque, setacea, erecta, longitudine calycis, inter lacinias corollæ inserta.
*Antheræ* oblongæ, incumbentes.
Pist. *Germen* inferum.
*Styli* duo, filiformes, longitudine staminum.
*Stigmata* simplicia, obtusa.
Per. *Capsula* unilocularis. oblongiuscula, truncata, lineis quinque exarata, calyce persistente coronata.
Sem. plurima oblongiuscula, hinc convexa, intus plana.

*In memoriam celeberrimi Alexandri Russel, Peregrinatoris Aleppensis.*

## 1377. COPROSMA. *Forst. gen. n. 69.*

*Character essentialis.*
*Hermaphrodita*: *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* quinquef. septemfida. *Stamina* quinque ad septem. *Styli* duo, longi. *Bacca* disperma. *Semina* duo, planiuscula.
*Feminea* & *Mascula* ut in Hermaphrodita.
*Character naturalis.*

* *Flores Hermaphroditi.*
Cal. *Perianthium* inferum, monophyllum, breve, quinquepartitum, persistens.
*Laciniæ* acutæ, patentes.
Cor. monopetala, infundibuliformis, calyce multo major.
*Limbus* quinque- ad septempartitus.
*Laciniæ* acutæ erectæ.
Stam. *Filamenta* quinque, sex, septem, capillaria.
*Antheræ* subulatæ, basi cordato-emarginatæ, subincurvatæ.

Pist.

Pist. *Germen* ſuperum, oblongum.
*Styli* duo, filiformes, baſi cohærentes, corolla longiores, divaricati.
*Stigma* ſimpliciſſimum.
Per. *Bacca* ovato-globoſa, diſperma.
Sem. duo, ovata, in pulpa remota, latere interiori plana, exteriori convexa.

* *Flores Feminei & Maſculi* ſimiles Hermaphroditis.
*Obſ. Genus mihi adhuc obſcurum hic inſero, video cum Umbellatis affinitatem.*

## 1378. CUSSONIA.

*Character eſſentialis.*
*Petala* quinque, trigona. *Margo receptaculi* dilatatus in calycem quinquedentatum.
*Character naturalis.*
*Umbella* univerſalis quadriradiata: *Involucro* nullo.
Cal. *Perianthium Margo receptaculi* dilatatus, ſubquinquedentatus, perſiſtens.
Cor *Petala* quinque, trigona, acuta, ſeſſilia.
Stam. *Filamenta* quinque.
Pist. *Germen* inferum, turbinatum, coronatum.
*Styli* duo, filiformes, erecti, dein expanſi.
*Stigmata* ſimplicia.
Per. ſubrotundum, biloculare, ſ. bicoccum.
Sem. ſolitaria.
*In memoriam celeberrimi Botanici Cuſſon, qui familiam Umbellatarum elaborare ſtudet.*

# TRIGYNIA.

## 1379. SEMECARPUS.

*Character eſſentialis.*
*Corolla* pentapetala. *Drupa* cordata, celluloſa, monoſperma.
*Character naturalis.*
Cal. *Perianthium* inferum, monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum.
*Laciniæ* cordatæ, acutæ.
Cor. *Petala* quinque, lanceolata, marginata, obtuſa, calyce majora.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corolla breviora, receptaculo inſerta.
*Antheræ* oblongæ, parvæ.

PIST. *Germen* ſuperum, depreſſo-globoſum.
*Styli* tres, recurvati, germini incumbentes & breviores.
*Stigmata* clavata, retuſa.
PER. *Drupa* cordato-oblonga, compreſſiuſcula, inæqualis, glabra
*Pulpa* celluloſa, ſuccoſa.
SEM. *Nux* unica.

# PENTAGYNIA.

## 1380. COMMERSONIA. *Forſt. gen. n.* 22.

*Character eſſentialis.*
*Calyx* monophyllus, corollifer. *Petala* quinque. *Nectarium* quinquepartitum. *Capſula* quinquelocularis, echinata.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, corolliferum.
*Laciniæ* ovatæ, acutæ.
COR. pentapetala.
*Petala* linearia, baſi utrinque lobo inflexo dilatata, patentia.
*Nectarium* quinquepartitum, intra ſtamina.
*Laciniæ* lanceolatæ, erectæ, petalis breviores.
*Corpuſcula* filiformia, quinque, villoſa, ex diviſuris nectarii emiſſa
STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima, ad baſes petalorum.
*Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.
PIST. *Germen* globoſum, villoſum: *torulis* quinque.
*Styli* quinque, filiformes, approximati, breves.
*Stigmata* globoſa.
PER. *Capſula* globoſa, quinquelocularis, echinata: *ſetis* longis, piloſis.
*Loculamenta* diſperma.
SEM. ovata.

*In memoriam celeberrimi Peregrinatoris Botanici Commerſon, Galli.*

HE-

# HEXANDRIA.

## MONOGYNIA.

1381. MASSONIA. *Thunb.*

*Character ſſentialis.*

*Nectarium* inferum. *Corolla* hexapetala, nectario inſerta.

*Character naturalis.*

CAL. nullus.

COR. hexapetala.

*Petala* nectario extus impoſita, lanceolata, patentia, erecta.

*Nectarium* inferum, cylindricum, ſexſtriatum, membranaceum, ſexdentatum.

SIAM. *Filamenta* ſex, nectarii dentibus inſerta, filiformia, incurvata.

*Antheræ* incumbentes, oblongæ.

PIST. *Germen* ſuperum, (reſpectu nectarii.)

*Stylus* ſubulatus, declinatus, longitudine ſtaminum.

*Stigma* ſimplex, acutum.

PER. *Capſula* triquetra, obtuſa, glabra, trivalvis, trilocularis, angulis longitudinaliter dehiſcens.

SEM. plurima, globoſa, glabra.

*In memoriam Franciſci Maſſon, Peregrinatoris Botanici in America celeberrimi, cui omnia Canarienſia in hoc opuſculo deſcripta debeo.*

590. GETHYLLIS. Papiria. *Thunb. Act. lund.*

*Character eſſentialis.*

*Corolla* ſupera, ſexpartita. *Calyx* nullus. *Bacca* clavata, radicalis, unilocularis.

*Character naturalis.*

CAL. nullus.

COR. monopetala.

*Tubus* cylindricus, radicalis.

*Limbus* ſexpartitus, patens,

STAM. *Filamenta* ſex, ori tubi inſerta, ſæpius diviſa.

*Antheræ* ſpirales.

PIST. *Germen* inferum.

*Stylus* ſimplex.

*Stigma* clavatum.

PER. *Bacca* clavata, radicalis, unilocularis.

SEM. nidulantia, globoſa.

## 1382. PHORMIUM. *Forſt. gen. n.* 24.

*Character eſſentialis.*
*Corolla* hexapetala. *Petala tria exteriora* breviora.
*Character naturalis.*
*Calyx* nullus.
Cor. *Petala* ſex, campanulata ſ. cylindrica,
*tria exteriora* breviora.
*tria interiora* longiora, apice patula, obtuſa.
Stam. *Filamenta* ſex, filiformia, adſcendentia, corolla longiora.
*Antheræ* erectæ, ſubtriquetræ.
Pist. *Germen* ſuperum, triquetrum.
*Stylus* filiformis, adſcendens, longitudine corollæ.
*Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* longa, triquetra, acuminata, triloculáris, trivalvis.
Sem. plurima, oblonga, depreſſa.
*Obſ. Differt ab Hyacintho ſolummodo irregularitate corollæ, quod petala tria exteriora breviora, & vices gerentia quaſi calycis.*

## 1383. EHRHARTA. *Thunb. Act. holm. ann.* 1779. *p.* 216. *Gram. gen. p.* 32.

*Character eſſentialis.*
*Calyx Gluma* bivalvis, abbreviata, uniflora. *Corolla Gluma* duplex: utraque bivalvis: *exterior* compreſſa, acinaciformis, transverſaliter rugoſa, baſi exciſa.
*Stamina* ſex, utrimque piſtillo tria, linea parallela. *Stigma* ſimplex, compreſſum, quadrijubatum, apice laceratum.
*Character naturalis.*
Cal. *Gluma* abbreviata, uniflora, bivalvis.
*Valvulæ* ſubovatæ, acutæ, concavo-canaliculatæ, patentiuſculæ, glaberrimæ, ſubinæquales.
*exterior* minor, ovato-lanceolata, interiorem baſi amplectens.
*interior* major, lato-ovata, longitudinaliter ſtriata.

Cor.

COR. *Gluma* duplex, mutica, calyce duplo longior.
*exterior* non expanſa, acinaciformis, bivalvis.
*Valvulæ* oblongæ, obtuſæ, complicatæ, compreſſæ, amplexantes, hiſpidæ, transverſaliter rugoſæ, baſi exciſæ, inæquales.
*exterior* obovata, ante floreſcentiam maximam partem interioris obvolvens, vix longior, ſed latior, carinata, dorſo recurvata, inferne rugoſa, baſi duobus faſciculis villorum munita.
*Faſciculus inferior* in ala valvulæ calycinæ interioris.
*ſuperior* inferiori oppoſitus.
*Villi* in quovis faſciculo viginti ad triginta, calyce breviores.
*interior* anguſtior, linearis, incurvata, tota rugoſa, ad baſin dorſi in utroque latere faſciculo villorum ornata.
*Rugæ* transverſæ, faſciatæ, elevatæ.
*interior* anceps, bivalvis.
*Valvulæ* membranaceæ, complicatæ, glaberrimæ, inæquales.
*exterior* ovata, ſtriata, apice emarginata, baſi carinata.
*interior* anguſtior, ſubulata, falcata.
*Nectarium Membranulæ* duæ, minimæ, tenuiſſimæ, lacerato-ciliatæ, genitalia obvolventes.

STAM. *Filamenta* ſex, breviſſima, in linea parallela receptaculo compreſſo inſerta.
*Antheræ* erectæ, lineares, apice bifidæ, baſi emarginatæ.

PIST. *Germen* ovatum, compreſſiuſculum, minimum, glabrum.
*Stylus* compreſſus, breviſſimus, glaber.
*Stigma* ſimplex longum, compreſſum, quadrijugatum, apice lacerum.
*Jubæ* longitudine ſtigmatis, cruciatim oppoſitæ.

PER. nullum.

SEM. unicum, ovatum, glabrum.

*In memoriam clariſſimi Friderici Ehrhart, Helveti, obſervatoris diligentiſſimi & acuti, cui plura debeo, & qui ob priſtinam amicitiam curam typographicam hujus opuſculi in ſe ſuſcepit.*

## 1384. DUROIA.

*Character essentialis.*
*Calyx* superus, cylindricus, truncatus. *Limbus* sexpartitus. *Filamenta* nulla. *Pomum* hispidum.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, cylindricum, truncatum, arctum, brevissimum, superum.
COR. monopetala.
*Tubus* cylindricus.
*Limbus* longitudine tubi, sexpartitus.
*Laciniæ* ovatæ, patentes.
STAM. *Filamenta* nulla.
*Antheræ* sex, intra tubum, oblongæ.
PIST. *Germen* inferum.
*Stylus* filiformis, longitudine tubi.
*Stigmata* duo.
PER. *Pomum* globosum, umbilicatum, pilosissimum.
*Pili* erecti.
SEM. Plurima, nidulantia, ovalia, plana, glaberrima, duplici serie incumbentia.

*Obs. Abortiunt sæpe flores, etiam flores sunt mere masculi, qui carent germine.*

*In memoriam celeberrimi Botanici Jo. Phil. du Roi, Medici Brunsvicensis, Auctoris Observationum Botanicarum & Horti Harbeccensis.*

# DIGYNIA.

## 1385. FALKIA.

*Character essentialis,*
*Calyx* monophyllus. *Corolla* monopetala. *Semina* quatuor.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* inferum, monophyllum, infundibuliforme, quinquepartitum, persistens.
*Dentes* lanceolati.
COR. monopetala, campanulata.
*Limbus* ampliatus, crenatus, decempartitus.
STAM. *Filamenta* sex, filiformia, tubo inserta, erecta, inæqualia, corolla breviora.
*Antheræ* ovatæ.

PIST.

PIST. *Germina* quatuor, ſupera, glabra.
*Styli* duo, capillares, divaricati.
*Stigmata* capitata, obtuſa.
PER. nullum.
SEM. in fundo calycis, quatuor, globoſa.
*Obſ. Cum Convolvulis affinis.*
*In memoriam Joannis Petri Falk, Sueci, Profeſſoris Petropolitani, qui ex itinere botanico in orientalis Ruſſiæ partes celebris.*

## 1386. GAHNIA. *Forſt. gen. n.* 26. *Gram. gen. p.* 34.

*Character eſſentialis.*
*Stamina* ſex. *Stigma* dichotomum.
*Character naturalis.*
CAL. *Gluma* irregularis, bivalvis.
*Valvulæ* lanceolatæ, canaliculatæ, acuminatæ, inæquales.
*exterior* longior, latior.
COR. *Gluma* bivalvis, figura glumæ calycinæ, at brevior.
*Nectarium* hyalinum, bivalve, filamenta involvens.
*Valvula exterior* major, cuneiformis, cum acumine.
*interior* minor, ovata.
STAM. *Filamenta* ſex, brevia, glabra, ſub floreſcentia elongata.
*Antheræ* lineares, erectæ, acuminatæ.
PIST. *Germen* oblongum, glabrum.
*Stylus* filiformis, erectus, apice bifidus.
*Stigmata* bifida, ſimplicia, glaberrima, recurvata.
PER. nullum.
SEM. unicum, oblongum, ſubangulatum, glabrum, cinctum *filamentis* perſiſtentibus, elongatis, floſculis duplo longioribus, pendentibus.
*Obſ. Magnam ſimilitudinem cum Schœno habet hoc Genus.*
*In memoriam Henrici Gahn, Sueci, dixit Forſterus.*

HE-

# HEPTANDRIA.

## MONOGYNIA.

### 1345. DISANDRA.

*Character eſſentialis.*
*Calyx* heptaphyllus. *Corolla* ſeptempartita, plana. *Capſula* bilocularis.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* heptaphyllum, campanulatum, ſuperne patens, corolla longe minus, perſiſtens.
COR. monopetala, rotata.
*Tubus* breviſſimus.
*Limbus* ſeptempartitus.
*Laciniæ* ovatæ.
STAM. *Filamenta* ſeptem, capillaria, erecta, corolla breviora.
*Antheræ* cordatæ.
PIST. *Germen* ovatum, ſuperum.
*Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum.
*Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* ovata, bilocularis, longitudine calycis.
SEM. plurima, ſubrotunda.
*Obſ. Magnam cum Sibthorpia habet affinitatem,*

# TETRAGYNIA.

### 1387. APONOGETON.

*Character eſſentialis.*
*Amentum. Corolla* nulla. *Capſulæ* triſpermæ.
*Character naturalis.*
CAL. nullus niſi *Bractea* ſeſſilis, ovata, ſæpe bipartita, obtuſa, colorata, exterius latus floris cingens.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* ſex ad duodecim, ſubulata, bracteis breviora.
*Antheræ* — —
PIST. *Germina* tria ſ. quatuor inter ſtamina & rachin ſpicæ.
*Styli* acuminati.
*Stigmata* ſubulata, apice obtuſa.

PER.

PER. *Capſulæ* tres ſ. quatuor, ovatæ, ſubulato-acuminatæ, exteriore latere gibbæ, triſpermæ.

SEM. tria, baſi capſulæ affixa, obovata, ſubcompreſſa.

*Obſ. Spatha tenuiſſima tegens ſpicam in monoſtachya, vix vero in ſpecie diſtachya.*

*Facies Potamogetonis.*

*Ob numerum inconſtantem ſtaminum Claſſi Heptandriæ hoc genus inſerui.*

# OCTANDRIA.
# DIGYNIA.

## 1388. CODIA. *Forſt. gen. n.* 30.

*Character eſſentialis.*

*Calyx* tetraphyllus. *Petala* quatuor. *Receptaculum commune* involucratum.

*Character naturalis.*

CAL. *communis* tetraphyllus: *Foliis* reflexis infra capitulum. *proprius* tetraphyllus: *Foliolis* ellipticis, erectis.

COR. *Petala* quatuor, linearia.

STAM. *Filamenta* octo, filiformia, duo ſingula baſi petali adnata, corolla longiora.
*Antheræ* ovato-angulatæ.

PIST. *Germen* minimum, ſuperum, villoſiſſimum.
*Styli* duo, ſubulati, longitudine ſtaminum.
*Stigmata* ſimplicia.

PER.

SEM.

RECEPTACULUM *commune* villoſum.

*Obſ. Nimis magna affinitas cum Bruniis. Determinet fructus an Genus ſeparandum. Etiam plurimæ Bruniæ ſpecies digynæ ſunt.*

# TETRAGYNIA.

## 1389. HALORAGIS. *Forſt. gen. n.* 31.

*Character eſſentialis.*
*Calyx* ſuperus, quadrifidus. *Petala* quatuor. *Drupa* ſicca.
*Nux* quadrilocularis.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* ſuperum, quadrifidum, germini adnatum, perſiſtens.
COR. *Petala* quatuor, ovata, erecta, concava.
*Ungues* acuti, parvi.
STAM. *Filamenta* octo, filiformia.
*Antheræ* longæ, quadriſulcæ.
PIST. *Germen* inferum, glabrum.
*Styli* quatuor, breviſſimi.
*Stigmata* ſubquadrangularia, truncata, papuloſa.
PER. *Drupa* ſicca, globoſa, calyce perſiſtente coronata.
SEM. *Nux* oſſea, quadrilocularis.
*Nuclei* ſolitarii, minuti.

*Obſ. De fructu dubito; vereor, quod matura dehiſcat.*

# DECANDRIA.
# MONOGYNIA.

## 1390. MYROXYLON.

*Character eſſentialis.*
*Calyx* campanulatus. *Petalum ſuperius* reliquis majus.
*Germen* corolla longius. *Legumen* monoſpermum.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, perſiſtens.
*Dentes* minimi, obſoletiores.
COR. *Petala* quinque, receptaculo inſerta, inæqualia, irregularia, unguiculata.
*Ungues* anguſti, lineares, longitudine calycis.
*Lamen petali ſuperioris* latum, reflexum, ovatum, obcordatum.
*Lamina petalorum reliquorum* anguſto-lanceolata, recta, vix patentia.

STAM.

STAM. *Filamenta* decem, germini adpreſſa, longitudine calycis, filiformia, glabra.
*Antheræ* extra calycem denudatæ, erectæ, lanceolatæ, ſulco exaratæ, acumine brevi terminatæ.

PIST. *Germen* ſuperum, flore longius, extra florem propendens, acinaciforme, compreſſum.
*Stylus* adſcendens, brevis, filiformis.
*Stigma* obtuſum, ſimplex.

PER. *Legumen* enſiforme, baſi anguſtatum, apicem verſus dilatatum, rotundatum, tamen ubique anceps, glabrum, monoſpermum.

SEM. unicum, rotundatum, compreſſum, in apice leguminis.

## 1391. INOCARPUS. *Forſt. gen. n.* 33.

*Character eſſentialis.*
*Corolla* infundibuliformis. *Calyx* bifidus. *Stamina* duplici ſerie. *Drupa* monoſperma.
*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, bifidum.
*Laciniæ* oblongæ, obtuſæ, æquales.

COR. monopetala, tubuloſa.
*Tubus* cylindricus, calyce longior.
*Limbus* quinquepartitus, tubo longior.
*Laciniæ* reflexæ, undulatæ, lineares.

STAM. *Filamenta* decem, breviſſima, tubo inſerta, duplici ſerie verſus faucem.
*Antheræ* ovatæ.

PIST. *Germen* ſuperum, oblongum, villoſum.
*Stylus* nullus.
*Stigma* ſimplex.

PER. *Drupa* ovata, magna, compreſſa, incurvata, monoſperma.

SEM. *Nux* fibris lignoſis interextis conſtans.
*Nucleus* ovalis, compreſſus.

# DODECANDRIA.

## MONOGYNIA.

### 1392. DODECAS.

*Character essentialis.*

*Calyx* semiquadrifidus, corollifer, superus. *Corolla* pentapetala. *Capsula* unilocularis, calyce connata.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* superum, monophyllum, turbinatum, semiquadrifidum.
*Laciniæ* ovatæ, patentes.

COR. *Petala* quatuor, sessilia, calyci inserta, subrotunda.

STAM. *Filamenta* duodecim, capillaria, calyce breviora, receptaculo inserta.
*Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* semisuperum.
*Stylus* filiformis, staminibus longior.
*Stigma* simplex.

PER. inferum, ovatum, uniloculare, calyce patulo coronatum, intra quem apex capsulæ denudatus quadrivalvis.

SEM. numerosa, oblonga minuta.

*Obs. Forte Jussieuæ species.*

# TRIGYNIA.

### 1393. VISNEA.

*Character essentialis.*

*Corolla* pentapetala. *Calyx* pentaphyllus, inferus. *Stigmata* tria.

*Nux* bi- s. trilocularis, semi infera.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* inferum, pentaphyllum, persistens.
*Foliola* lanceolata, recurvata: *tria exteriora* pilosa.

COR. pentapetala.
*Petala* elliptica, æqualia, patentia, calyce vix longiora, integra.

STAM. *Filamenta* duodecim, erecta, receptaculo inserta, filiformia, petalis breviora.
*Antheræ* quodrangulæ, erectæ, arista terminatæ.

PIST.

PIST. *Germen* ſuperum, hirtum, attenuatum quaſi in Stylum hirtum breviſſimum.
*Styli* tres, filiformes, glabri.
*Stigmata* ſimplicia.
PER. *Nux* ovata, glabra, acuminata, bi- ſ. trilocularis, ſemiinfera, calycis foliolis conniventibus incluſa, & per maximam partem monophylla calycis parte tecta, quæ cum nuce connata, at ſuperior tertia pars nucis intra calycem nuda.
SEM. ſingulo loculamento unicum.

*In memoriam Dni Viſne, Portugalli, amore & cognitione plantarum noti.*

## 1394. TACCA. *Forſt. gen. n.* 35.

*Character eſſentialis.*
*Flos* ſuperus. *Corolla* hexapetala, fornicata. *Calyx* hexaphyllus. *Bacca* ſicca, angulata, trilocularis.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* ſuperum, hexaphyllum.
*Foliola* ovata, conniventia, perſiſtentia.
COR. *Petala* ſex, fornicata, æqualia.
STAM. *Filamenta* vix ulla.
*Antheræ* oblongæ, binæ ſingulorum petalorum cavo innatæ.
PIST. *Germen* inferum,
*Styli* tres, breves.
*Stigmata* obcordata.
PER. *Bacca* ſicca, ovata, angulata, trilocularis.
SEM. plura, ovata, ſtriata.

## 1395. PALLASIA. Pterococcos. *Pallaſ.*

*Character eſſentialis.*
*Corolla* pentapetala. *Calyx* nullus. *Nux* quadrangularis: *angulis* membranaceis, bifidis.
*Character naturalis.*
CAL. nullus.
COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, ſubinæqualia, perſiſtentia.

STAM. *Filamenta* quindecim, ſetacea, longitudine corollæ, baſi craſſiuſcula, perſiſtentia.
*Antheræ* ſubgloboſæ, didymæ.
PIST. *Germen* ſuperum, conicum, plicatum.
*Styli* tres ſ. quatuor, reflexi.
*Stigmata* capitata.
PER. nullum, niſi cruſta ſeminis.
SEM. *Nux* oblonga, angulata.
*Angulæ* quatuor, bifidæ, membranaceæ.

*In memoriam Petri Simonis Pallas, Peregrinatoris Sibiriæ & Auctoris Itineris per provincias Imperii Ruſſici.*

# ICOSANDRIA.

## MONOGYNIA.

### 1396. SONNERATIA.

*Character eſſentialis.*
*Calyx* ſexfidus. *Petala* ſex, ſubulata. *Capſula* multilocularis, ſucculenta: *Loculis* polyſpermis.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, planum, ſexfidum, perſiſtens.
*Laciniæ* ovatæ.
COR. *Petala* ſex, ſubulata, baſi calycis inſerta, patentia, calyce vix longiora.
STAM. *Filamenta* plurima, baſi calycis inſerta, filiformia, longa.
*Antheræ* globoſæ.
PIST. *Germen* ſuperum, globoſum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* ſimplex.
PER. *Fructus* calyci perſiſtenti patulo inſidens, globoſus, glaber, ſucculentus, multilocularis.
SEM. plurima.

*In memoriam Sonneratii, itinere in novam Guineam celebris, qui Cryptogama pulchra per Dn. Thouin communicavit.*

# POLYANDRIA.

## MONOGYNIA.

### 1397. TERNSTRÖMIA. *Mutis.*

*Character essentialis,*

*Calyx* monophyllus, quinquepartitus. *Corolla* monopetala, quinque- s. sexpartita, globosa, campanulata. *Bacca* exsucca, bilocularis, evalvis.

*Character naturalis,*

CAL. *Perianthium interius* monophyllum, qninquepartitum, cui incumbunt duæ minores *Squamæ*.

*Laciniæ* omnes orbiculatæ, concavæ, persistentes.

COR. monopetala, campanulata.

*Tubus* nullus.

*Limbus* quinquepartitus, rarius sexpartitus.

*Laciniæ* orbiculatæ, concavæ, emarginatæ, calyce longiores.

STAM. *Filamenta* numerosa, basi corollæ inserta, filiformia, duplici serie, corolla breviora.

*Antheræ* lineares, erectæ, longitudine filamentorum.

PIST. *Germen* superum, subrotundum.

*Stylus* cylindricus, longitudine staminum.

*Stigma* capitatum.

PER. *Bacca* exsucca, ovata, lævis, bilocularis, evalvis.

SEM. Suboctona, convexa, inde plana.

*In memoriam Ternströmii, qui itinere in Chinam notus, dixit Mutisius.*

### 1398. ALSTONIA. *Mutis.*

*Character essentialis.*

*Calyx* inferus, imbricatus. *Corolla* octo - s. decemfida: *Laciniis* alternatis.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* inferum, imbricatum.

*Squamæ* ovatæ, concavæ, obtusissimæ.

*internæ* sensim majores, quasi calycem quadri- s. quinquepartitum formantes.

Cor. monopetala, calyce brevior.
*Tubus* brevis.
*Limbus* patens, octo- ſ. decempartitus.
*Laciniæ* æquales, duplici ſerie poſitæ, alternæ interiores, obovatæ, obtuſæ, integerrimæ.
Stam. *Filamenta* plurima, tubo inſerta, breviſſima, imbricata, glaberrima: *exteriora* longiora, linearia, apice attenuata.
*Antheræ* orbiculatæ, ſulcatæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ovatum, parvum.
*Stylus* ſimplex, longitudine corollæ, filiformis, erectus.
*Stigma* capitato-obovatum.
Per.
Sem.

*In memoriam Caroli Alſton, Profeſſoris Edimburgenſis, dixit Mutis.*

## 1399 MYRISTICA.

*Character eſſentialis.*
*Bacca* carnoſa, monoſperma. *Membrana* reticularis, ficca, inter baccam & ſemen.
*Character naturalis.*
Cal. *Perianthium* campanulatum, quinquefidum, inferum.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, integra, calyce longiora.
Stam. *Filamenta* plurima, filiformia, erecta, glabra.
*Antheræ* oblongæ.
Pist. *Germen* ovatum, ſuperum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* ſimplex.
Per. *Bacca* pomiformis, ovata, monoſperma.
Sem. unicum, magnum, ſubrotundum, intus variegatum, extus integumento tectum.
*Integumentum* ſubreticulare, membranaceum, planum.
*Fibræ* irregulares, inæquales, ſubcarnoſæ, ſemini fere impreſſæ.

## 1400. SPARMANNIA.

*Character essentialis.*
*Calyx* tetraphyllus. *Corolla* tetrapetala, reflexa. *Nectaria* plura, torulosa. *Capsula* angulata, quinquelocularis, echinata.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* inferum, tetraphyllum.
*Foliola* æqualia, lanceolata, integra, reflexa.
COR. *Petala* quatuor, æqualia, cuneiformia, plana, integra, sursum reflexa, arcte receptaculo adpressa, calyce longiora.
*Nectaria* propria, filiformia, difformia, torulosa, staminibus breviora.
*Toruli* inflati, turbinati.
STAM. *Filamenta* plurima, distincta, filiformia, exteriora nectariis assimilantia, sed tamen longiora, corolla breviora.
*Antheræ* cordato-ovatæ, insidentes.
PIST. *Germen* superum, subglobosum, quinquangulare, hispidum.
*Stylus* filiformis, rectus, dependens inter stamina, staminibus multo longior.
*Stigma* truncatum, papillis elongatis terminatum.
PER. *Capsula* quinquangularis, echinata.
*Setæ* longiores, patentes, rectæ, rigidæ, pilosæ, in angulis majores, spina terminatæ.
*Spina* pellucida, recta, pungens.
SEM. in quovis loculamento bina, oblonga, glabra, altero latere carinata.

*Obs. Differt itaque hoc Genus in plurimis a Triumfetta, cujus habitum habet, respectu herbæ, at inflorescentiæ Geranio assimilatur.*

*Capsula quamvis echinata, tamen non uncinata. Nectariis singularibus etiam valde distinctum genus, ne dicam numerum partium valde diversum & constantem.*

*In memoriam Andreæ Sparrmann, Sueci, itinere botanico in Chinam, in Caput bonæ spei, & adjacentes Terras Africanas, etiam in dissitimas Insulas Maris notii cum Dominis Forsteris instituto celebris, qui Capensia plurima communicavit.*

## 1401. VALLEA. *Mutis.*

*Character essentialis.*
*Capsula* bilocularis. *Calyx* tetra- s. pentaphyllus. *Petala* quatuor s. quinque, trifida. *Stigma* quadri- s. quinquefidum.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* tetra- s. pentaphyllum.
*Foliola* ovato - lanceolata, striata, colorata, decidua.
COR. *Petala* quatuor s. quinque, obovata, trifida, calyce patulo majora.
*Nectarium Margo* planiusculus, margine undulatus, nitidus, coloratus.
STAM. *Filamenta* plura, triginta ad quadraginta, planiuscula, colorata, incurva, serie simplici, infra nectarium receptaculo inserta, brevia.
*Antheræ* lineares, erectæ, apice biperforatæ.
PIST. *Germen* superum, ovatum.
*Stylus* teretiusculus, longitudine floris.
*Stigma* quadri- s. quinquefidum, tenue.
PER. *Capsula* quadri- s. quinquangularis: *Loculis* bilocularibus.
SEM. plura.

*In memoriam Vallei, ab Allionio laudati, dixit Mutis.*

# DIGYNIA.

## 1346. FOTHERGILLA.

*Character essentialis.*
*Calyx* indivisus, truncatus. *Corolla* nulla. *Germen* bifidum. *Capsula* bilocularis: *Loculamenta* bivalvia.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, arctum, subtruncatum, brevissimum, persistens.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* plurima, filiformia, superne crassiora, longa.
*Antheræ* minutæ, erectæ, quadrangulares.

PIST.

PIST. *Germen* ovatum, bifidum.
*Styli* duo, ſubulati, terminales, longitudine ſtaminum.
*Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* indurata, biloba, bilocularis.
*Lobi* bivalves.
SEM. ſolitaria, oſſea.

*Obſ. Fructus & Habitus Hamamelis.*

*In memoriam Jo. Fothergill, Angli, Medici & indagatoris Hiſtoriæ naturalis inclitiſſimi, cui plurima in Botanicis & Zoologicis debuit b. m. parens & ego.*

# PENTAGYNIA.

## 1402. BRATHYS. *Mutiſ.*

*Character eſſentialis.*
*Calyx* pentaphyllus. *Petala* quinque. *Nectarium* nullum.
*Capſula* unilocularis, polyſperma.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* pentaphyllum.
*Foliola* lanceolata, acuta, perſiſtentia.
COR. *Petala* quinque, lanceolata, calyce duplo longiora.
STAM. *Filamenta* plura ultra viginti, capillaria, longitudine calycis.
*Antheræ* didymæ.
PIST. *Germen* ſuperum, ovatum.
*Styli* quinque, patuli, filiformes.
*Stigmata* capitata.
PER. *Capſula* ovata, quinquetoruloſa, unilocularis.
SEM. plurima, ſubrotunda.

# POLYGYNIA.

## 1403. DRIMYS. *Forſt. gen. n. 42. Forſt. Act. upſ. v. 3. p. 181.*

*Character eſſentialis.*
*Perianthium* trilobum. *Petala* ſex ſ. duodecim. *Germina* clavata. *Stylus* nullus. *Bacca* obovata.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* inferum, monophyllum, integrum, dehiſcens in tres *Lacinias*, unde trilobum.

COR.

Cor. *Petala* ſex ſ. duodecim, ovalia, patentia.

Stam. *Filamenta* numeroſa, ſuperne craſſiora, brevia.
*Antheræ* ovales, didymæ, lobis apice cohærentibus.

Pist. *Germina* quatuor ſ. octo, obovata, clavata.
*Styli* nulli.
*Stigmata* uni- ſ. tridentata.

Per. *Baccæ* quatuor ſ. octo, obovatæ, ſubpedicellatæ, tetraſpermæ.

Sem. duo ſ. quatuor, ovata, ſubtriquetra.

*Obſ. Forſterus Drimym ſuam a Winterana diſtinguit. Judicent autoptæ.*

## 1404. UNONA.

*Character eſſentialis.*

*Calyx* triphyllus. *Corolla* hexapetala. *Baccæ* plures, pedicellatæ, diſpermæ.

*Character naturalis.*

Cal. *Perianthium* triphyllum, minutum, acutum, appreſſum.

Cor. *Petala* ſex, lanceolata, ſeſſilia, baſi extus gibba, intus excavata in urceolum ſimul.

Stam. *Filamenta* nulla.
*Antheræ* innumeræ, oblongæ, in globum intra urceolum corollæ congeſtæ.

Pist. *Germina* antheris obtecta.
*Styli* ſubdeni, ſetacei, approximati, antheris fere longiores.
*Stigma*

Per. *Baccæ* plures, pedicellatæ, umbellatim divergentes, ovatæ, gibbæ.

Sem. duo, ovata, glaberrima, baſi mutilata: altero ſupra alterum.

*Obſ. Melius Gynandra & nimis convenit cum Annona.*

DIDY-

# DIDYNAMIA.

## ANGIOSPERMIA.

### 1405. HEMIMERIS.

*Character essentialis.*

*Capsula* bilocularis: *loculo altero* gibbosiore. *Corolla* rotata: *Lacinia una* major, obcordata. *Fossula laciniarum* nectarifera.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, ad basin fere quinquepartitum.
*Foliola* lanceolata, persistentia.

COR. monopetala, rotata, subinæqualis.
*Laciniæ singulæ* in medio *Fossula* nectarifera.
*una* major, obcordata.
*reliquæ* obtusæ.
*ultimæ* minores, majori oppositæ.

STAM. *Filamenta* duo s. quatuor, ad basin petali majoris.
*duo* horizontalia.
*duo* minora, inclinata.
*Antheræ* cordiformes, connatæ.

PIST. *Germen* superum.
*Stylus* filiformis, inter antheras positus.
*Stigma* simplex.

PER. *Capsula* ovata, bilocularis.
*Loculus alter* gibbosior.

SEM. plurima, subglobosa, diaphana.

*Obs. Genus Antirrhinis maxime affine, sed figura Corollæ valde diversa.*

### 1406. MILLINGTONIA.

*Character essentialis.*

*Fructus* . . . . . *Corolla* longissima: *Limbo* quadrifido. *Calycis margo* reflexus. *Antheræ* bipartitæ, vaginantes.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, breve.
*Margo* reflexus, quinquedentatus.

COR.

Cor. monopetala, regularis.
*Tubus* longiſſimus, filiformis.
*Limbus* quadripartitus.
*Laciniæ* oblongæ, integræ.
Stam. *Filamenta* quatuor, ad latus ſuperius corollæ, limbo corollæ breviora, per paria antheris convergentia, quorum duo breviora, filiformia.
*Antheræ* bipartitæ, amplexantes.
*exterior* oblonga, recta, obtuſa, longitudinaliter dehiſcens.
*minor* e baſi majoris emiſſa, ſubulata, incurva.
Pist. *Germen* lineare.
*Stylus* filiformis ſtaminibus & flore longior.
*Stigma* ovatum, bivalve.
*Valvulæ* æquales, ovatæ, planæ, ſubpatentes.
Per. an Siliqua?
Sem.

*In memoriam Millingtoni, Angli.*

## 1407. THUNBERGIA.

*Character eſſentialis.*
*Calyx* duplex: *exterior* diphyllus; *interior* multipartitus.
*Character naturalis.*
Cal. *Perianthium* duplex.
*exterius* diphyllum.
*Foliola* ovata, obtuſa, quinquenervia, longitudine fere tubi.
*interius* monophyllum, multipartitum.
*Laciniæ* circiter duodecim, ſubulatæ, perianthio exteriori triplo breviores.
Cor. monopetala, campanulata.
*Tubus* ſenſim ampliatus.
*Limbus* quinquefidus.
*Laciniæ* æquales, ovatæ, obtuſiſſimæ, tubo duplo breviores.
Stam. *Filamenta* quatuor, tubo inſerta, didynama.
*Antheræ* ovatæ.
Pist. *Germen* ſuperum.
*Stylus* filiformis, tubo brevior.
*Stigma* bilobum.

Per.

PER. *Capſula* globoſa, roſtrata, bilocularis, longitudinaliter dehiſcens.
SEM. ſinguli loculamenti bina, reniformia, ſubrugoſa, convexa.

*Obſ. In plurimis cum Barleriis convenit.*

*In memoriam Caroli Petri Thunberg, indefeſſi Peregrinatoris Botanici in Caput bonæ ſpei, & adjacentem Africæ partem, dein in Javam, Japoniam & Ceylonam. Quantum illi debeo plurimæ paginæ hujus Opuſculi oſtendunt. Gratam mentem omnibus, qui ulla communicant, ſemper paratus ſum teſtificare. Quales ego alias in hoc angulo mundi novas viderem plantas, niſi per alios communicatas. Placuit Plantarum cognitio a teneris, non copiam inventorum, ſed illas ordine diſpoſitas, cognoſcere. Sed ne quid detraherem Inventori huic, illas quas benevole communicavit plantas inſerui ſolis illius differentiis ſpecificis, ſæpe vix mutatis, cum deſcriptionem hiſtoriamque reliquam Inventori reliquendas eſſe putavi.*

## 1408. CASTILLEJA. *Mutiſ.*

*Character eſſentialis.*
*Perianthium* monophyllum, tubuloſum, longitudinaliter hians. *Corolla* ringens: *Labium* inferius *Glandulis* duabus, tubuloſis. *Capſula* bilocularis, diſſepimento oppoſito, polyſperma.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, latere partis ſuperioris anguſtato, longitudinaliter hians, coloratum.
COR. monopetala, ringens.
*Labium ſuperius* longius, canaliculatum, ſubfoliatum, calyce ſuffultum.
*Labium inferius* glandulis duabus, tubuloſis, trifidis, minutiſſimis.
STAM. *Filamenta* quatuor, didynama, longitudine corollæ.
*Antheræ* ſingulis filamentis duæ: *altera* altior.
PIST. *Germen* ſuperum, oblongum.
*Stylus* filiformis, corollam æquans.
*Stigma* obtuſum.

PER. *Capſula* ovato-oblonga, compreſſa, bilocularis.
*Diſſepimentum* oppoſitum.
SEM. numeroſiſſima, minima.

*In Memoriam Caſtilleji, Botanici Gadenſis, dixit Mutis.*

## 1409. AMASONIA.

*Character eſſentialis.*
*Corolla* tubuloſa: *Limbus* parvus, quinquefidus. *Nux* ovata, unilocularis.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum, acutum, æquale, perſiſtens.
COR. monopetala, tubuloſa, longior.
*Limbus* quinquefidus, ſubæqualis, patens, parvus.
STAM. *Filamenta* quatuor, didynama, ad latus ſuperius, corolla longiora, apice incurva.
*Antheræ* ovales, incumbentes.
PIST. *Germen* ovatum.
*Stylus* ſitu & figura filamentorum.
*Stigmata* duo, acuta.
PER. nullum.
SEM. *Nux* ovata, longitudine calycis.

*In memoriam Amaſoni, Americes Peregrinatoris.*

# MONADELPHIA.

## TRIANDRIA.

## 1410. APHYTEIA. *Plant. aphyt. p. 7.*

Hydnora. *Thunb. Act. holm. ann.* 1775. *p.* 69.

*Character eſſentialis.*
*Calyx* magnus, infundibuliformis, ſemitrifidus. *Petala* tria, fauci tubi calycis inſerta, illoque breviora.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemitrifidum, infundibuliforme, magnum, erectum, perſiſtens.
COR. *Rudimenta petalorum* trium, calycis laciniis adnata, vel potius nulla.
STAM. *Filamenta* tria, ſuperne connata, brevia.
*Antheræ* convexæ, cordatæ, ſtriatæ.

PIST.

PIST. *Germen* ſubinferum.
*Stylus* craſſiuſculus, brevis.
*Stigma* trigonum, canaliculatum.
PER. *Bacca* unilocularis, pulpa tenui.
SEM. numeroſa, nidulantia.

# PENTANDRIA.

## 1411. SYMPHONIA.

*Character eſſentialis.*
*Monogyna. Corolla* globoſa. *Bacca* quinquelocularis.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* pentaphyllum, perſiſtens.
*Foliola* ſubrotunda, minima, patentia.
COR. clauſa.
*Petala* quinque, ſubrotunda, ſubcoriacea, concava, contorta, conniventia in globum depreſſum.
STAM. *Filamentum* cylindricum, ſtylum vaginans.
*Antheræ* quinque, ovatæ, acutæ, ſtigmatibus alternæ.
PIST. *Germen* ovatum.
*Stylus* cylindricus, corolla paullo longior.
*Stigmata* quinque, oblonga, acuta, patentia.
PER. *Bacca* quinquelocularis, globoſa.
SEM. ſolitaria, ſubglobоſa, glabra, interne planiora.

# OCTANDRIA.

## 1412. AYTONIA.

*Character eſſentialis.*
*Monogyna. Calyx* quadripartitus. *Corolla* tetrapetala.
*Bacca* ſicca, quadrangularis, unilocularis, polyſperma.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* monophyllum, erectum, corolla brevius, quadripartitum.
*Laciniæ* ovatæ, acutæ.
COR. *Petala* quatuor, erecta, æqualia, lato-ovata, concava, obtuſa.
STAM. *Filamenta* octo, ad medium coalita, ſuperius libera, ſubulata, ſulcata, exſerta.
*Antheræ* ovatæ, ſulcatæ.

PIST. *Germen* ſuperum, ovatum, glabrum, ſubangulatum.
*Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum.
*Stigma* obtuſum, indiviſum.
PER. *Bacca* ovata, exſucca, membranacea, quadrangularis, unilocularis, fragilis.
*Anguli* producti, acuti.
SEM. columnæ affixa, globoſa, glabra.

*In Memoriam Jo. Ayton, Auctoris Horti Kevenſis.*

# POLYANDRIA.

## 1413. BARRINGTONIA. *Forſt. gen. n.* 38.

*Character eſſentialis.*
*Monogyna. Calyx* diphyllus, ſuperus. *Drupa. Nux* uni - ſ. quadrilocularis.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* diphyllum, ſuperum.
*Foliola* ſubrotunda, concava, coriacea, perſiſtentia, pollicaria, patula.
COR. *Petala* quatuor, ovata, æqualia, patentia, coriacea, calyce triplo majora.
*Nectarium* monophyllum, tubuloſum, conicum, ſtyli baſin ambiens, ſubcoriaceum, (quaſi e rudimentis filamentorum connatis) apice denticulatum.
*Denticuli* plures, ſubulati, inæquales, conniventes.
STAM. *Filamenta* numeroſiſſima, monadelpha, ſ. ima baſi in cylindrum receptaculo inſiſtentem coalita, ſubulata, petalis duplo longiora.
*Antheræ* ſubrotundæ, margine canaliculato, dehiſcentes.
PIST. *Germen* turbinatum, inferum, quadriloculare.
*Stylus* filiformis, rectus, ſtaminibus longior.
*Stigma* ſimplex, depreſſum.
PER. *Drupa* magna, unica, quadrangularis ſ. pyramidalis, ſtylo perſiſtente calyceque coronata.
*Pulpa* dura, ligneo-carnoſa.

SEM.

Sem. *Nux* offea, ovata, obſolete quadrangularis, extus rugoſa, fibroſa, jure quadrilocularis, ſed plerumque unilocularis.
*Nucleus* ovatus, ſolitarius, rugoſus.

*In memoriam Barringtoni, Angli, dixit Forſterus.*

1414. GUSTAVIA. *Plant. ſurinam. p.* 18.
Pingara *Aublet. guin.*

*Character eſſentialis.*
*Monogyna. Calyx* nullus. *Petala* plura. *Bacca* multilocularis. *Semina* appendiculata.
*Character naturalis.*
Cal. nullus, ſed *Receptaculum* ſupra margine cinctum, planum, latum, calvum.
Cor. *Petala* ſex ſ. octo, baſi læviter connexa, ovata, ſeſſilia, magna.
Stam. *Filamenta* numeroſiſſima, petalis breviora, baſi connata in campanam erectam a ſtylo diſtantem.
*Antheræ* parvæ, oblongæ, erectæ, petalis dimidio breviores.
Pist. *Germen* turbinatum, inferum, planum, calvum inter petala & ſtylum.
*Stylus* conicus, breviſſimus, perſiſtens.
*Stigma* obtuſum.
Per. *Bacca* ſubgloboſa, ſubconica, truncata, ſexlocularis, coronata margine receptaculi.
Sem. *Fabæ* plures, ovales, læves, baſi hinc mutilatæ: *appendice* cartilagineo, contorto.

*In memoriam potentiſſimi & clementiſſimi Regis noſtri, Guſtavi tertii, qui ſtupendam collectionem plantarum Indicarum &c. patri b. m. gratioſiſſime donare dignatus eſt.*

1415. CAROLINEA. Pachiſa. *Aublet. guin.*

*Character eſſentialis.*
*Monogyna. Calyx* tubuloſus, truncatus. *Petala* enſiformia. *Pomum* quinqueſulcatum, biloculare.
*Character naturalis.*
Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, truncatum, integerrimum, breviſſimum, deciduum.

Cor. *Petala* quinque, enſiformia, longiſſima, erectiuſcula.
Stam. monadelpha.
*Filamenta* numeroſiſſima, baſi connata, filiformia, longiſſima.
*Antheræ* oblongiuſculæ, erectæ.
Pist. *Germen* inferum, oblongum, cylindricum.
*Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum.
*Stigma* ſimplex.
Per. *Pomum* ovatum, quinqueſulcatum, biloculare.
Sem. gemina, alterum ſupra alterum, ovata, gibba, introrſum planiuſcula.

*In memoriam Sereniſſimæ Principis & Dominæ Sophiæ Carolinæ, Marchionis Badenſis, quæ ob amorem Plantarum & Scientiæ Botanicæ omnium clariſſima, cujus Nomen ſemper immortale, & Memoria omnibus, qui rem herbariam amant & colunt, ſacra erit.*

# DIADELPHIA.

## OCTANDRIA.

### 1416. DALBERGIA.

*Character eſſentialis.*
*Staminum Filamenta* duo, apice quadrifida. *Fructus* pedicellatus, non dehiſcens, leguminoſus, membranaceo-compreſſus, ſeminiferus.
*Character naturalis.*
Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, *Dentes* obtuſiuſculi.
Cor. papilionacea.
*Vexillum* majus, adſcendens, cordato-ovatum, emarginato-retuſum.
*Unguis* linearis.
*Alæ* oblongæ, rectæ, obtuſæ, ſupra dente reverſo.
*Carina* vix alis brevior, baſi bipartita, recta, obtuſa.
Stam. *Filamenta* duo, lateralia, æqualia, adſcendentia, apice in filamenta quatuor diviſa, hinc ſtamina octo.
*Antheræ* globoſæ, didymæ.
Pist. *Germen* pedicellatum, compreſſum, oblongum, rectum, glabrum.
*Stylus* adſcendens, f. reflexus, deciduus.
*Stigma* capitatum.

Per.

PER. *Fructus* eſt *Ligula* pedicellata, tenuis, ſubcartilaginea, compreſſo-plana, ovata ſ. oblonga, non dehiſcens, elocularis, in qua ſemen unicum ſ. plura immiſſa.

SEM. unicum ſ. plura, remota, in medio membranæ inſerta, compreſſa.

*In memoriam Caroli Guſtavi Dalberg, Chiliarchæ & Equitis Surinami degentis, & Nicolai Dalberg, Regis Suecici Medici ordinarii, qui ambo Botanices cultores Surinamenſia communicarunt.*

# DECANDRIA.

## 1417. MÜLLERA.

*Character eſſentialis.*

*Pericarpium* elongatum, carnoſum, moniliforme: *Globulis* monoſpermis.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, compreſſum, baſi ſupra pedicellum truncatum, planiuſculum, quadridentatum.

*Dens ſuperior* obliteratus, rarius liſſus.

*Dentes laterales* a ſuperiori remotiores, acuti.

*Dens infimus* productior, magis ſubulatus.

COR. papilionacea, pentapetala.

*Vexillum* reflexum, cordatum, ovatum, integerrimum, obtuſum, planum.

*Unguis* planiuſculus, vix calyce longior, alis & carina remotus.

*Alæ* oblongæ, conniventes, baſi gibbæ, & petiolatæ.

*Carina* alis brevior, conſtens ex *foliolis* diſtinctis, conniventibus, baſi petiolatis, formantibus *vaginam* oblongam, compreſſam, rectam.

STAM. *Filamenta* connata, in *corpus* compreſſum, baſi latius, poſtea attenuatum & rectum, fiſſum in *filamenta* decem ſubulata.

*Antheræ* ovatæ, terminales.

PIST. *Germen* lineare, compreſſum.

*Stylus* brevis.

*Stigma* acutum.

PER. *Fructus* moniliformis, ex globulis tribus, quatuor ſ. quinque, concatenatis brevi petiolo & germine.
*Globuli* omnes globoſi, calyce propiores majores, apicem verſus ſenſim minores, ſolidi, univalves, uniloculares, monoſpermi.
SEM. compreſſum, reniforme, glabrum, & hilo (ut in Leguminoſis) loculamento affixum.

*In memoriam Ottonis Friderici Müller, Auctoris Florae Fridrichsdalinae & Continuatoris Florae Danicae ab Oedero optimo inceptae, Scriptorisque plurium obſervationum botanicarum in Actis Havnienſibus, &c.*

# POLYADELPHIA.

## PENTANDRIA.

### 1418. AMBROMA.

*Character eſſentialis.*
*Pentagyna.* *Capſula* quinquelocularis, univalvis, apice dehiſcens. *Semina* reniformia: *Receptacula* hirſuto.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* pentaphyllum.
*Foliola* lanceolata, patentia, perſiſtentia.
COR. *Petala* quinque, ovata, magna, laxa, nectarii exterioris apici interiori inſidentia.
*Nectarium exterius* urceolatum.
*Squamae* quinque, ovatae, fornicatae, introrſum concavae, obtuſae, erectae.
*Nectarium interius* urceolatum.
*Squamae* quinque, erectae, lineares, obtuſae, ſummitate recurvato-fornicatae.
STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima inter ſquamas nectarii interioris.
*Antherae* tres, didymae, reniformes, extra nectarii interioris rimas.
PIST. *Germen* ſuperum, ſubcylindraceum.
*Styli* quinque, ſubulati, approximati.
*Stigmata* acuta.

PER.

PER. *Capſula* oblonga, quinquealata, truncata, mucronata, quinquelocularis, ſupra dehiſcens, univalvis, integra.

SEM. numeroſa, reniformi-ſubrotunda, utrinque adhærentia receptaculis capſulæ barbatis.

*Obſ. Flos Theobromæ, præſertim Nectariis, Fructus Hibiſci.*

# SYNGENESIA.

## POLYGAMIA ÆQUALIS.

### *CAPITATI.*

1419. BARNADESIA. *Mutiſ.*

*Character eſſentialis.*

*Corolla* radiata. *Calyx* nudus, imbricatus, pungens.
*Pappus radii* plumoſus; *diſci* ſetoſus, retrofractus.

*Character naturalis.*

CAL. ſubventricoſus, apice patulus, imbricatus.
*Squamæ* numeroſæ, a baſi ad apicem ſenſim longiores.
*inferiores* ſ. *exteriores* ovatæ, arcte imbricatæ, acutæ, pungentes.
*ſuperiores* ſ. *interiores* ſubulatæ, planæ, patulæ, pungentes.

COR. compoſita, radiata.
*Floſculi diſci* hermaphroditi, pauciſſimi, (tres ſ. quatuor) remoti.
*Corollulæ* tubuloſæ, infundibuliformes.
*Tubus* brevis.
*Limbus* hirſutus, quinquepartitus.
*Laciniæ* erectæ, conniventes.
*Floſculi radii* hermaphroditi, unica ſerie.
*Corollulæ* ligulatæ.
*Tubus* calyce longior.
*Ligula* lanceolata, baſi patens, apice incurvata, fiſſa, extus hirſutiſſima.

STAM. *Filamenta* quinque.
*Antheræ* connatæ in cylindrum, longitudine ligulæ, & limbo longiores.

PIST. *Germen* ovatum.
*Stylus* filiformis, ſtaminibus longior.
*Stigma* bifidum: *Laciniis* patulis, ovato-rotundatis.
PER. nullum. *Calyx* connivens.
SEM. plurima, ovata, piloſa, pilis reverſis.
*Pappus florum diſci* ſetoſus, *radiis* ſubulatis, rigidis, retrofractis, nudis, niſi minutiſſimis pilis tectis.
*Pappus florum radii* longus, erectus, patulus, multiradiatus, plumoſus, mollis.
REC. planum, villoſum.
*Paleæ* nullæ.

*In memoriam Botanici Hiſpanici Barnadez dixit Mutis.*

# POLYGAMIA SUPERFLUA.

## *RADIATI.*

### 1420. UNXIA.

*Character eſſentialis.*
*Receptaculum* nudum, planum. *Pappus* nullus. *Calyx* pentaphyllus: *Foliolis* ovatis. *Flores radii & diſci* quinque.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* ſubrotundum, pentaphyllum.
*Foliola* ovata.
COR. compoſita, radiata: *Radio* obſoleto.
*Floſculi diſci* maſculi quinque, infundibuliformes, quinquefidi.
*Floſculi radii* feminei quinque, ovatæ, parvæ.
STAM. maſculis ut in Syngeneſiſtis.
PIST. *Germen* ſingulis ovatum.
*Stylus* ſimplex.
*Stigma* bifidum.
PER. *Calyx* immutatus.
SEM. omnibus ovata, dura, nuda.
REC. nudum.

1421. MU-

## 1421. MUTISIA.

*Character eſſentialis.*

*Receptaculum* nudum. *Pappus* plumoſus. *Calyx* cylindricus, imbricatus. *Corollulæ radii* ovali-oblongæ; *diſci* trifidæ.

*Character naturalis.*

CAL. *communis* oblongus, cylindricus, imbricatus.
*Squamæ* lanceolatæ: *interiores* longiores.

COR. compoſita, radiata.

*Floſculi diſci* radii triplo plures.
*Corollulæ* tubuloſæ, trifidæ.
*Lacinia exterior* lanceolata.
*Laciniæ interiores* lineares.

*Floſculi radii* octo.
*Corollulæ* ovali-oblongæ, integræ.
*Unguis* linearis.

STAM. *Diſci Filamenta* quinque, linearia.
*Anthera* cylindrica, floſculo longior, baſi ſetis decurrentibus.
*Radii* nulla. *Rudimenta filamentorum* duo.

PIST. *Diſci Germen* breve.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* ſimplex.
*Radii Germen* breve.
*Stylus* filiformis.
*Stigmata* duo, ſetacea.

PER. nullum.

SEM. oblongiuſcula.
*Pappus* plumoſus.

REC. nudum.

*In memoriam Joſephi Cœleſtini Mutis, Americes ſummi Botanici, qui Hiſtoriam plantarum Americanarum, imprimis Palmarum, pulcherrimam parat & plurima nova huic Opuſculo communicavit.*

# POLYGAMIA SEGREGATA.

## 1422. IUNGIA.

*Character essentialis.*

*Receptaculum* paleaceum. *Perianthium* commune, triflorum. *Flosculi* tubulosi, bilabiati: *Labio exteriori* ligulato; *Labio interiori* bipartito.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium commune* polyphyllum.

*Foliola* patentiuscula, linearia, obtusa, canaliculata, foliolis perianthii partialis breviora, tres s. quatuor flores involventia.

*Perianthium partiale* polyphyllum, subæquale, multiflorum.

*Foliola* oblonga, canaliculata, obtusa, erecta.

COR. *compositæ* uniformes, hermaphroditæ, æquales.

*Corollulæ* monopetalæ, infundibuliformes.

*Tubus* sensim ampliatus.

*Limbus* bilabiatus.

*Lacinia exterior* revoluta, longior, linearis, apice dentata.

*Lacinia interior* bipartita in *Lacinulas* duas, erectas, acutas.

STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima, tubo inserta.

*Antheræ* connatæ.

PIST. *Germen* inferum, lineare, angulatum.

*Stylus* filiformis.

*Stigmata* duo, revoluta, obtusa.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. solitaria, angulata.

*Pappus* longus, sessilis, plumosus.

REC. paleaceum.

*Paleæ* foliolis calycinis similes.

*In memoriam Joachimi Jungii, Lubecensis, Botanici sui ævi meritissimi.*

# GYNANDRIA.

## DIANDRIA.

### 1423. DISA. *Berg. cap.*

*Character essentialis.*
*Spatha* univalvis. *Petala* tria: *tertium* minus, bipartitum, basi gibbosum.
*Character naturalis.*
CAL. *Spatha* univalvis, acuminata, oblonga, hinc longitudinaliter dehiscens.
COR. *Petala* tria, ovata, patentia, magna, subæqualia. *superius* impar, postice basi obtuse subcornuta.
STAM. *Filamentum* subulatum.
*Antheræ* duæ, connatæ in formam lanceolatam corolla paullo breviorem, basi subulata, dehiscentes, equitantes supra stylum.
*Petalum dorsale staminum* bipartitum, stamine brevius.
*Laciniæ* oblongæ, obtusæ, conniventes.
PIST. *Germen* inferum, longitudine spathæ.
*Stylus* lingulatus, brevis, basi excavatus, retrorsum bicornis.
PER. *Capsula* oblonga, trivalvis.
SEM. numerosa minuta,

### 1424. FORSTERA. *Forst. Act. upsal. v. 3. p. 184.*

*Character essentialis.*
*Perianthium* duplex: *exterius* inferum, triphyllum; *interius* superum, sexfidum. *Corolla* tubulosa.
*Character naturalis.*
CAL. *Perianthium* duplex.
*exterius* inferum, triphyllum, laterale.
*Foliola* oblonga, acuta.
*interius* superum, sexfidum.
*Foliola* erecta, oblonga, concava.
COR. monopetala, tubuloso-campanulata.
*Tubus* longitudine calycis.
*Limbus* sexpartitus.
*Laciniæ* oblongæ, obtusæ, patulæ, apice reflexæ, æquales.
*Nectarium.* *Squamulæ* duæ, obovatæ, petaliformes, stylo utrinque sub stigmate affixæ.

STAM.

STAM. *Filamenta* duo, breviſſima, ſingulum inter ſtigma & nectarii ſquamulam ſtylo ſub ſtigmate affixum.
*Antheræ* obovatæ.
PIST. *Germen* inferum, ovale.
*Stylus* cylindricus, erectus, longitudine tubi corollæ.
*Stigmata* duo, lata, patentia, ſubbarbata.
PER. *Capſula* ovalis, unilocularis.
SEM. numeroſa, ſcobiformia, receptaculo columnari affixa.

*In memoriam Jo. Reinholdi Forſteri, patris, & Georgi Forſteri, filii, Peregrinatorum Botanicorum, qui multa nova Genera & Species collegerunt & deſcripſerunt.*

# OCTANDRIA.

## 1425. SCOPOLIA.

*Character eſſentialis.*

*Calyx* diphyllus, multiflorus. *Corolla* quadrifida. *Antheræ* connatæ in duplici columna, quarum altera ſupra alteram poſita.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium commune* diphyllum, multiflorum.
*Foliola* æqualia, oblonga, obtuſa, concava, nervoſa, glabra.
*Perianthium proprium* nullum.
FLOR. plures, parvi, villoſi, ſeſſiles.
COR. infundibuliformis, quadrifida, villoſa, infera.
*Dentes* ſubæquales, obtuſiuſculi.
STAM. *Filamenta* quatuor, apice germinis in circulo inſidentia, erecta, brevia, filiformia.
*Antheræ* in his filamentis quatuor, conniventes in columnam, cui inſidet alia columna quatuor antherarum filamentis deſtitutarum, angulatæ.

PIST.

PIST. *Germen* ſuperum, erectum, glabrum, terminatum ſetis filamentis intermixtis.
*Stylus* nullus.
*Stigma* breve, acutum.

PER.
SEM.

*In memoriam Jo. Antonii Scopoli, Auctoris Floræ Carniolicæ aliorumque Operum, quæ omnia Botanicum diligentiſſimum & accuratiſſimum demonſtrant.*

# MONOECIA.

## MONANDRIA.

### 1426. ARTOCARPUS. *Forſt. gen. n.* 51.

*Character eſſentialis.*
*Amentum* cylindricum ſenſim incraſſatum, floribus tectum.
*Mas* & *Femina* in diverſo amento.
*Mas*: *Calyx* bivalvis. *Corolla* nulla.
*Femina*: *Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Stylus* unicus, *Drupa* multilocularis.
*Character naturalis.*
* *Maſculi flores* plures.
CAL. *Spadix* nudus absque Spatha, elevatus, floſculis ſeſſilibus tectus.
*Perianthium proprium* minimum, bivalve.
*Valvulæ* æquales.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* propria, ſolitaria, breviſſima.
*Antheræ* oblongæ.
* *Feminei flores* in eadem arbore.
CAL. *Spatha* bivalvis, decidua.
*Spadix* ovatus, germinibus plurimis connatis tectus.
*Perianthium proprium* nullum.
COR. nulla.
PIST. *Germina* propria, ſexangulata.
*Stylus* unicus, filiformis.
*Stigmata* unum ſ. duo, capillaria, revoluta.
PER. *Fructus* compoſitus, ſubrotundus, muricatus.
SEM. ſingulo germini ſolitaria, oblonga, apice pilo terminata, receptaculo immerſa.

1427.

## 1427. PHYLLACHNE. *Forſt. gen. n.* 58.

*Character eſſentialis.*
*Mas: Calyx* triphyllus, ſuperus. *Corolla* infundibuliformis.
*Femina: Calyx* triphyllus, ſuperus. *Corolla* infundibuliformis. *Stylus* unicus. *Stigma* tetragonum. *Capſula* infera, polyſperma.
*Character naturalis.*
* *Flores maſculi.*
CAL. *Perianthium* ſuperum, triphyllum.
*Foliola* ſubulata, erecta.
COR. monopetala, infundibuliformis.
*Tubus* ſurſum ampliatus, patulus.
*Limbus* quinquepartitus, patens, longitudine tubi.
SEM. *Filamentum*, unicum, baſi tubi inſertum, glandula utrinque notatum, limbo vix longius, filiforme, erectum.
*Anthera* globoſa, ſulcata.
PIST. *Germen* ſine ſtylo.
* *Flores feminei* in diverſa planta dicit Forſter, quod dubito.
CAL. ut in priori.
COR. ut in priori.
PIST. *Germen* turbinatum, inferum.
*Stylus* filiformis, longitudine ſtaminis in fiore maſculo, ſuperius incraſſatus.
*Stigma* capitatum, tetragonum, e tuberculis quatuor.
PER. *Bacca* ſ. *Capſula* unilocularis, polyſperma.
SEM.

## 1428. CASUARINA. *Forſt. gen. n.* 52.

*Character eſſentialis.*
*Mas: Calyx* Amenti. *Corolla Squamulæ* bipartitæ.
*Femina: Calyx* Amenti. *Corolla* nulla. *Stylus* bifidus.
*Strobilus.*
*Character naturalis.*
* *Maſculi* in Amentum filiforme digeſti.
CAL. *Amentum commune* laxe imbricatum, conſtans
*Squamis* unifloris, monophyllis, parvis.
COR. *Squamulæ* bipartitæ, ovatæ, minutæ.

STAM.

Stam. *Filamentum* capillare, calyce longius.
*Anthera* didyma.
* *Feminei* in eadem planta.
Cal. *Amentum* ovato-cylindricum
*Squamis* ovatis, acutis, carinatis, imbricatis.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* minutum.
*Stylus* filiformis, calyce longior, bifidus.
*Stigmata* duo.
Per. *Strobilus Squamis* bivalvibus, perpendiculariter dehiscentibus.
Sem. solitaria, conica, margine membranacea.

## 1429. ÆGOPRICON.

*Character essentialis.*

*Mas: Amentum. Perianthium* trifidum. *Cor.* nulla.

*Femina: Flores* solitarii. *Calyx* ut in mare. *Corolla* nulla. *Styli* tres. *Bacca* tricocca.

*Character naturalis.*

* *Masculi flores* in Amento ovato, parvi.
Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulosum, trifidum.
Cor. nulla.
Stam. *Filamentum* unum, calyce longius, erectum.
*Anthera* ovata.
* *Feminei flores* in eadem planta, solitarii.
Cal. ut in masculo.
Cor. nulla.
Pist. *Germen* ovatum.
*Styli* tres, divaricati.
*Stigmata* simplicia, persistentia.
Per. *Bacca* globosa, intus tricocca, trilocularis, mucrone bifido.
Sem. solitaria, inde angulata.

DIOE-

# DIOECIA.

## MONANDRIA.

### 1430. PANDANUS. *Rumph. amb.*

Athrodactylis. *Forſt. gen. n.* 75.

*Character eſſentialis.*

*Mas:* *Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Anthera* ſeſſilis, ramificationibus thyrſi inſerta.

*Femina:* *Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Stigmata* duo. *Fructus compoſitus.*

*Character naturalis.*

*Flores* maſculi & fœminei in diverſa planta.

**Mas:* *Spatha* nulla. *Thyrſus* compoſitus ex axillis foliorum, nudus.

Cal. nullus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* nulla, ſed thyrſi ramificationes ultimæ terminantur anthera.

*Anthera* ſeſſilis, oblonga, acuta, erecta, longitudinaliter fiſſa.

**Femina.*

Cal. nullus.

Cor. nulla.

Pist. *Germina* numeroſa, aggregata, ſeſſilia, introrſum attenuata, quinquangulata, apice convexa, glabra.

*Stylus* nullus.

*Stigmata* duo, cordata, marginata.

Per. *Fructus* globoſus, magnus, compoſitus ex *Drupis* cuneatis, angulatis, aggregatis, farinaceis, monoſpermis.

Sem. ſolitarium, ovale, læve.

# TRIANDRIA.

## 1431. MABA. *Forſt. gen. n.* 61.

*Character eſſentialis.*
MAS: *Perianthium* trifidum. *Corolla* trifida.
FEMINA: *Perianthium* ut in mare. *Drupa* ſupera, bilocularis.
*Character naturalis.*
**Maſculi.*
CAL. *Perianthium* trifidum ultra medium.
*Laciniæ* oblongæ, parallelæ, canaliculatæ.
COR. monopetala, tubuloſa, extus villoſiſſima, calyce longior.
*Limbus* trifidus.
*Laciniæ* craſſiuſculæ, erectæ.
STAM. *Filamenta* tria, breviſſima.
*Antheræ* erectæ, ovatæ.
PIST. nullum.
**Feminei* in diſtincta planta.
CAL *Perianthium* ut in mare.
COR. ignota.
PIST. non viſum.
PER. *Drupa* ſupera, ovata, oblonga, bilocularis.
*Loculamenta* diſperma.
SEM. *Nuces* duæ, oblongæ, triquetræ.

# TETRANDRIA.

## 1432. MONTINIA.

*Character eſſentialis.*
MAS: *Perianthium* ſuperum, quadridentatum. *Petala* quatuor.
FEMINA: *Calyx* & *Corolla* ut in mare. *Filamenta* ſterilia. *Stylus* bifidus. *Capſula* oblonga, bilocularis.
*Character naturalis.*
**Mas.*
CAL. *Perianthium* ſuperum, quadridentatum, breviſſimum, erectum.

Cor. *Petala* quatuor, ovata, obtuſiſſima, patentia.
Stam. *Filamenta* quatuor.
*Antheræ*
* *Femina* in diſtincto individuo.
Cal. ut in mare.
Cor. ut in mare.
Stam. *Filamenta* absque Antheris.
Pist. *Germen* inferum, retuſum.
*Stylus* cylindricus, bifidus, corolla brevior.
*Stigmata* reniformia.
Per. *Capſula* ovata, oblonga, bilocularis, longitudinaliter dehiſcens.
Sem. plurima, imbricata, ovata, depreſſa, margine alata.

*In memoriam Botanici acutiſſimi Laurentii Montin, Sueci.*

# OCTANDRIA.

## 1433. MARGARITARIA.

*Character eſſentialis.*
Mas: *Calyx* quadridentatus. *Petala* quatuor.
Femina. *Calyx* & *Corolla* ut in mare. *Styli* quatuor ſ. quinque. *Bacca* cartilaginea, tetra-ſ. pentacocca.
*Character naturalis.*
* *Maſculi* copioſiores in diſtincto individuo.
Cal. *Perianthium* monophyllum, quadridentatum, minutum, perſiſtens.
Cor. *Petala* quatuor, ſubrotunda, calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* octo, ſetacea, patula, longiora, receptaculo inſerta.
*Antheræ* ſubrotundæ, parvæ.
Pist. *Germen* ſuperum, ſubrotundum.
*Stylus* ſetaceus, longitudine ſtaminum.
*Stigma* obtuſum.
* *Feminei* in diſtincto individuo.
Cal. ut in mare, perſiſtens.
Cor. ut in mare?
Pist. *Germen* globoſum, ſuperum.
*Styli* quatuor ſ. quinque, filiformes.
*Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.

Per.

PER. *Bacca* globoſa: *Stylis* patulis, brevibus.
SEM. *Arillus* tetra - ſ. pentacoccus, quadri - ſ. quinque-
locularis, cartilagineus, nitidiſſimus.
*Coccæ* globoſæ, bivalves.
*Semina* ovata, intus compreſſa.
*Obſ. Calyx ſemper quadrifidus. Styli & Arilli quatuor ſ. quinque.*

# DODECANDRIA.

## 1348. EUCLEA.

*Character eſſeutialis.*
MAS. *Calyx* quinquedentatus. *Corolla* pentapetala. *Stamina* quindecim.
FEMINA. *Calyx* & *Corolla* ut in mare. *Germen* ſuperum *Styli* duo. *Bacca* bilocularis.
*Character naturalis.*
* *Mas.*
CAL. *Perianthium* minimum, quinquedentatum.
COR. *Petala* quinque, ovalia, ſeſſilia.
STAM. *Filamenta* quindecim, brevia.
*Antheræ* oblongæ, erectæ, acutæ.
PIST. absque Germine.
* *Femina* in diſtincta planta.
CAL. ut in mare, perſiſtens.
COR. ut in mare.
PIST. *Germen* ſuperum, ſubovatum.
*Styli* duo, corolla breviores.
*Stigmata* quadridentata, obtuſa.
PER. *Bacca* bilocularis, ovata.
SEM. ſolitaria.

# POLYANDRIA.

## 1434. HEDYCARYA. *Forſt. gen. n.* 64.

*Character eſſentialis.*
MAS. *Calyx* octo - ſ. decemfidus. *Corolla* nulla. *Filamenta* nulla. *Antheræ* in fundo calycis, quadriſulcæ, apice barbatæ.

FEMINA. *Calyx* & *Corolla* ut in mare. *Germina* pedicellata. *Nuces* pedicellatæ, monoſpermæ.

*Character naturalis.*

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, plano-rotatum, octo- ſ. decemfidum.

*Laciniæ* lanceolatæ, æquales.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* nulla.

*Antheræ* plurimæ, (quinquaginta) oblongæ, quadriſulcæ, apice barbatæ, totum fundum calycis tegentes.

* *Femina.*

CAL. ut in mare, perſiſtens.

COR. nulla.

PIST. *Pedicelli* breves, numeroſi, cylindrici, in medio calycis, elevantes *Germina* globoſo-depreſſa.

*Styli* nulli.

*Stigmata* ſunt *Papillæ* per germina ſparſæ.

PER. *Nuces* ſex ſ. decem, pedicellatæ, globoſæ, ſuboſſeæ, monoſpermæ.

SEM. *Nuclei* ſolitarii, globoſi.

REC. commune, in medio calycis, lanatum.

# CRYPTOGAMIA.

## FILICES.

### 1227. ZAMIA.

*Character eſſentialis.*

MAS. *Strobilus* Squamis ſubtus polline tectis.

FEMINA. *Strobilus* Squamis in utroque margine Drupa ſolitaria.

*Character naturalis.*

* *Mas.*

CAL. Strobilus ovatus, obtuſus.

*Squamæ* peltatæ, horizontales, obovatæ, obtuſiſſimæ, uniſloræ, apice incraſſatæ, perſiſtentes.

COR. nulla.

STAM.

STAM. *Filamenta* nulla.
*Antheræ* nullæ.
*Pollen* nudum, globoſum, ſquamarum paginæ inferiori inſperſum, confertum, copioſum, ſeſſile, bivalve, circumſciſſum annulo elaſtico.
*Fovilla* ovato-irregularis, pellucida.
* *Femina* in diſtincta planta.
CAL. *Strobilus* ovatus, imbricatus.
*Squamæ* pedicellatæ, peltatæ, angulatæ, tandem diſtantes, perſiſtentes.
COR. nulla.
PIST. *Germina* duo, irregularia, angulata, ſub pelta ſquamarum margini inſerta, utrinque ſolitaria, nutantia.
*Stylus* nullus.
*Stigma* obtuſum, latere obſolete bifidum.
PER. *Drupa* ſolitaria, ovalis.
SEM. *Nux* ovalis.
*Obſ. Filix ſtrobilo Equiſeti ſ. Cupreſſi, herba Palmæ.*

# ALGAE.

## 1435. RUPINIA. Aytonia *Forſt. gen. n.* 74.

*Character eſſentialis.*
*Frons. Antheræ* ſubulatæ. *Germen* in apice frondis, ovatum. *Styli* plurimi. *Capſula* unilocularis, polyſperma.
*Character naturalis.*
* *Flores maſculi* in diſco frondis.
CAL. nullus.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* nulla.
*Antheræ* plures, erectæ, ſubulatæ, compreſſæ.
* *Flores feminei.*
CAL. *Filamenta* ſubulata, erecta, germen ambientia. (hæc non vidi)
COR. nulla.
PIST. *Germen* ſubgloboſum.
*Styli* cylindrici, breviſſimi, plures, truncati.
PER. ſubgloboſum, uniloculare.
SEM. plurima.
*Obſ. Multum dubito an proprii generis ſit, an fila illa diſci ſint antheræ. Sed vidit vivam Dn. Forſter, ego ſolummodo ſiccam.*

# PALMAE.

## 1436. MAURITIA.

*Character naturalis.*

* *Maſculi flores* in amento oblongo, ſeſſili, undique tecto floribus arcte approximatis, ſquamis obtuſis inter ſingulos flores.

CAL. *Perianthium* monophyllum, cyathiforme, truncatum, integrum, triquetrum, breve.

COR. monopetala.

*Tubus* brevis, longitudine calycis, futuris tribus, per quas laciniæ limbi facile ad baſin dividuntur.

*Limbus* tripartitus.

*Laciniæ* æquales, patentiuſculæ, lanceolatæ, canaliculatæ, rigidæ, quaſi ligneæ, obtuſæ.

STAM. *Filamenta* ſex, fauci tubi inſerta, breviſſima, craſſa.

*Antheræ* lineares, angulatæ, longitudine petalorum.

*alternæ* inter lacinias limbi extenſæ, horizontales.

*alternæ tres* erectæ, canaliculo laciniarum adpreſſæ.

# SPECIES.

## INDEX SPECIERUM.

*Monandria.*
*Monogynia.*
Renealmia. - 1.
Myroſma. - 1.
Maranta. - 1.
Salicornia. - 2.
Hippuris - 2.
*Digynia.*
Mniarum. - 1.
*Diandria.*
*Monogynia.*
Nyctanthes. - 2.
Eranthemum. - 1.
Veronica. - 4.
Pæderota. - 2.
Iuſticia. - 7.
Dianthera. - 1.
Calceolaria. - 2.
Utricularia. - 1.
Verbena. - 1.
Lycopus. - 1,
Cunila. - 1.
Salvia. - 6.
Thouinia. - 1.
Anciſtrum. - 1.
*Digynia.*
Anthoxanthum. - 2.
*Trigynia.*
Piper. - 5.
*Triandria.*
*Monogynia.*
Ixia. - 16.
Gladiolus. - 12.
Antholyza. - 2.
Iris. - 17.
Moræa. - 8.
Wachendorfia. - 1.
Dilatris. - 3.
Schoenus. - 1.
Cyperus. - 6.
Scirpus - 5.
Kylingia. - 4.
Fuirena. - 1.
Nardus. - 2.
Pommereulla. - 1.
*Digynia.*
Saccharum. - 2.
Phalaris. - 1.
Panicum. - 2.
Agroſtis. - 3.
Aira. - 2.
Melica. - 1.
Poa. - 2.
Dactylis. - 1.
Cynoſurus. - 1.
Feſtuca. - 1.
Bromus. - 1.
Stipa. - 1.
Avena. - 6.
Anthiſtiria. - 1.
Ariſtida. - 2.
Rottbölla. - 5.
Elymus. - 1.
Triticum. - 3.
*Trigynia.*
Polycarpon. - 2.
*Tetrandria.*
*Monogynia.*
Protea. - 11.
Scabioſa. - 2.
Hedyotis. - 3.
Spermacoce. - 2.
Aſperula. - 2.
Galium - 1.
Pavetta. - 2.
Penæa. - 3.

Blæria. - 2.
Budleia. - 2.
Exacum. - 4.
Plantago. - 1.
Scoparia. - 1.
Cornus. - 1.
Fagara. - 1.
Ptelea. - 1.
Hydrophylax. - 1.
Banksia - 4.
Oldenlandia. - 2.
Ammannia. - 2.
Trapa. - 2.
Struthiola. - 1.
Hartogia - 1.
Embothrium. - 2.
Camphorosma. - 1.
Alchemilla. - 1.

*Digynia.*

Gomozia. - 1.

*Tetragynia.*

Tillæa. - 2.

*Pentandria.*

*Monogynia.*

Lithospermum. - 1.
Cynoglossum. - 1.
Echium. - 4.
Messerschmidia. - 2.
Tournefortia. - 1.
Primula. - 1.
Menyanthes. - 1.
Virecta. - 1.
Lisianthus. - 2.
Scheffieldia. - 1.
Convolvulus. - 8.
Retzia. - 1.
Epacris. - 3.
Polemonium. - 2.
Campanula. - 18.
Roella. - 3.
Trachelium. - 3.
Portlandia. - 1.
Cinchona. - 2.
Psychotria. - 1.
Chiococca. - 2.
Lonicera. - 1.
Conocarpus. - 1.
Datura. - 1.
Solanum. - 5.
Strychnos. - 2.
Ignatia. - 1.
Cestrum. - 1.
Lycium. - 4.
Chironia. - 2.
Tektona. - 1.
Sideroxylon. - 1.
Rhamnus. - 3.
Phylica. - 3.
Celastrus. - 6.
Evonymus. - 2.
Diosma. - 5,
Brunia. - 1.
Escallonia. - 1.
Corynocarpus. - 1.
Argophyllum. - 1.
Mangifera. - 2.
Ribes. - 1.
Heliconia. - 4.
Achyranthes. - 3.
Celosia. - 1.
Illecebrum. - 2.
Thesium. - 6.
Gardenia. - 6.
Allamanda. - 1.
Vinca. - 1.
Echitis. - 4.

*Digynia.*

Melodinus. - 1.
Periploca. - 1.
Cynanchum. - 4.
Apocynum. - 4.
Asclepias. - 6.
Stapelia. - 2.
Chenopodium. - 2.
Salsola. - 3.
Anabasis. - 1.

Gomphræna. - 1.
Gentiana. - 4.
Ruſſelia. - 1.
Hydrocotyle. - 8.
Aſtrantia. - 2.
Bupleurum. - 1.
Coproſma. - 2.
Haſſelquiſtia. - 2.
Daucus. - 1.
Selinum. - 3.
Crithmum. - 1.
Cachrys. - 1.
Laſerpitium. - 1.
Sium. - 1.
Siſon. - 1.
Cuſſonia. - 2.

*Trigynia.*

Semecarpus. - 1.
Rhus - 8.
Viburnum. - 2.
Caffine. - 1.
Pharnaceum. - 8.

*Tetragynia.*

Evolvulus. - 1.

*Pentagynia.*

Commerſonia. - 1.
Statice. - 3.
Droſera. - 2.
Craſſula. - 26.
Sibbaldia. - 1.

*Hexandria.*

*Monogynia.*

Tradeſcantia. - 1.
Pontederia. - 2.
Maſſonia. - 3.
Hæmanthus. - 1.
Tulbagia. - 2.
Crinum. - 5.
Amaryllis. - 2.
Allium. - 1.
Tulipa. - 1.
Albuca. - 2.
Hypoxis. - 8.
Gethyllis. - 4.
Ornithogalum. - 8.
Scilla. - 2.
Cyanella. - 3.
Anthericum. - 10.
Aſparagus. - 1.
Dracæna. - 5.
Convallaria. - 1.
Hyacinthus. - 2.
Phormium. - 3.
Aloe. - 3.
Alſtrömeria. - 4.
Iuncus. - 4.
Ehrharta. - 1.
Duroia. - 1.
Achras. - 1.
Berberis. - 1.
Loranthus. - 2.

*Digynia.*

Falkia. - 1.
Gahnia. - 1.

*Trigynia.*

Rumex - 4.
Melanthium. - 4.

*Heptandria.*

*Monogynia.*

Diſtandra. - 1.

*Digynia.*

Limeum. - 2.

*Tetragynia.*

Aponogeton. - 2.

*Octandria.*

*Monogynia.*

Osbeckia. - 2.
Rhexia. - 2.
Amyris. - 1.
Fuchſia. - 1.
Chlora. - 1.
Dodonæa. - 2.
Lawſonia. - 2.
Erica. - 14.
Daphne. - 3.

Gnidia. - 5.
Paſſerina. - 7.
*Digynia.*
Galenia. - 2.
Weinmannia. - 4.
Codia. - 1.
*Trigynia.*
Polygonum. - 1.
Sapindus. - 1.
*Tetragynia.*
Haloragis. - 1.
*Emeandria.*
*Trigynia.*
Rheum. - 1.
*Decandria.*
*Monogynia.*
Sophora. - 1.
Caſſia. - 6.
Dictamnus. - 2.
Ruta. - 1.
Zygophyllum. - 2.
Myroxylon. - 1.
Quaſſia. - 2.
Iuſſieua. - 1.
Melaſtoma. - 3.
Rhododendrum. - 1.
Andromeda. - 3.
Arbutus. - 5.
Inocarpus. - 1.
*Digynia.*
Royena. - 1.
Saxifraga. - 2.
Dianthus. - 1.
*Trigynia.*
Silene. - 2.
Arenaria. - 1.
*Pentagynia.*
Cotyledon. - 6.
Sedum. - 1.
Bergia. - 2.
Oxalis. - 6.
Lychnis. - 1.
Forskohlea. - 2.
*Dodecandria.*
*Monogynia.*
Dodecas. - 1.
Blakea. - 2.
Befaria. - 2.
Winterania. - 1.
Portulaca. - 1.
Lythrum. - 5.
*Digynia.*
Agrimonia. - 1.
*Trigynia.*
Viſnea. - 1.
Tacca. - 1.
Pallaſia. - 1.
*Icoſandria.*
*Monogynia.*
Sonneratia. - 1.
Pſidium. - 1.
Prunus. - 1.
Plinia. - 1.
*Digynia.*
Cratægus. - 1.
*Pentagynia.*
Meſpilus. - 2.
Pyrus. - 5.
Tetragonia. - 3.
Meſembryantemum. 7.
Aizoon. - 7.
Spiræa. - 5.
*Polygynia.*
Roſa. - 1.
Rubus. - 3.
*Polyandria.*
*Monogynia.*
Capparis. - 2.
Ternſtrömia. - 1.
Alſtonia. - 1.
Myriſtica. - 1.
Sparrmannia. - 1.
Vallea. - 1.
Elæocarpus. - 2.
*Digynia.*
Fothergilla. - 1.


*Trigy-*

*Trigynia.*
Delphinium. - 1.
*Pentagynia.*
Brathys. - 1.
*Hexagynia.*
Stratiotes. - 1.
*Polygynia.*
Drimys. - 3.
Unona. - 1.
Anona. - 1.
Atragene. - 1.
Clematis. - 1.
Thalictrum. - 2.
Adonis. - 3.
Ranunculus. - 1.
*Didynamia*
*Gymnospermia.*
Nepeta. - 3.
Lavendula. - 1.
Mentha. - 1.
Phlomis. - 1.
Dracocephalum. 1.
Ocymum. - 3.
Phryma. - 2.
*Angiospermia.*
Bartsia. - 1.
Gerardia. - 3.
Chelone - 1.
Antirrhinum. - 4.
Hemimeris. - 3.
Besleria. - 1.
Scrophularia. - 1.
Celsia. - 1.
Digitalis. - 2.
Bignonia. - 2.
Capraria. - 2.
Selago. - 11.
Manulea. - 15.
Hebenstreitia. - 2.
Erinus. - 3.
Büchnera. - 4.
Sibthorpia. - 1.
Orobanche. - 1.
Lippia. - 1.
Ruellia. - 6.
Barleria. - 3.
Millingtonia. - 1.
Duranta. - 1.
Volkameria - 1.
Clerodendrum. - 1.
Thunbergia. - 1.
Castilleia. - 2.
Vitex. - 4.
Amasonia. - 1.
Acanthus. - 5.
*Tetradynamia.*
*Siliculosæ.*
Thlaspi. - 1.
Peltaria. - 2.
*Siliquosæ.*
Cheiranthus. - 2.
Heliophila. - 7.
Arabis. - 2.
Raphanus. - 1.
Crambe. - 1.
Cleome. - 4.
*Monadelphia.*
*Triandria.*
Aphyteia. - 1.
*Pentandria.*
Hermannia. - 8.
Melochia. - 1.
Symphonia. - 1.
*Octandria.*
Aytonia. - 1.
*Decandria.*
Geranium. - 14.
*Polyandria.*
Sida. - 3.
Malva. - 1.
Urena. - 2.
Hibiscus. - 11.
Barringtonia. - 1.
Gustavia - 1.
Carolinea. - 1.

*Diadel-*

*Diadelphia.*
*Hexandria.*
Fumaria. – 1.
*Octandria.*
Polygala. – 5.
Dalbergia. – 2.
*Decandria.*
Pterocarpus. – 2.
Spartium. – 3.
Aſpalathus. – 6.
Crotalaria. – 5.
Ononis. – 4.
Anthyllis. – 2.
Phaſeolus. – 1.
Glycine. – 3.
Orobus. – 2.
Cytiſus. – 4.
Müllera. – 1.
Robinia. – 1.
Glycyrrhiza. – 1.
Aeſchynomene. – 1.
Hedyſarum. – 6.
Indigofera. – 9.
Galega. – 2.
Phaca. – 5.
Aſtragalus. – 2.
Pſoralea. – 6.
Trifolium. – 1.
Lotus. – 1.
Trigonella. – 1.
Medicago. – 1.
*Polyadelphia.*
*Pentandria.*
Theobroma. – 1.
Ambroma. – 1.
*Dodecandria.*
Monſonia. – 2.
*Polyandria.*
Melaleuca. – 5.
Hypericum. – 6.
*Syngeneſia.*
*Polygamia æqualis.*
Sonchus. – 2.
Prenanthes. – 1.
Leontodon. – 1.
Lapſana. – 1.
Barnadeſia. – 1.
Carduus. – 2.
Onopordon. – 1.
Carlina. – 1.
Atractylis. – 2.
Carthamus. – 1.
Cacalia. – 11.
Eupatorium. – 6.
Pteronia. – 15.
Stæhelina. – 2.
Chryſocoma. – 2.
Tarchonanthus. – 3.
Athanaſia. – 9.
*Polygamia ſuperflua.*
Artemiſia. – 1.
Gnaphalium. – 11.
Xeranthemum. – 4.
Baccharis. – 1.
Conyza. – 2.
Erigeron. – 2.
Unxia. – 1.
Senecio. – 17.
After. – 1.
Mutiſia. – 1.
Cineraria. – 11.
Arnica. – 1.
Perdicium. – 1.
Chryſanthemum. 1.
Cotula. – 4.
Anthemis. – 1.
Eclipta. – 1.
Verbeſina. – 1.
Buphthalmum. – 1.
*Polygamia fruſtranea.*
Coreopſis. – 1.
Oſmites. – 1.
Gorteria. – 7.
Zögea. – 2.
Centaurea. – 1.

*Polyga-*

*Polygamia neceſſaria.*
Silphium. – 1.
Polymnia. – 3.
Calendula. – 1.
Arctotis. – 2.
Oſteoſpermum. – 6.
Othonna. – 15.
Hippia. – 3.
*Polygamia ſegregata.*
Iungia. – 1.
Oedera. – 2.
Stoebe. – 5.
*Monogynia.*
Corymbium. – 4.
Iaſione. – 1.
Lobelia. – 14.
Viola. – 3.

*Gynandria.*
*Diandria.*
Orchis. – 11.
Satyrium. – 7.
Ophrys. – 6.
Serapias. – 2.
Arethuſa. – 4.
Diſa. – 4.
Epidendrum. – 1.
Forſtera – 1.
*Triandria.*
Ferraria. – 1.
*Pentandria.*
Paſſiflora. – 2.
*Octandria.*
Scopolia. – 1.
*Polyandria.*
Grewia. – 2.
Arum. – 3.

*Monoecia.*
*Monandria.*
Artocarpus. – 2.
Phyllachne. – 1.
Caſuarina. – 1.
Aegopricon. – 1.
*Triandria.*
Carex. – 9.
Tragia. – 1.
Phyllanthus. – 2.
*Tetrandria.*
Serpicula. – 2.
Cicca. – 1.
Betula. – 2.
Urtica. – 6.
*Pentandria.*
Xanthium. – 1.
Amaranthus. – 2.
*Polyandria.*
Sagittaria. – 1.
Begonia. – 3.
*Monadelphia.*
Thuia. – 1.
Cupreſſus. – 1.
Plukenetia. – 1.
Dalechampia. – 2.
Acalypha. – 1.
Croton. – 2.
Iatropha. – 1.
Sterculia. – 1.
*Syngeneſia.*
Cucumis. – 1.
Bryonia. – 2.

*Dioecia.*
*Monandria.*
Pandanus. – 1.
*Triandria.*
Reſtio. – 3.
Maba. – 1.
*Tetrandria,*
Viſcum. – 3.
Montinia. – 1.
*Hexandria.*
Smilax. – 1.
Dioſcorea. – 1.
*Octandria.*
Margaritaria. – 1.
*Dodecandria.*
Euclea. – 1.

*Polyan-*

*Polyandria.*
Cliffortia. – 12.
Hedycarya. – 1.
*Monadelphia.*
Ciſſampelos. – 2.
*Gynandria.*
Clutia. – 2.

*Polygamia.*
*Monoecia.*
Spinifex. – 1.
Andropogon. – 2.
Holcus. – 1.
Apluda. – 1.
Parietaria. – 1.
Terminalia. – 2.
Hermas. – 4.
Mimoſa. – 7.
*Dioecia.*
Dioſpyros. – 3.
Anthoſpermum. – 1.
Stilbe. – 1.
Panax. – 2.
*Trioecia.*
Ficus. – 5.

*Cryptogamia.*
*Filices.*
Zamia. – 2.
Ophioglosſum. – 2.
Acroſtichum. – 4.
Pteris. – 1.
Blechnum. – 1.
Polypodium. – 3.
Adianthum. – 5.
Iſoëtes. – 2.
*Muſci.*
Lycopodium. – 3.
Polytrichum. – 2.
*Algæ.*
Iungermannia. – 1.
Lichen. – 12.
Rupinia. – 1.
Fucus. – 2.
*Fungi.*
Phallus. – 1.
Lycoperdon. – 2.
Mucor. – 1.
*Palmæ.*
Mauritia. – 1.
Cocos. – 1.

MONAN-

# MONANDRIA.

## MONOGYNIA.

*exaltata.* RENEALMIA.

Globba ſylveſtris. *Rumph. amb. v.* 6. *p.* 140. *t.* 62. 63.
*Habitat* in Surinamo. ♄.
*Arbor* Caudice recto, firmo, octodecimpedalis, Spadice nutante.
*Caulis* & *Folia* Cannæ ſunt, ſed anguſtiora & longiora, bi-ſ. tripedalia, lanceolata, acuta acumine retuſo, glaberrima, nervis obliquis.
*Racemus* Bracteis alternis, lanceolatis, canaliculatis, glabris, nervoſis, deciduis.
*Pedunculi* in axillis bractearum, ſolitarii, incurvati, depreſſi, pubeſcentes, breves, terminati ſpatha.
*Spatha* monophylla, quæ apice rumpitur, ut calyx, in duas aut tres Lacinias, ut exeant flores.
Intra ſpatham hanc eſt *Flos* & *alia Spatha* biflora, ſic ſingulus pedunculus evadit triflorus.
*Calyx* ſpathis omnino ſimilis, ut eſſet ſpatha, niſi inſideret germini.
Vix in ulla Scitaminea *Anthera* adeo libera & communiſſimam figuram antheræ habet.
*Fructus* in racemo compoſito dependent, figura & magnitudine fructus Momordicæ Elaterii.
*Caro* craſſa, corticalis, calida, rubicunda, in medio Loculamentum trigonum. Diſſepimentis membranaceis, mollibus, ſuccoſis.
*Semina* parva, glaberrima, nigra, Amomi Cardamomi ſimillima.
Fructus conditus placet incolis Surinami.

MYRO-

*cannæfo-* MYROSMA.

*lia.* Naru-Kila. *Rheed. mal. v.* 11. *p.* 67. *t.* 34? ſed fructus nimis magnus.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Frutex* more Cannæ.
*Radix* horizontalis, apice adſcendens, carnoſa, ovata, brevis, leviter compreſſa, ut in Amomo, annulis cincta, tecta vaginis alternis, amplexantibus, ovatis, appreſſis, latis, fibroſis.
*Folia* ut in congeneribus, ovalia, glabra, venoſa.
*inferiora* petiolis elongatis, dilatatis, radicatis, caulem formantibus.
*ſuperiora* petiolis extra caulem.
*Petioli* tunc elongantur fiunt graciles, compreſſi, longitudinaliter ſulco canaliculati, ſed verſus inſertionem folii elevantur in annulum cylindricum, antrorſum piloſum, folium parum incurvantem.
*Caules* ſ. *Scapi* teretes, ſubpiloſi, terminati articulo, ex quo folium caulinis ſimillimum & pedunculus vagina petioli involutus.
*Pedunculus* hic ſolitarius, vix petiolo longior, teres.
*Racemus* inſtar amenti Lupuli, imbricatus ſquamis bracteearum alternis.
*Bracteæ* diphyllæ, biforæ.
*exterior* latior, ovata, membranacea, amplexicaulis.
*interior* brevior, anguſtior, oblonga.

*comoſa.* MARANTA coma foliolis reflexis.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.*
*Folia* radicalia, petiolata, lævia, ſimilia Cannæ.
*Scapus* aphyllus, teres, lævis, craſſitie pennæ cygneæ, tripedalis.
*Coma* terminalis: foliolis confertis, numeroſis, ſeſſilibus, ovatis, reflexis: inferioribus ſenſim minoribus.
*Flores* inter foliola inferiora comæ, ſeſſiles, ſinguli bracteis bifariis, trium parium: valvulis ſuperioribus bicarinatis; inferioribus æqualibus.
*Floſculi* terni.
*Perianthium* ſuperum, caducum: foliolis tribus, lanceolatis, petaloidibus, longitudine corollæ.

*Corol-*

*Corolla* monopetala.
*Tubus* longitudine fere calycis.
*Limbus* quinquepartitus: laciniis quatuor lanceolatis; quinta bifida.
*Filamentum* tubo infidens, breve.
*Anthera* erecta, oblonga.
*Germen* breve.
*Stylus* filiformis, clavatus, inferne tubo adnatus.
*Stigma* anguſtum, ſimplex.
*Capſula* trilocularis.
*Semina* plurima.
An novum genus? Certe facies a reliquis aliena.

*Arabica.* SALICORNIA foliis alternis vaginalibus obtuſis hinc dehiſcentibus.
Salicornia arabica. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 51.
*Habitat* in Arabia. *D. Gmelin.* ♄.
*Frutex* ramis alternis, ramoſis.
*Folia* quaſi articuli, carnoſa, obtuſa, tegentia ramulos, dehiſcunt altero latere alternatim.
*Spicæ* terminales, ovatæ.

*foliata.* SALICORNIA foliis linearibus alternis amplexicauli-decurrentibus.
*Habitat* in Sibiria. *D. Gmelin.* ♄.
*Frutex* lignoſus.
*Rami* alterni, ſubſimplices.
*Folia* linearia, alterna, carnoſa, baſi amplexicauli-adnata, quaſi decurrentia.
*Fructificationem* non vidi.

*tetraphylla.* HIPPURIS foliis quaternis oblongis obtuſis.
*Habitat* in Suecia: Finlandia circa Aboam.
Diſtinctiſſima a H. vulgari foliis ſemper quaternis, ſpathulato-ovatis, obtuſis.

*vulgaris.* HIPPURIS foliis octonis ſubulatis.
Hippuris vulgaris. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 51.

# DIGYNIA.

*biflorum.* MNIARUM.
Mniarum biflorum. *Forſt. gen. n.* 1.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Abrah. Bäck, Eques & Regis Sueciæ Archiater.*

*Planta* Minuartiæ faciem adeo ſimilem habet, ut illius generis, flore non examinato, jurares eſſe, glaberrima, dichotoma, undique veſtita foliis approximatis, acerosis, connatis.
*Flores* terminales, bini, ſubſeſſiles, foliis fere breviores.

# DIANDRIA.

## MONOGYNIA.

*elongata.* NYCTANTHES foliis cordatis lanceolatis acutis elongatis minoribusque, ramis teretibus.
Nyctanthes elongata. *Berg. Act. angl. ann.* 1772. *p.* 290. *t.* II.
*Habitat* in India orientali. ♄.
*Rami* teretes: ſuperiores villoſi.
*Folia* cordata, ſublanceolata, glabra: infima cordata, ovata.
*Flores* terminales, quinque ſ. ſex, ſubumbellati.
*Calyx* minimus: laciniis ſubulatis, piloſis.
*Corollæ tubus* ſuperne incraſſatus.

*glauca.* NYCTANTHES glauca, caule tereti, foliis lanceolatis acutis trinerviis, pedunculis trifidis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.* ♄.
*Frutex* ramis teretibus, lævibus, oppoſitis.
*Folia* oppoſita, petiolata, lanceolata, lævia.
*Pedunculi* terminales, trifidi ſ. triflori.
*Flores* Jaſmino officinali majores.

*Salſoloides.* ERANTHEMUM fruticoſum, foliis carnoſis teretiuſculis linearibus glaberrimis, racemis axillaribus calycibusque pubeſcentibus, tubo recurvo.
*Habitat* in Barrancas circa oppidum St. Crux. *Franc. Maſſon.* ♄.
*Frutex* foliis ſimillimus Salſolæ, at in apicibus ramorum racemi axillares, pubeſcentes; ad ſingulum pedicelli exortum bracteæ tres, ſubulatæ; pedicelli reflexi.
*Calyx* quinquepartitus: laciniis ſubulatis, pubeſcentibus.
*Corollæ tubus* calyce longior, in medio recurvus.
*Limbus* quinquepartitus: laciniis ovatis, acuminatis.

VERO-

*ſaxatilis.* VERONICA corymbo terminali, foliis oppoſitis glabriuſculis, pedunculis folia floralia ſuperantibus.
Veronica ſaxatilis. *Bauh. hiſt. v.* 3: 2. *p.* 284. *Jacq. obſ. v.* 1. *p.* 200. *Scop. carn. ed.* 2. *n.* 9.
Veronica fruticans. *Cluſ. hiſt. v.* 1. *p.* 347.
*Habitat* in Alpibus. ℔.
*Caules* ramoſi, diffuſi.
*Folia* ovata, plana, integerrima.
*Calyx* obtuſus.
*Corollæ* cæruleæ, maximæ.

*urticæfolia.* VERONICA racemis lateralibus, foliis ovato-lanceolatis hirtis argute ſerratis, caule erecto.
Veronica urticæfolia. *Jacqu. auſtr. v.* 1. *p.* 37. *t.* 59.
Veronica maxima latifolia ſ. Quercus folio. *Moriſ. hiſt. v.* 2. *p.* 322. *ſ.* 3. *t.* 23. *f.* 18.
Chamædrys falſa maxima. *Bauh. hiſt. v.* 3: 2. *p.* 286.
Chamædrys ſpuria major latifolia. *Bauh. pin. p.* 248. *Buxb. cent.* 1. *p.* 23. *t.* 34.
*Habitat* in Auſtria. *Jacquin.* ℔.
*Caulis* filiformis, erectus, lævis, pedalis & ultra.
*Folia* oppoſita, ſubſeſſilia, ovato-lanceolata, ut Urticæ folia tenuiſſime hirta, argute ſerrata.
*Racemi* ex ſummis foliis, filiformes, tenues, ſub floreſcentia longitudine foliorum & ultra, laxi: pedicellis capillaceis.
*Calyx* tetraphyllus.
*Corollæ* carneæ.

*montana.* VERONICA racemis lateralibus elongatis filiformibus, foliis ovatis petiolatis obtuſis groſſe ſerratis, caule petiolisque hirtis.
Veronica montana. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 57. *Jacqu. auſtr. v.* 2. *p.* 6. *t.* 109.
*Habitat* in Germania. *J. C. D. Schreber.* ℔.

*Kamtchatica.* VERONICA hirta, racemo trifloro elongato laterali aphyllo, foliis ovatis ſ. oblongis ſerratis hirtis: pilis articulatis.
Veronica Kamtchatica. *Gærtner Act. petropol.*
*Habitat* in Kamtſchatka.

Valde affinis Veronicæ aphyllæ, ſed folia hujus majora & ſerrata.
Singularis pilis articulatis ut Confervæ.
*Caules* elongati, procumbentes.

*cærulea.* PÆDEROTA corollarum labio ſuperiore indiviſo.
*Habitat* in Auſtria.

*lutea.* PÆDEROTA corollarum labio ſuperiore bifido.
*Habitat* in Auſtria.
Hæc foliis longioribus.

*pulcherrima.* JUSTICIA fruticoſa, foliis ovatis utrinque acuminatis petiolatis, ſpicis terminalibus tetragonis erectis, bracteis ovatis.
Juſticia pulcherrima. *Jacqu. amer. p. 6. t. 2. f. 4.*
*Habitat* in America. ♄.
*Rami* hirſutie cani.
*Folia* oppoſita, petiolata, oblonga, utrinque attenuata, ſupra fere nuda, ſubtus hirſutie molli cana, integerrima.
*Spicæ* apice ramorum terminales & axillares, erectæ, ſubulatæ, tetragonæ, tectæ bracteis arcte imbricatis, ovatis, glabris, ciliatis.
*Flores* magni, curvi, coccinei, quibus ſpecioſa.
Mea planta in nullo alio a Jacquini differt, quam quod ſtamina hujus bina, Jacquini autem quatuor.

*acaulis.* JUSTICIA acaulis.
*Habitat* in Tranquebaria. *König.* ♃.
*Radix* perennis, pubeſcens.
*Folia* radicalia, ovalia, crenulata, nuda, palmaria.
*Scapi* ſimpliciſſimi, foliis duplo longiores, imbricati ſquamis minutis, appreſſis, acutis.
*Spica* oblonga.

*ciliaris.* JUSTICIA herbacea, foliis lanceolatis, floribus oppoſitis ſeſſilibus, bracteis calycibusque ſetaceis hiſpidis flore longioribus.
Juſticia ciliata. *Jacqu. hort. v. 2. p. 47. t. 104.*
Digitalis Zeylanica hirſuta, foliis Seſami anguſtioribus. *Burm. Zeyl. 88. t. 38.*
Sideritis Zeylanica aſpera major. *Herm. Zeyl. 48.*
*Habitat* in Zeylona.
*Caulis* herbaceus, erectus, piloſus.

*Folia*

*Folia* lanceolata, obtuſiuſcula, petiolata, integerrima, ſubpiloſa: ſuprema confertiora.
*Flores* axillares ramorum, ſeſſiles, oppoſiti.
*Bracteæ* binæ, oppoſitæ, calyce longiores, erectæ, ſetaceæ, uti calyx piloſo-hiſpidæ.
*Calyx* quinquepartitus, ſetaceus: ſetis piloſo-hiſpidis.

*Tranquebarenſis.* JUSTICIA ſubfruticoſa, caule tereti, foliis orbiculatis, ſpicis terminalibus, floribus ſolitariis, bracteis obcordatis.
*Habitat* in Tranquebar. *König.* ♄.
*Suffrutex.*
*Caulis* teres, ruber: piloſitate tenui, albicante, molli.
*Folia* ovalia aut orbiculata, ſubcarnoſa, petiolata, undulata, minora.
*Spicæ* terminales: bracteis oppoſitis, obcordatis, adpreſſis, in quarum axillis flores ſolitarii.

*Orchioides.* JUSTICIA fruticoſa, foliis ovatis ſeſſilibus, floribus axillaribus ſolitariis pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* rigidus, glaberrimus.
*Folia* parva, rigidiſſima, apice fere pungente.

*verticillaris.* JUSTICIA villoſa, foliis ovatis integris, floribus axillaribus verticillatis ſeſſilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Gandaruſſa.* JUSTICIA fruticoſa, glabra, foliis lanceolatis elongatis, ſpicis verticillatis.
Gandaruſſa. *Incol.*
*Habitat* in Zeylona, Java, Malabaria. ♄.

*Malabarica.* DIANTHERA floribus paniculatis, pedicellis bi-ſ. trifidis, floribus bicalyculatis: lacinia dorſali majore.
Dianthera bicalycata. *Retz. Act. holm. ann.* 1775. *p.* 297. *t.* 9.
Cara-Carinam. *Rheed. mal. v.* 9. *p.* 109. *t.* 56.
*Habitat* in Malabariæ graminoſis. *König.* ♄.
*Caulis* fruticoſus, angulatus, hirtus.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, integerrima.
*Paniculæ* terminales: pedicellis trifidis ſ. bifidis.
*Calyx* duplex: exterior quinquefidus: lacinia dorſali lanceolata, longitudine fere corollæ.
*Flores* purpurei.

*perfoliata.* CALCEOLARIA foliis perfoliatis ſpathulato-ſagittatis.

Jcon. *Mutiſ. amer. v.* 1. *t.* 3.

*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.*

Hæc magnitudine reliquas ſuperat.

*Caulis* teres, villoſiſſimus ut tota planta, corollis exceptis.

*Folia* oppoſita, perfoliata, ut in Silphio, ſpathulata, petiolo attenuato.

*Spathula* ſagittata, ovata, inæqualiter denticulata, utrinque tomentoſa, ſed inprimis ſubtus denſiſſima lanugine rufeſcenti-albida tecta.

*Flores* ut in reliquis, ſed majores.

*integrifolia.* CALCEOLARIA foliis ovatis indiviſis ſerratis.

Calceolaria integrifolia. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 61.

Jcon. *Mutiſ. amer. v.* 1. *t.* 2.

*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.*

Similis reliquis.

*Caulis* piloſus.

*Folia* ovata, inæqualiter ſerrata, petiolata.

*ſtellaris.* UTRICULARIA verticillo utriculario bracteearum ciliari.

*Habitat* in Indiæ agris oryzaceis, in aquoſis profundioribus. *König.*

*Radices* capillares, ramoſæ, verticillatæ, fluitantes ut in U. vulgari, absque utriculis.

*Scapus* digitalis, filiformis, nudus, apice racemoſus.

*Folliculi* verticillati, quatuor ad ſex, ſeſſiles, ovati, ciliati, biloculares, in medio ſcapi, inque ſuperficie aquæ, ut utriculis elevari poſſit ſcapus.

*Corollæ* deſtitutæ nectario: labio inferiori ſaccato.

*Aubletia.* VERBENA tetrandra, ſpicis ſolitariis, corollis faſciculatis, foliis cordatis inciſo-ſerratis.

Büchnera canadenſis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 478.

Verbena Aubletia. *Jacqu. hort. v.* 2. *p.* 82. *t.* 176.

*Habitat* in America. ⊙ H. U.

*Caulis* pedalis, erectus, tetragonus, ſubhiſpidus, dichotomus, brachiatus.

*Rami* ex ſingulis axillis.

*Folia* oppoſita, petiolata, ſubcordata, ſublobata, inciſo-ſerrata, rugoſa, ſcabriuſcula.

*Stipulæ* nullæ.

*Spicæ*

*Spicæ* terminales, ſolitariæ, oblongæ, pedunculatæ: floribus faſciculatis.
*Bracteæ* propriæ, lineares, longitudine calycis.
*Calyx* monophyllus, linearis, pentagonus, quinquedentatus; dentibus acutis: ſuperioribus duobus brevioribus.
*Corolla* monopetala.
*Tubus* filiformis, calyce duplo longior.
*Faux* deorſum gibba, villis clauſa.
*Limbus* planus, ſubquinquepartitus, ſubæqualis: laciniis oblongis, emarginatis, obtuſis, ſanguineis.
*Stamina* didynama: duo in fauce; duo intra tubum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* craſſiuſculum, bifidum: lacinia inferiori acuta.
*Semina* quatuor, approximata, calyce breviora.
Differt a Buchneris ſeminibus quatuor, nudis, diſtinctis.
Erinus peruvianus an hujus varietas?

*exaltatus.* LYCOPUS foliis baſi pinnatifido-ſerratis.
Lycopus foliis in profundas lacinias inciſis. *Tourn. inſt. p.* 191.
*Habitat* in Italia. ♃.
*Caulis* humanæ altitudinis, quo a L. europæo differt, ramoſus, angulatus, ſcaber.
*Folia* profunde ſerrata: ſerraturis infimis profundioribus, ut fere inferne pinnatifida: laciniis ſubſerratis.
*Corollæ* quadriſidæ, albæ: laciniis rubro-punctatis: ſuprema emarginata; infima latiori.
*Stamina* duo, diſtantia.
*Antheræ* didymæ, rubræ.

*capitata.* CUNILA foliis ovatis, floribus terminalibus, umbella ſubrotunda.
*Habitat* in Sibiria.
*Caulis* palmaris.
*Folia* ovata, oblongiuſcula, nuda.
*Flores* terminales in umbellam digeſti.
*Calyces* læves, ſtriati.
*Corollæ* purpureæ.
*Antheræ* nigræ.

*Abyſſinica.* SALVIA foliis cordato-ovatis rugoſis eroſis, bracteis integerrimis lævibus.
*Habitat* in Abyſſinia.
*Caulis* pedalis, erectus, obtuſe tetragonus, herbaceus, ſcaber, ſimplex
*Folia radicalia* cordata, oblonga, fereque lanceolata, inæqualiter crenata, rugoſa, viridia, baſi trinervia, obtuſiuſcula.
*caulina* bi-ſ. triparia, ſimilia, margine fere eroſa, baſique ſublaciniata: ſumma ſeſſilia
*Panicula* brachiata, ex verticillis ſexfloris, ſeſſilibus, ſubaphyllis, longitudine totius fere caulis.
*Bracteæ* (ramorum paniculæ) cordatæ, integerrimæ, ſeſſiles, concavæ.
*Calyces* labio ſuperiori bifido, connivente; inferiori bifido, acuminato.
*Corollæ* calyce duplo majores, cæruleæ.
*Labium ſuperius* emarginatum, compreſſum, non magnum.
*inferius* bilobum, ſaccatum, auriculis parvis, reflexis.
*Stamina* intra galeam corollæ.
*Stylus* exſertus.
*Odor* Humuli, gravis.

*triloba.* SALVIA tomentoſa, foliis petiolatis rugoſiſſimis trilobis: lobo intermedio producto oblongo; lateralibus ovatis obtuſis.
*Habitat* in Monte Sypili. ♄.
*Habitus* S. officinalis.
*Tota* cana ex tomento.
*Spica* terminalis, verticillata.
Singularis foliis baſi quaſi auriculatis.

*coccinea.* SALVIA foliis cordatis ovatis acutis ſerratis ſubtus molliſſime tomentoſis, racemo terminali verticillato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♃. H. U.
Pulcherrima corollis rubris, qua a reliquis omnibus facillime diſtinguitur.
*Folia* exquiſite cordata, petiolata.
*Calyces* infundibuliformes, graciles, vix hirti.

*aurita.* SALVIA villoſa, foliis ovatis dentatis auriculatis, floribus verticillato-ſpicatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſcabra.*

*ſcabra.* SALVIA ſcabra, foliis lyratis dentatis rugoſis, caule paniculato ramoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*runcinata.* SALVIA ſcabra, foliis runcinato-pinatifidis dentatis, floribus ſpicatis verticillatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*nutans.* THOUINIA.
*Habitat* in Zeylona. *Thunberg.* ♄.
*Arbor* glabra.
*Folia* oppoſita, breve petiolata, elliptica, integerrima, obtuſiuscula, glaberrima, venoſa.
*Paniculæ* axillares, ſolitariæ.
*Flores* purpurei, nutantes.
Singularis eo, quod ſtamen ſingulum combinat duo petala.

*Sanguiſorbæ.* ANCISTRUM.
Anciſtrum Anſerinæfolium. *Forſt. gen. n.* 2.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Eques Bäck.*
Herba & Infloreſcentia refert Sanguiſorbam.
*Caulis* piloſus.
*Folia* alterna, cum impari pinnata: foliolis cuneiformibus, profunde ſerratis, ſubtus canis.
*Stipulæ* profunde inciſæ.
*Pedunculus* terminalis, ſolitarius, longus.
*Capitulum* globoſum: floribus aggregatis.
*Calyx* cum *Corolla* extus hirſutus.
Singularis ariſtis calycinis luteis, glochidatis, ſ. Hamis Vulpium ſimilibus.

# DIGYNIA.

*aculeatum.* ANTHOXANTHUM ſpicis ſubgloboſis, involucro foliaceo brevi mucronato.
Schœnus aculeatus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 81.
*Habitat* in Hiſpania, Sibiria. H. U.
*Culmi* plures, diffuſi, palmares, ramoſi, vaginis foliorum veſtiti.
*Folia* graminea, lævia, margine ſcabra: ſuperiora ſenſim latiora.

*Spica* ſubgloboſa, fere faſtigiata, terminalis, floribus fere ſeſſilibus in ſinu involucri.
*Involucrum* triphyllum, foliaceum, ſpica paullo longius.
*Foliola* ſeſſilia, ovata, oblonga, plano-horizontalia, acuminata in apicem mucronatum, rigidula, arcta.
*tertium* in ſinu flores paucos continet.
*reliqua* glumæ inſtar flores in capitulum ſpicatos gerunt.
*Gluma floſculi* bivalvis, oblonga, convoluta.
*Stamina* bina, calyce longiora.
*Styli* duo.

*crinitum.* ANTHOXANTHUM panicula ſpicæformi cylindrica ariſtata: ariſtis longis patentibus laxis.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Eques Bäck.*
*Gramen* altum, glabrum.
*Culmi* terminati panicula longa, coarctata, ut referat ſpicam.
*Gluma corollina* ariſtata: ariſta longa, ſimplici, patente, molli, laxa.

# TRIGYNIA.

*Cubeba.* PIPER foliis oblique-ovatis ſ. oblongis venoſis acutis, ſpica ſolitaria pedunculata oppoſitifolia, fructibus pedicellatis.
*Habitat* in Javæ ſylvis. *D. Thunberg.* Ex Guinea *communicavit cel. Prof. Bergius.* ♄.
*Frutex* glaberrimus.
*Caulis* articulatus, flexuoſus.
*Folia* plerumque oblonga, rarius ovata ſ. lanceolata, non tenera ut in plurimis hujus generis ſpeciebus, integerrima, petiolata, venoſa, venis ſimpliciori-bus, alternis.
*Margo folii* in uno latere non tam longe decurrit quam in altero.
*Spicæ* ſolitariæ, pedunculatæ, breves, in quibus Baccæ illæ pedicellatæ, quæ in Officinis pharmaceuticis & culinaribus nomine Cubebarum notiſſimæ ſunt.

*Capenſe.* PIPER foliis ovatis nervoſis acuminatis: nervis villoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Diſtinguitur a reliquis majoribus hujus generis, quibus ſimillimum, venis pagina inferiori villoſis.

*retu-*

*retuſum.* PIPER foliis obovatis retuſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*reflexum.* PIPER foliis quaternis ovatis obtuſis reflexis, caule ſulcato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Foliis quaternis & reflexis refert Valantiam.

*methyſticum.* PIPER foliis cordatis multinerviis petiolatis, ſpicis axillaribus pedunculatis plurimis.
*Habitat* in Taheiti.
*Folia* magna, ſubrotunda, profunde cordata, acuta, integerrima, glaberrima, tenera, nervoſa: nervis undecim ad tredecim; petiolata.
*Petioli* baſi dilatati & amplexicaules.
*Spicæ* quinque vel plures, pedunculatæ, in axillis foliorum.

# TRIANDRIA.

## MONOGYNIA.

*criſpa.* IXIA foliis ſubulatis criſpis, ſcapo ſpicato.
Ixia undulata. *Burm. prodr.* 1.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.*
*Folia* radicalia, ſubulata, criſpa, longitudine vix digiti.
*Scapus* filiformis, erectus, ſpithamæus, nudus.
*Flores* ſpicati, alterni, diſtantes.
*Gluma* e qua flos exit hyalina, bivalvis: altera trinervia, tridentata; altera binervia, bidentata.
*Tubus* filiformis.
*Limbus* laciniis obovatis, oblongis.
*Antheræ* luteæ.

*hyalina.* IXIA floribus fulvis, petalis latere hyalinis in medio baſeos linea flava.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Folia* radicantia, quatuor ſ. quinque, enſiformia.
*Flores* quatuor ſ. quinque, ſeſſiles.
*Gluma* fere lacera ſ. margine ſcarioſa.
*Antheræ* nigricantes.
*Stylus* trifidus.
*Stigmata* obtuſa.

*pendula.* IXIA foliis lineari-enſiformibus, caule paniculato, racemis pluribus pendulis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.*
*Culmus* altiſſimus, teres, lævis: ramis floriferis tribus ſ. quatuor, filiformibus, duris. *Folia*

*Folia* anguſto-lanceolata, ſtriata.
*Bracteæ* ſetaceæ.
*Spicæ* floribus alternis, remotiuſculis, quatuor ad novem, pendulis.
*Spathæ* ſcarioſæ, ovato-lanceolatæ.
*Corollæ* ſanguineæ, campanulatæ.
*Petala* lanceolata.
Liliacea aquatica, pulcherrima, magnis floribus purpureis.

*cinnamomea.* IXIA foliis lanceolatis undulatis, ſpica ſecunda.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Flos* ſuave olet inſtar Cinnamomum.

*pentandra.* IXIA floribus pentandris, ſtaminibus curvis, foliis enſiformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*capillaris.* IXIA caule multifloro, floribus pedunculatis erectis, foliis linearibus erectis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*alopecuroidea.* IXIA caule ſimplici, foliis linearibus, floribus imbricatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Flores* violacei.

*piloſa.* IXIA ſcapo ſimplici, foliis linearibus piloſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*falcata.* IXIA caule ſimplici, foliis falcatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*minuta.* IXIA ſcapis unifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Puſilla plantula.

*linearis.* IXIA caule ſimplici, foliis linearibus convexis ſtriatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*exciſa.* IXIA caule ſimplici, foliis ovato-oblongis latere interiori exciſis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♃.
*Radix* bulboſa.
*Scapus* digitalis, filiformis, ſimplex, ſæpe etiam altero ramo, ſimiliter multifloro.

*Folia*

*Folia* oblonga, lato-lanceolata, lævia, caule breviora, latere interiori exciſa.
*Flores* alterni, ſeſſiles, ſecundi.
*Glumæ* ovatæ, breviſſimæ.
*Corollæ tubus* filiformis.
*Limbus* violaceus.
*Variat* glumis lanceolatis, longitudine dimidii tubi, floribus uno ſ. duobus.

*fruticoſa.* I X I A caule fruticoſo ramoſo.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Caulis* ſemipedalis, fruticoſus, ramoſus, fuſceſcens, imbricatus, cicatricibus transverſis.
*Folia* equitantia, enſiformia, pollicaria, in apicibus ramorum, ſimilia Siſyrinchio.
*Flores* terminales, ſeſſiles, cærulei.
*Tubus* filiformis.
*Antheræ* luteæ.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* ſimplex.

*gladiata.* I X I A ſtylis tribus, culmo nudo compreſſo, glumarum ſquamis muticis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Sparrmann.*
*Culmi* nudi, longi, compreſſi, ancipites, læves.
*Folia* anguſto-enſiformia, longiſſima, lævia, ſubtiliſſime ſtriata.
*Spicæ* terminales, ſæpius tres, imbricatæ: glumis amplectentibus, obtuſiusculis, muticis.
*Bractea* enſiformis, pone ſpicas, ſpicis non longior.
*Corolla* lutea: petalis exterioribus extus rubris.
*Styli* tres.

*Galaxia.* I X I A monadelpha, ſpatha radicali, foliis ovatis planis nervoſis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei in collibus infra montes. *D. Sparrmann.*
*Bulbus* ſtriatus, tunicatus, transverſaliter reticulatus.
*Folia* radicalia, ovalia ſ. ovato-oblonga, obtuſiuscula, nervoſa, glabra, plana, plura, baſi amplectente dilatata.
*Spatha* radicalis.
*Scapus* filiformis, uniflorus, nudus, foliis brevior.
*Corolla* fugaciſſima, triandra, monadelpha.
*Stigma* multipartitum.

*fuga-*

*fugaciſſi-ma.* IXIA monadelpha, ſpatha radicali, foliis ſubulatis canaliculatis recurvatis.
*Habitat*, ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.*
A priori vix differt, niſi foliis anguſtioribus, forte itaque illius varietas.

*criſpus.* GLADIOLUS foliis lanceolatis crenatis undulatis, floribus ſecundis, ſpicis duabus, tubo filiformi longo.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Sparrmann.* ♃.
*Folia* lanceolata, crenulata, undulata, longa.
*Caulis* teres, uno alterove folio crenato, undulato.
*Spica* ſecunda: floribus numeroſis, erectis.
*Glumæ* obtuſæ: margine ſcarioſo, denticulato, rubro.
*Corollæ tubus* limbo duplo longior, filiformis.
*Differt* omnino ab Ixia criſpa.
Hic foliis lanceolatis, etiam caulinis.
Illa foliis linearibus, caule aphyllo.
Hic corollæ tubo glumis octies longiore.
Illa corollæ tubo vix gluma longiore.
Hic petalis lanceolatis.
Illa petalis obovatis.
Hic bipedalis.
Illa palmaris planta.

*iunceus.* GLADIOLUS foliis lato-lanceolatis, culmo ramoſo, floribus ſecundis, ſtylo ſexpartito.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.*
*Culmus* palmaris, filiformis, lævis, uno alterove ramulo patulo.
*Folia* lanceolata, culmo dimidio breviora, lævia.
*Flores* alterni, ſecundi, ſeſſiles.
*Glumæ* ovatæ, integræ.
*Corolla* violacea: tubo filiformi limbo longiori.

*anceps.* GLADIOLUS foliis enſiformibus undulatis, caule ramoſo ancipite divaricato.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Culmus* ramoſus, divaricatus, anceps.
*Folia* enſiformia, ſtriata, caule breviora: ramea brevia, ſed non anguſtiora, decurrentia in caulem carina criſpa.
*Flores* alterni, ad apices ramorum.
*Spathæ* obtuſiſſimæ, ore purpureæ.
*Corollæ tubus* limbo ter ſ. quater longior.

Affinis

Affinis Ixiæ corymboſæ, ſimilis caule angulato, ſed differt & ab Ixia corymboſa & palmari tubis corollæ longis, filiformibus.

*gramineus.* GLADIOLUS petalis lanceolatis ſetaceo-acuminatis.
Gladiolus phalangoides æthiopicum. *Pluk. phyt.* 187. *f.* 3.
Aſphodelus foliis planis, caule ramoſo, foliis acutiſſimis. *Mill. icon.* 38. *t.* 56. *Burm. prodr.* 3.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Caulis* plus quam pedalis, teres, lævis, ramis aliquot floriferis.
*Folia* graminea, longitudine fere caulis, lævia, nervoſa, laxa.
*Flores* aliquot in apicibus caulis ramulorumque.
*Spathæ* ovatæ, acuminatæ.
*Corollæ* albidæ, fundo violaceo, parvæ, abſque tubo, ſexpartitæ.
*Petala* lanceolata, acumine in ſetam terminato.

*marginatus.* GLADIOLUS foliis cartilagineo-marginatis glabris multinerviis, ſpica elongata, floribus alternis nutantibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei humidis. *Sparrmann.*
*Folia* pedalia, gladiiformia, lævia, nervoſa: marginibus triplo craſſioribus, lævibus.
*Caules* craſſitie pennæ anſerinæ.
*Spica* longiſſima, læviter a flore ad florem flexuoſa.
*Spathæ* diſtantes, longitudine bracteearum, ſæpe apice laceratarum.
*Corollæ tubus* ſpathis duplo longior.
*Limbi laciniæ* ſubæquales, oblongæ, ellipticæ, purpureæ.

*montanus.* GLADIOLUS foliis enſiformibus nervoſis glabris, floribus ſpicatis, corolla ringente.
Siſyrinchium viperatum. *Pluk. phyt.* 224. *f.* 8.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.* ♃.
*Radix* bulbus cortice fibroſo.
*Folia* radicalia, linearia, anguſta (lineæ latitudine) longitudine fere ſcapi, lævia.
*Scapus* teres, aphyllus.
*Spica* oblonga: floribus remotiuſculis.
*Bractea* propria, bivalvis, ovata.

Corollæ

*Corollæ Galea* tripartita.
*Lacinia media* fornicata ſ. incurva, canaliculata, linearis, apice ovato.
*Laciniæ laterales* patentes, divaricatæ, recurvatæ, obovatæ, ungue longiore.
*Labium* tripartitum, æquale: laciniis obovatis, ungue longo, purpureis.
*Stamina* ſub galeæ lacinia media.

*falcatus.* GLADIOLUS caule ſimplici, foliis falcatis, floribus alternis, ſtylo trifido.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillimus Gladiolo junceo.

*flexuoſus.* GLADIOLUS foliis linearibus, caule ſimplici flexuoſo, floribus ſpicatis ringentibus, tubo longo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*longiflorus.* GLADIOLUS caule tereti, tubo longiſſimo, ſpathis foliisque linearibus glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*tubiflorus.* GLADIOLUS caule tereti, tubo longiſſimo, ſpathis foliisque hirſutis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſpathaceus.* GLADIOLUS caule ramoſo, floribus ſpicato-imbricatis, ſpathis membranaceis ariſtatis, foliis plicatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſetifolius.* GLADIOLUS caule ramoſo, corolla ringente, folio infimo filiformi-ſetaceo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*plicata.* ANTHOLYZA foliis plicatis, caule ramoſo hirſuto, corolla ringente ſtaminibus breviore.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Differt ab Antholyza ringente habitu & imprimis eo, quod organa generationis non adeo elongata ac in illa.

*Lucidor.* ANTHOLYZA foliis radicalibus baſi filiformi apice dilatato-ſubulatis ſulcatis, caule ſimplici folioſo ſpicato.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Radix* bulboſa.

*Folia*

*Folia* ad basin culmi subulata, basi angustata, quasi in longum petiolum.
*Scapus* teres, sesquipedalis, spicatus.
*Spica* floribus sessilibus, alternis.
*Spathæ* bivalves, purpurascentes.
*Flores* oblongi, parum incurvati, superne purpurei, divisi in lacinias sex, lanceolatas, parum inæquales, erectiusculas.
*Antheræ* lineares.
*Stylus* longitudine staminum & corollæ.
*Stigma* trifidum.

*tenuifolia.* IRIS corolla imberbi, spatha biflora, folio longissimo filiformi, tubo filiformi elongato.
Iris tenuifolia. *Pallas. itin. v.* 3. *p.* 714. *t. C. f.* 2.
*Habitat* in arenosis Dauriæ & ad Wolgam *Pallas.* ♃.
*Corolla* pallide cærulea, odore caryophylleo fragrans.
*Tubus* longus, extra spathas valde tenuis.

*dichotoma.* IRIS corolla tenuissime barbata, caule tereti elongato paniculato, ramis alternis divaricatis bi-s. quadrifloris.
Iris dichotoma. *Pallas. itin. v.* 3. *p.* 714. *t. A. f.* 2.
*Habitat* in rupestribus apricis totius Dauriæ. *Pallas.* ♃.
Habitu refert Ixiam.
*Caulis* inferne tectus foliis sex s. septem, alternantibus, subradicatis, ensiformi-amplexantibus, distichis, brevibus; superne teres, glaberrimus, ramosus, folio brevissimo ad quamque ramificationem.
*Rami* patentissimi, elongati, nudi, simplicissimi, terminati spatha parva, diphylla, & floribus binis, tribus s. quatuor.
*Flores* longe pedunculati, omnium congenerum minimi, dilute purpurascentes.

*tristis.* IRIS corollis imberbibus, caule ramoso hirsuto, foliis longioribus ensiformibus glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*tripetala.* IRIS corollis barbatis, folio radicali unico lineari ensiformi-canaliculato, petalis alternis subulatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Caulis* glaberrimus.

*pavonia.* I R I S corollis imberbibus, folio radicali enſiformi glabro, caule ſimplici.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* ſubtomentoſus.
*Flos* aurantiacus, macula baſeos cærulea.

*papilionacea.* I R I S hirta, corollis imberbibus, foliis revolutis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Planta* parva.

*viſcaria.* I R I S corollis imberbibus, foliis linearibus planis, petalis patentibus, caule viſcoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* ramoſus, bituminoſe olidus.

*bituminoſa.* I R I S corollis imberbibus, foliis enſiformibus ſpiralibus, petalis reflexis, caule viſcoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Ramoſa, bituminoſa ut I. viſcaria.

*criſpa.* I R I S corollis imberbibus, foliis enſiformibus revolutis criſpis, petalis patentibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Glabra.

*edulis.* I R I S corollis imberbibus, folio radicali ſcapum vaginante lineari canaliculato longiſſimo, ſtigmatis labio exteriore integro.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Bulbus edulis Hottentottis.

*ciliata.* I R I S corollis barbatis, foliis lanceolatis undulatis ciliatis, petiolis alternis obovatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*tricuſpidata.* I R I S corollis barbatis, folio radicali enſiformi, petalis alternis trifidis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*minuta.* I R I S corollis barbatis, foliis lanceolatis glabris, petiolis alternis lanceolatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*compreſſa.* I R I S corollis barbatis, foliis enſiformibus planis, caule ramoſo compreſſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ramoſiſſima.* IRIS corollis imberbibus, foliis enſiformibus planis, caule paniculato ramoſiſſimo obſolete tetragono.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſetifolia.* IRIS corollis imberbibus, folio filiformi glabro, caule ſimplici, ſpathis membranaceis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſpathulata.* IRIS corollis imberbibus, foliis enſiformibus glabris ſtriatis rigidis, ſpathis ſubulatis longiſſimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*polyanthos.* MORÆA caule ramoſiſſimo, foliis ſubulatis glabris, petalis alternis minoribus, ſtigmatibus bifidis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſpathacea.* MORÆA ſcapo tereti, foliis teretibus dependentibus longis, floribus aggregatis capitatis.
*Habitat* in collibus Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Folia* & *Caules* omnium tenaciſſimi, glaberrimi, filiformes.
*Scapus* terminatus ſpatha diphylla cum capitulo florum, ſpathis minoribus ſubulatis obvallato.
*Corolla* lutea.
*Stigmata* tria.

*fugens.* MORÆA caule ancipiti uni-ſ. bifloro, foliis enſiformibus: infimis ſubfalcatis, floribus terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Petala* alterna, tria exteriora alba, tria interiora minora, nigra, optime diſtinguunt hanc ſpeciem.
*Stigma* multipartitum.

*ſpiralis.* MORÆA caule compreſſo articulato multifloro, foliis enſiformibus erectis, floribus axillaribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Corolla* æqualis, extus albo-virescens, intus alba, per noctem ſpiraliter convolvitur.
*Stigma* ſimplex, villoſum.

*aphylla.* MORÆA ſcapo compreſſo nudo glaberrimo, ſpatha longiſſima ſubulata, floribus capitatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Corolla* flava.
*Stigmata* tria.
Singularis quod omnino aphylla, & flòres ut in Iunco laterales.

*filiformis.* MORÆA ſcapo foliisque filiformibus, floribus terminalibus ſolitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Flores cum ſpathis referunt flores Dianthi.
*Corolla* lutea.
*Stigmata* tria.

*flexuoſa.* MORÆA caule tereti articulato ramoſo, foliis planis laxis revolutis; ſpica flexuoſa.
Ixia longifolia. *Jacqu. hort. v.* 3. *p.* 47. *t.* 90.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Corolla* lutea.
*Stigmata* ſex.

*Triopetala.* MORÆA foliis gramineis, petalis tribus majoribus barbatis.

**iuncea.** α. ſquamis bulbi baſi diſtinctis.
Moræa iuncea. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 79.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Bulbus* ſquamis latere connexis, baſi diſtinctis: dentibus decem compreſſis, totidemque alternis brevioribus.
*Culmus* ramoſus: ramis tribus ſ. quatuor.
*Glumæ* bivalves, biſloræ.
*Flores* albidi.

**vegeta.** β. ſquamis bulbi baſi connexis.
Moræa vegeta. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 79.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Bulbus* ſquamis baſi connexis, biſidis, depreſſis, non compreſſis.
*Gluma* bivalvis, biflora.
*Flores* in ſcapo vix plures quam duo, cœrulei.
Ob petala tria majora barbata potius ad Ireos genus pertineret.

## *Obſervationes.*

Morææ flos differt ab Iridibus petalis omnibus ſex æqualiter patentibus.

In

In Moræis Stamina inferne ſunt connata ut in Monadelphis, Genus hoc itaque Siſyrinchio proximum & forte non ſeparandum.
Petala inſuper tria, erecta, biſida, ex Millero, in Generibus plantarum excludenda ſunt.

*gramini-folia.* WACHENDORFIA caule polyſtachyo hirſuto, foliis enſiformibus canaliculatis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Rariſſima inter Liliaceas Capenſes.

*umbellata.* DILATRIS petalis ovatis, corymbo faſtigiato hirſuto.
Wachendorfia umbellata. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 80.
Dilatris corymboſa. *Berg. cap. p.* 9. *t.* 3. *f.* 5.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Flores* purpurei.

*viſcoſa.* DILATRIS petalis linearibus, corymbo faſtigiato villoſo viſcoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*paniculata.* DILATRIS petalis lanceolatis, panicula oblonga villoſa viſcoſa.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Flores* purpureo-flaveſcentes.

## *Annotatio.*

Separare vel eruere differentias certas Liliacearum ex ſpeciminibus ſiccis impoſſibile eſt, cum variant magnitudine partium, caule ſimplici & ramoſiſſimo, uni- & multifloro, a ſolo & cultura; quare optandum, ut obſervatores & inventores, dum illas recentes habeant, etiam præter deſcriptionem differentias earum ſorment. D. D. Thunberg illas infatigabili labore explicare in patria earum conatus eſt, reducendo varietates ad ſpecies, ſuaque mecum communicavit obſervata.

*radiatus.* SCHOENUS culmo teretiuſculo, capitulo ſubrotundo, involucro octophyllo longiſſimo.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Culmus* aphyllus, palmaris, teretiuſculus, ſtriatus.
*Folia* linearia, canaliculata, lævia, rigidiuſcula, ſpithamea, plura.

*Capitulum* hemiſphæricum, magnitudine pruni.
*Involucrum* octophyllum, longitudine culmi, lanceolatum, foliis triplo latius, flavum.
*Foliola alia* inter florum acervos, involucri ſimilia, ſed minora.
*Flores* ex ſquamis parvis, lanceolatis, unifloris, omnibus e baſi acervorum, nec imbricatis.
*Stamina* tria.
*Stylus* unus.
*Semen* absque pappo.
An potius Scirpus? ſed flores ſimplices, univalves.

*lateralis.* CYPERUS culmo teretiuſculo nudo, ſpica laterali ſeſſili.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ☉.
*Culmi* longitudine aciculæ, plures, ſetiformes, non rigidi.
*Spica* ovata: ſquamis ſeptem ad novem, diſtichis, acutiuſculis, lævibus; ſeſſilis ſub apice longitudine ſui.

*denudatus.* CYPERUS culmo triquetro, involucro ſubnullo.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Culmus* triqueter, bipedalis, vagina unica in medio culmi.
*Umbella* compoſita, non multum expanſa
*Involucrum univerſale* radiis vix manifeſtis, ut fere nullis.
*partiale* nullum.
*Spicæ* oblongæ, purpuraſcentes, carina viridi, apice patentiuſculæ.

*Monti.* CYPERUS culmo tereti, umbella ſupradecompoſita, foliis carina lævibus.
Cyperus ſerotinus odoratus, radice longa, panicula e locuſtis latis ferrugineis compactis. *Mont. gram. t* 1. *f.* 2.
*Habitat* in India, nunc in Italia. ♃.
*Culmus* teres, lævis, aphyllus.
*Folia* longiſſima, margine aculeolis deorſum ſecantia, cæterum glabra, etiam carina.
*Umbella* ſupradecompoſita.
*Involucrum* hexaphyllum, longiſſimum, ſimile ei in reliquis Cyperis triquetris.
*Spiculæ* ovatæ, ferrugineæ.

CYPE.

*tenellus.* CYPERUS culmo nudo ſetaceo, ſpicis ſolitariis geminisque ſeſſilibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Culmi* ſetacei, digito breviores, craſſitie ſetæ equinæ.
*Spicæ* una ſ. duæ, infra apicem culmi, ſeſſiles, compreſſæ, ancipites, ovatæ, læves: ſquamis decem ſ. duodecim.

*diſtans.* CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſupradecompoſita, ſpicis alternis filiformibus, floſculis diſtantibus.
Cyperus diſtans. *Rottböll. gram. n.* 48. *t.* 10.
*Habitat* in Malabaria.
*Culmi* bipedales, ad medium foliis veſtiti.
*Spicæ* lineares, floſculis omnino diſtantibus notatæ.

*Pannonicus.* CYPERUS culmo triquetro, ſpicis ſeſſilibus, glumis lateralibus ſphacelatis.
*Habitat* in Auſtria. *D. Jacquin.*
*Altitudo* digitalis.

*Bœothryon.* SCIRPUS culmo tereti ſtriato nudo baſi vaginato, vagina truncata, ſpica terminali pauciflora bivalvi: valvulis ovatis ſpica brevioribus margine ſcarioſis: exteriori breviori.
Bœothryon. *Ehrh. phytoph. n.* 31.
*Habitat* in Suecia, Germania. *Ehrhart.* ♃.

*triſtachyos.* SCIRPUS culmo nudo ſetaceo, ſpicis ternis ſeſſilibus, involucro diphyllo ſetaceo.
Scirpus triſtachyos. *Rotth. gram. n.* 64. *t.* 13. *f.* 4.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Folia* & *Culmi* ſetacei, glaberrimi.
*Capitulum* laterale, mox infra apicem culmi, ex ſpicis tribus ad ſeptem, ſeſſilibus.
*Variat* magnitudine.
Simillimus S. capillari, at ſpicæ non pedunculatæ; forte illius ſola varietas.

*triſpicatus.* SCIRPUS culmo angulato nudo, ſpicis terminalibus ternis ſeſſilibus nudis.
*Habitat* in Africa. *Sparrmann.*
*Folia* vix ulla, niſi ſquamæ ferrugineæ, radicales.
*Culmi* plures, pedales & bipedales, angulati ſ. ſulcati, nudi, glaberrimi, terminati ſpiculis tribus.

*Spiculæ* ſeſſiles, oblongæ, parvæ, æquales, erectæ.
*Involucrum* polyphyllum: foliis ſubulatis, breviſſimis.

*groſſus.* SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella ſupradecompoſita, ſpicis pedicellatis, involucro triphyllo lanceolato-ſubulato longiſſimo.
*Habitat* in India.
*Culmus* orgyalis, craſſitie fere digiti, erectus, triqueter, lateribus planis, glaberrimus, verſus radicem veſtitus Foliis radicatis, lanceolatis, glaberrimis, ſubverrucoſis.
*Umbella* terminalis, ſupradecompoſita: ſpiculis ovatis, ferrugineis.
*Involucrum* triphyllum: foliolis latis, ſubulatis, margine ſcabris: unico longiſſimo.
Simillimus S. miliaceo, ſed craſſitie & magnitudine valde diverſus.

*globiferus.* SCIRPUS culmo tereti nudo, umbella terminali compoſita: capitulis globoſis ex ſpiculis pluribus arcte congeſtis.
*Habitat* in Teneriffa. *Franc. Maſſon.*
*Culmus* glaberrimus, teres, aphyllus, terminatus ſpatha.
*Spatha* breviſſima, diphylla: foliolis æqualibus, ſubulatis, mucronatis.
*Pedunculi* ex ſpatha exeuntes, plures, ancipites, terminati globulis ex ſpicis breviſſimis, congeſtis.
*Hi globuli* circa baſin emittunt novos radios globiferos, iterum ſimiliter dividendos, unde inflorescentia refert umbellam compoſitam umbellis baſi proliferis.

*monocephala.* KYLLINGA culmo filiformi triquetro, capitulo globoſo ſeſſili, involucro triphyllo longiſſimo.
Schœnus coloratus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 82.
Kyllinga monocephala. *Rottb. gram. p.* 13. *t.* 4. *f.* 4.
*Habitat* in Indiis.

*triceps.* KYLLINGA capitulis terminalibus ſubternis glomeratis ſeſſilibus.
Schœnus niveus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 81.
Kyllinga triceps. *Rottb. gram. p.* 14. *t.* 4. *f.* 6.
*Habitat* in Indiis.
Simillima priori, ſed differt capitulo trilobo.

KYL-

*panicea.* KYLLINGA umbella terminali: ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque cylindricis imbricatis, involucro univerſali ſubtetraphyllo, partiali nullo.
Kyllinga panicea. *Rottb. gram. p.* 15. *t.* 4. *f.* 1.
*Habitat* in Indiis.

*umbellata.* KYLLINGA umbella terminali: ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque cylindricis ſquarroſis, involucro univerſali polyphyllo, partiali triphyllo.
Kyllinga umbellata. *Rottb. gram. t.* 4. *f.* 2.
*Habitat* in Indiis.

*paniculata.* FUIRENA.
Fuirena paniculata. *Rottb. gram. p.* 70. *t.* 19. *f.* 3.
*Habitat* in Surinamo.
*Gramen* altum.
*Folia* caulina: vaginis laxis, urceolatis, piloſis.
*Panicula* terminalis & axillares ex ſpiculis cylindricis ſcabris.

*Indica.* NARDUS ſpica ſetacea ſecunda ſubincurvata.
*Habitat* in Tranquebaria. *König.*
*Gramen* longitudine digiti, ſubramoſum, læve.
*Folia* graminea, plana, culmo breviora, alterna, remota.
*Spica* ſecunda, imbricata, incurvata, verſus flores anguſtiſſima.

*Thomæa.* NARDUS ſpica filiformi recta utrinque imbricata.
*Habitat* in Tranquebaria ad Montem Sancti Thomæ. *König.*
*Folia* in ceſpitem nata, bipollicaria, ſetacea, alterna.
*Culmi* bipollicares.
*Spicæ* terminales, ſeſſiles, ſolitariæ, teretes, erectæ, flaveſcentes: floſculis immerſis, vix conſpicuis.

*Cornucopiæ.* POMMEREULLA.
*Habitat* in India. *König.*
*Gramen* parvum, maxime ſingulare.
*Radix* fibroſa, repens, alba.
*Folia* equitantia, bifariam imbricata, compreſſa, vix digitalia, lævia.
*Culmi* ramoſi, vix foliis longiores.
*Spica* ſubracemoſa, alba, baſi obvallata folio ſubſpathæformi.

*Flos* figura ſua ſingulari florem Caryophyllæum plenum referens, ſive potius Inſtrumentum luſorium Volang dictum.
*Semen* rufum.

# DIGYNIA.

*Teneriffæ.* SACCHARUM foliis ſubulatis planis, floribus paniculatis muticis, involucro piloſo nullo, calyce villoſiſſimo.
*Habitat* in Teneriffa. *Fr. Maſſon.*
*Gramen* pedale & ultra.
*Culmus* geniculatus: articulis approximatis foliatis.
*Folia* brevia, recta, ſubulata, plana, glaberrima.
*Panicula* mediocris, ſimilis Holco lanato.
*Valvulæ calycinæ* ovatæ, ferrugineæ, hirſutæ: pilis albis, patentibus.
*Antheræ* luteæ.
Differt a reliquis ſpeciebus calyce hirſuto, qui in illis nudus.
Caret involucro floſculorum, quod in reliquis conſtat villis longis, rectis.
Glumæ hujus ovatæ, nec ſubulatæ ut in S. ſpontaneo.

*ſpontaneum.* SACCHARUM foliis convolutis, panicula effuſa: ſpicis capillaribus ſimplicibus, floribus remotis involucratis geminatis: altero pedunculato.
Saccharum ſpontaneum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 88.
*Panicula* magna, effuſa, ſimplex, quæ conſtat ſpicis longis, ſimpliciſſimis, in quibus floſculi binati, unus ſeſſilis, alter pedunculatus, alterni involucrati.

*dentata.* PHALARIS ſpica cylindrica, glumis muticis hirſutis carinatis: carina dentata: dentibus apice globoſis.
*Habitat* in Africa.
*Statura* P. Phleoidis.
*Culmi* geniculati, glabri, foliati: foliis brevibus.
*Spicæ* terminales, ſolitariæ, cylindricæ.
*Flores* glumis compreſſis, hirſutis: carina cartilaginea, dentata: dentibus apice globuliferis.
*Gramen* pulchrum & diſtinctiſſimum primo viſu.

PANI-

*elatius.* PANICUM ſpica compoſita, ſpiculis oblongis ſparſis adpreſſis, floſculis confertis, calycibus mucronato-ariſtatis.
*Habitat* in Malabaria. ⊙
Simillimum P. compoſito.
*Culmus* erectus, rigens, ſexpedalis.
*Folia* graminea, longa.
*Spica* incurva, compoſita.
*Rachis* triquetra.
*Spiculæ* duodecim ſ. plures, ovato-oblongæ, rachi adpreſſæ, remotæ, alternæ, rarius oppoſitæ, in omni latere racheos, nec ſecundæ.
*Calyx* trivalvis, tumidiuſculus, lævis, nervoſus.
*Valvula extima* brevior, ovata, acuta.
*media* cum ariſta.
*intima* cum mucrone vix ariſta dicenda.

*helvolum.* PANICUM ſpica tereti, involucellis unifloris faſciculato-ſetoſis, ſeminibus nervoſis.
*Habitat* in India orientali. ⊙
Simillimum P. glauco, ſed vere diverſum.
*Culmus* ſexpedalis, ramoſus: ramis ſterilibus brevioribus.
*Folia* verſus baſin ſupra pilis albis, longioribus, fere pollicaribus, patentibus.
*Spica* ſimplex, ſpithamea, floſculis absque ordine.
*Pedunculi* vix apice ſtriati.
*Involucella* helvola, uniflora, multiſeta, flore multo longiora.
*Gluma* ſtriis longitudinalibus (nec transverſis undulatis,) viridibus, diſtinctis.

*tenaciſſima.* AGROSTIS panicula contracta filiformi, floribus muticis linearibus, valvulis parallelis.
*Habitat* in India orientali. ♃.
*Radix* dura, ceſpitoſa, culmis pluribus.
*Culmi* ſemipedales, anguſtiſſimi, tenaciſſimi, glaberrimi, articulati.
*Folia* graminea.
*Panicula* filiformis, anguſtiſſima: floribus adpreſſis.
*Calyx* bivalvis: valvulis linearibus, diſtantibus, longitudine floris.

*Corolla*

*Corolla* bivalvis, linearis ſ. ſubulata.
*Germen* ovatum, longitudine fere floris aut petali, corolla dicendum, ſed valde clauſum.

*ſpicæformis.* AGROSTIS panicula ſpicæformi, floſculis biariſtatis: ariſta altera receptaculo inſerta geniculata longiori, altera infra apicem corollæ recta, corollis hirtis.
*Habitat* in Teneriffa. *Fr. Maſſon.*
*Gramen* dodrantale, erectum, glaberrimum, culmis ſimpliciſſimis.
*Panicula* coarctata, tenuis, ut referat ſpicam.
*Calyces* magni, ovati, compreſſi, glaberrimi, margine membranacei.
*Gluma exterior* major.
*Corolla* hirſuta, æqualis, calyce brevior, obtuſa, bivalvis.
*Valvula altera* baſi ariſtata, ut crederes ariſtam receptaculo inſertam.
*Ariſta* geniculata, longior.
*Valvula altera* verſus apicem ariſtata.
*Ariſta* recta, brevior.
*Nectarium* intra corollam, breve, genitalia amplectens.

*hirſuta.* AGROSTIS panicula ſubſpicata, caule foliisque hirſutis, corollinis glumis dorſo ariſtatis apice bifidis.
*Habitat* in Teneriffa. *Fr. Maſſon.*
Hirſutie ſua facile diſtinguitur.
Panicula refert Alopecurum paniceum.
*Singulare* quod glumæ corollinæ apice ſunt terminatæ ariſtis binis breviſſimis, qaaſi apex glumæ eſſet fiſſus.

*Capenſis.* AIRA culmo ramoſo, floribus racemoſis, corollis piloſis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Culmi* ſeſquipedales, læves, ſæpe repentes, ramoſi.
*Folia* graminea, anguſtiora, lævia.
*Racemus* terminalis: rachi capillari, longa.
*Pedicelli* ſæpius (exceptis inferioribus bifloris) uniflori, longitudine Florum.
*Calyx* oblongus, obtuſiusculus.
*Corollæ* oblongæ, longitudine calycis, obtuſæ, piloſæ.

AIRA

*villoſa.* AIRA foliis ſubulatis, panicula elongata, anguſtata, floſculis ſeſqui-alteris hirtis ariſtatis: ariſta recta brevi.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Radix* tecta ſquamis ovato-oblongis, villoſis.
*Culmus* glaber.
*Folia* ſubulata, plana, remotiora: vaginis ſæpe villoſis.
*Panicula* terminalis, pedalis, ramificatione Melicæ: pedicellis ſimplicibus & ramoſis, aggregatis.
*Calyx* bivalvis, ſcarioſus, glaber, æqualis, biflorus.
*Flores* magni, ferruginei: alter longior, craſſior, hermaphroditus; alter anguſtior, ſubſterilis.
*Corolla* hirſuta, terminata ariſta recta, corolla breviore.

*Falx.* MELICA ſpica ſecunda compreſſa imbricata.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Sparrmann.* ♄.
*Folia* graminea: in culmo duo, alterna.
*Culmus* ſeſquipedalis, lævis: geniculis duobus.
*Spica* digitalis, ſecunda, compreſſa, imbricata (Cynoſuri) ex foliolis lateralibus, lanceolatis, acuminatis, trinerviis, floribus paulo longioribus, ſingulis pro ſingulo flore.
*Flores* inter hæc foliola, margine albo, pubeſcentes.
*Calyx* bivalvis, ſemitriflorus: foliolis planis (ſpicæ foliola lateralia): interiore floſculo breviore.
*Floſculi* duo: major, minor & Rudimentum.
*Corolla majoris floſculi* bivalvis: valvula exteriori obovata, albo-ciliata, obtuſiſſima, emarginata; interiori longa, anguſtiori, lævi, lanceolata.
*Styli* duo, pubeſcentes.
*Corolla minoris floſculi* ſimilis majori, ſed minor, glabra, absque ſtylis, (an ſtaminibus?)
*Stamina* non reperii; inquirenda in Gramine hoc vere mirabili.

*punctata.* POA panicula diffuſa, ſpiculis duodecimfloris: floribus diaphanis lævibus puncto intus fuſco.
*Habitat* in Malabaria.
*Culmi* ſeſquipedales, adſcendentes, laeves, craſſitie pennae columbinae: geniculis tumidioribus, ſaepe tribus.
*Folia* graminea, ſcabriuſcula, ſubtus laevia, articulis longiora, margine ſcabra, baſin verſus pilis raris, erectis.

Va-

*Vaginæ* laeves.
*Ligula faucis* nulla.
*Panicula* expanſa, (Milii effuſi.)
*Pedunculi* deflorati in racemum coarctati.
*Spiculæ* lanceolatae, duodecim ad quatuordecimflorae.
*Floſculi* diaphani, cum puncto (ex anthera) intus fuſco & ſtria viridi utrinque.
*Glumæ corollinæ* ovatae, acutiuſculae, laeves, calycinis ſimillimae.

*Brizoides.* POA panicula racemoſa, ſpiculis ovatis compreſſis octo-ſ. novemfloris, culmo compreſſo.
*Habitat* in Africa.
*Folia* verſus radicem.
*Panicula* fere racemoſa.
*Spiculæ* octo ad undecim, magnitudine Brizæ mediæ.
*Pedicelli* ſimpliciſſimi.
*Glumæ* luteæ, apicibus cæruleſcentibus.

*capitata.* DACTYLIS ſpicis capitatis lævibus, culmo proſtrato ramoſo
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Radix* perennis.
*Folia* graminea, lævia, in culmo tria.
*Culmi* craſſitie pennæ gallinaceæ, ſeſquipedales, læves.
*Panicula* ſpicæformis, quaſi conglomerata, ſuperne anguſtior, palmaris, paleacei coloris.
*Flores* ubique gemini, depreſſi.
*Calyx* bivalvis, ſubquinqueflorus, longitudine fere floris: valvula exteriore multum attenuata.
*Corolla* oblonga, mutica.

*Uniolæ.* CYNOSURUS ebracteatus, ſpica ſecunda, ſpiculis bifariis alternantibus adpreſſis ovatis carinatis obliquis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Gramen* glaberrimum.
*Facies* Uniolæ, ſed calyx bivalvis, non multivalvis.
*Spica* linearis.
*Spiculæ* ſeſſiles, rachidi adpreſſæ, bifariæ, alternantes ad latera patentes, obliquæ, glaberrimæ, multifloræ.

*ſpinoſa.* FESTUCA fruteſcens, ramis ramulisque ſpinoſis, pedicellis aculeatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Eques Bäck.* ♄.
*Culmi* perennes, craſſitie pennæ columbinæ, ſolidi, proliferi: ramis confertis, erectis, ſimplicibus, apice ſpinoſis.
*Folia* vaginis dilatatis, exeuntibus in folium ſubulatum, pungens, breviſſimum.
*Rami* teretes, aphylli: ramulis alternis, horizontalibus, ſimpliciſſimis, pollicaribus, mucronato-ſpinoſis, ſupra planis, ſubtus teretiuſculis, margine utraque ſpinoſo-pungentibus: ſpinulis quatuor ad ſex ex pedunculis factis.
*Flores* diſtichi.
*Spiculæ* oblongiuſculæ ex ſeptem ad decem floſculis, minus denſe approximatis, vix acutis.
*Pedunculus* ſpicae adhaerens: ramulis poſt caſum in ſpinulam tranſeuntibus.

*aſper.* BROMUS panicula nutante ſcabra, ſpiculis villoſis ariſtatis, foliis ſcabris.
Bromus ramoſus *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 102. (*non p.* 103.)
*Habitat* in Anglia, Germania, Helvetia. ♃.

*ſpicata.* STIPA ariſtis ſeminudis, floribus ſpicatis.
*Habitat* ad Cap. bonae ſpei. *Thunberg.* ♃.
*Radix* repens, perennis, plures culmos producens.
*Folia* graminea, laevia, in ſummo culmo brevia.
*Culmus* laevis, ſeſquipedalis.
*Spica* anguſta, longitudine vix digiti.
*Flores* ſeſſiles, vix pubeſcentes, baſi villoſi.
*Ariſta* terminalis, vix digitalis, torta, piloſiuſcula, extra torſionem laevis.

*hiſpida.* AVENA calycibus trifloris piloſis.
Avena capenſis. *Burm. prodr.* 3.
*Habitat* in Cap. bonae ſpei.
*Folia* graminea, vaginis piloſis.
*Culmi* pedales, erecti, laeves.
*Panicula* ſ. *Racemus* pedicellis indiviſis, tribus ſ. quatuor.
*Glumæ* oblongae, pollicares, acuminatae, piloſae, erectae.
*Corolla* ſubulata.
*Ariſtæ* tortae, floribus duplo ſ. triplo longiores.

AVE-

*Capenſis.* AVENA panicula coarctata, calycibus biflоris ſubulatis, corolla pubeſcente, ariſta intermedia tortili curva.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Radix* repens.
*Folia* graminea, lævia, margine ſcabra, pauciora.
*Culmi* pedales, læves.
*Panicula* quaſi ſpicata, ovato-oblonga, purpuraſcens: pedicellis ultimis capillaribus.
*Calyx* longitudine floris, biflorus: valvulis duabus, æqualibus, attenuatis quaſi in ariſtam.
*Corolla* bivalvis.
*Valvula exterior* ſubpubeſcens, bifida, terminata ariſtis duabus rectis & intermedia tortili duplo longiore.
*Valvula interior* brevis.

*purpurea.* AVENA panicula coarctata, calycibus trifloris ovatis, corollis villoſis: gluma exteriori bifida, ariſta terminali inflexa.
*Habitat* in Martinique.
*Gramen* glaberrimum, parvum, geniculatum.
*Folia* ſetacea, glabra, ceſpitoſa, brevia, ut Feſtucæ ovinæ.
*Panicula* parva, coarctata.
*Glumæ calycinæ* purpureæ, triflоræ: valvulis lanceolatis, carinatis, glabris.
*Flores* omnes ariſtati, lanugine alba veſtiti.
*Gluma corollina exterior* apice bifida in lacinias ſubulatas, obtuſas, & inter has ariſta tortilis, curva.

*lutea.* AVENA panicula patente, calycibus biflоris ſubulatis, corollis nudis triariſtatis: ariſta intermedia flexuoſa.
*Habitat* in Martinique.
Refert habitu & colore Airam flexuoſam.

*Löflingiana.* AVENA panicula contracta, floſculis binis hirſutis: altero pedunculato apice biariſtato, ariſta intermedia longiori.
Avena löflingiana. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 104.
*Habitat* in Hiſpania. Varietas major in Cap. bonæ ſpei.

AVE-

*lupulina.* AVENA panicula coarctata ovata, calycibus trifloris lanceolatis, corollis villosis, gluma exteriori bisubulata, arista intermedia reflexa.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Difficile cum sufficienti differentia distinguitur ab Avena purpurea, quamvis distinctissima.
Hæc major, vaginis foliorum tomentosissimis, albis
*Panicula* hujus lutea, nec purpurea, arcte coarctata in figuram coni lupulini.
*Flores* longiores, corollis hirsutioribus, bifidis: laciniis subulato-aristatis, nec obtusis, ut in A. purpurea.

*ciliata.* ANTHISTIRIA.
Andropogon quadrivalve. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 758.
Andropogon nutans. *Mant. plant. p.* 303.
*Habitat* in India.

*gigantea.* ARISTIDA panicula elongata effusa secunda, calycibus unifloris, aristis corollinis subæqualibus rectis.
*Habitat* in Teneriffa. *Franc. Masson.*
*Gramen* altissimum, ramosum, glaberrimum.
*Paniculæ* terminales, dodrantales, effusæ, (non coarctatæ ut in A. adscensionis,) secundæ.
*Calyces* glaberrimi, inæquales, cærulescentes.
*Corolla* glabra: aristis tribus, æqualibus, brevioribus, nudiusculis.

*Hystrix.* ARISTIDA panicula divaricata patentissima, flosculis simplicissimis glabris, aristis rectis divaricatis.
*Habitat* in Malabaria. *König.*
*Gramen* repens, stoloniferum, glaberrimum.
*Culmi* tenacissimi, foliati, breves: foliis gramineis, convolutis.
*Panicula* terminalis, magna: pedunculis pedicellisque binatis, divaricatis.
*Rachis* angulata.
*Flosculi* filiformes, glabri, longi.
*Calyx* uniflorus, bivalvis: valvulis inæqualibus: longiori subulata.
*Corolla* calyce longior, convoluta, terminata aristis tribus, æqualibus, rectis, patentibus, retro scabris, flosculo duplo longioribus.

*Variat* vaginis foliorum radicalibus albido-tomentosis.

*incurvata.* ROTTBÖLLA ſpica tereti ſubulata, gluma calycina ſubulata appreſſa bipartita.
Ægilops incurvata. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 762.
*Habitat* in Europæ maritimis. ⊙

*compreſſa.* ROTTBOLLA ſpica compreſſa ſubulata, gluma calycina lanceolata plana indiviſa.
*Habitat* in Indiis.

*dimidiata.* ROTTBÖLLA ſpica dimidiata compreſſa lineari: latere exteriori aggregato-floſculoſo, interiori lævi nudo.
Panicum dimidiatum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 90.
*Habitat* in Indiæ arenoſis.

*exaltata.* ROTTBÖLLA ſpica tereti-filiformi undique floſculoſa, glumis ovatis obtuſis, vaginis punctato-hirſutis.
*Habitat* in Indiis. *Thunberg.*
*Gramen* altum, culmo ſolido, farcto.
*Vaginæ* foliorum ſulcatæ, punctatæ: punctis elevatis, ſeta terminatis; unde hiſpidæ.
*Spicæ* ſolitariæ, laterales, palmares & ultra.

*corymboſa.* ROTTBÖLLA ſpicis aggregatis lateralibus filiformibus, floſculis bifariis patentibus, foliis baſi ciliatis.
Ægilops exaltata. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 762.
*Habitat* in Indiis.

*tener.* ELYMUS ſpica pendula, floſculis geminis.
*Habitat* in Sibiria.
*Culmus* bipedalis, lævis: geniculis rubris.
*Folia* læviuſcula ſ. parum ſcabra: vaginis læviſſimis.
*Spica* pendula, E. ſibirico ſimilis, ſed multo tenuior.
*Involucra* alterna, tetraphylla, floſculis (præter ariſtas) breviora, ſubulata, triflora.
*Floſculi* gemini, ſeſſiles, cum intermedio pedicellato.
*Ariſtæ* terminales, floſculis fere longiores, ſæpe flexuoſæ.

*proſtratum.* TRITICUM calycibus multifloris, ſpica diſticha ovata, floſculis imbricatis ariſtato-mucronatis.

Seca-

Secale proſtratum. *Pallaſ. it. v.* 1. *p.* 485. *Jacqu. hort. v.* 3. *p.* 25. *t.* 44.
*Habitat* in deſertis Caſpicis, ſolo aridiſſimo. *Pallas.*
Matura Spica integra cadit & germinat, tot caulibus quot ſpiculæ.
Ipſa ſpica vicem radicis agit.
*Spiculæ* multifloræ.

*compoſitum.* TRITICUM ſpica compoſita, ſpiculis confertis ariſtatis.
Triticum compoſitum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 108.
Triticum ſpica multiplici. *Bauh. pin. p.* 21. *Moriſ. hiſt. v.* 3. *p.* 175. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 7.
*Habitat* in Ægypto.
*Seritur* Neapoli.
Affine T. æſtivo, ſed ſpica palmaris, qnadruplo major, congeſta ex ſpiculis biſariis, alternis, adproximatis, novem ad duodecim: inferioribus brevioribus; ſumma vero ſolitaria.
*Glumæ* glabræ, carinatæ.
*Ariſtæ* longæ, palmares.

*pumilum.* TRITICUM ſpica ovata, glumis ſubariſtatis: calycinis biſulcatis.
*Habitat* in Sibiria.
Species parva, digiti longitudine, vagina ſuprema ventricoſa.
*Spica* dura, compreſſa, ſubariſtata.

# TRIGYNIA.

*Magellanicum.* POLYCARPON caulibus ſimpliciſſimis, foliis linearibus ſparſis imbricatis.
Donatia faſcicularis. *Forſt. gen. n.* 5. *t.* 5.
*Habitat* in Terra del Fuego.
In nullis a P. tetraphyllo reſpectu floris & ſtructuræ, excepto calyce triphyllo, differre videtur, quod ſufficeret, niſi P. tetraphyllum etiam ſæpius calycem pentaphyllum mutaret in triphyllum.
*Planta* digitalis, ſimpliciſſima, tecta foliis glaberrimis, imbricatis.
*Fructum* non viderunt Cel. Forſteri.

*tetraphyllum.* POLYCARPON caule ramoſo proſtrato, foliis quaternis.
Polycarpon tetraphyllum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 111.

# TETRANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Sceptrum Guſtavianum.* PROTEA foliis ramorum inferioribus decompoſitis, ſuperioribus indiviſis cuneiformibus glaberrimis, ſpica terminali conica.
Protea Sceptrum Guſtavianum. *Sparrm. Act. holm. ann.* 1777. *p.* 55. *t.* 1.
*Habitat* in Africa, non longe a Cap. bonæ ſpeï. *D. Sparrmann.* ♄.
Singularis & ſatis differt a reliquis diverſis ramorum foliis.
***Rami folia*** inferiora decompoſita: foliolis longis, linearibus; ſuperiora ſunt fere cuneiformia, ſenſim verſus inſertionem attenuata, erecta, canaliculata, circa caulem ſubcucullata, imbricata, glaberrima.
***Ramuli*** terminantur in ſpicam unicam, ſeſſilem, conicam: floribus argenteis, albidis.

*imbricata.* PROTEA foliis imbricatis lanceolatis, capitulis terminalibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Bladh.* ♄.
***Frutex*** ramis determinatis paucis, rufeſcens.
***Folia*** Polygalæ, imbricata, lanceolata, lineata, lævia, perennia.
***Calyx*** unus alterve, terminalis, ſeſſilis, magnitudine vix Ceraſi, imbricatus foliis latius lanceolatis, purpureis.
***Corollulæ*** extus albo-barbatæ, intus purpuraſcentes, læves.
***Stylus*** tener, clavatus, longitudine corollæ.

*procumbens.* PROTEA foliis ternatis linearibus, caule procumbente, capitulis compoſitis ex minoribus ſubtrifloris ſolitariis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Sparrmann.* ♄.
***Caulis*** groſſius, filiformis, lignoſus, teres, ſubramoſus.

*Folia*

*Folia* alterna, remota, petiolata, trifida: laciniis filiformibus, ſubcarnoſis, acutis, longioribus.
*Capitula* ſubterminalia.
*Pedinculus* capitulo longior, ſquamis aliquot ſetaceis.
*Calyx communis* ſubpentaphyllus: foliolis erectis, lanceolatis, apice acumine patulo.

*Bruniades.* PROTEA foliis ſubulatis, capitulis globoſis terminalibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.* ♄.
*Frutex* fuſceſcens, determinate ramoſus.
*Folia* linearia, conferta, glabra, recentiſſima piloſa, in florentibus ramis oppoſita, remotiora, adpreſſa.
*Capitula* terminalia ramorum, ſolitaria, magnitudine nuclei Coryli, convexa ſ. globoſa.
*Floſculi* piloſi, apicibus flavis.
*Styli* capillares, capitati.

*crinifiora.* PROTEA floribus ſubſolitariis, piſtillis longis capitatis, calycibus ſquamis lanceolatis acuminatis, foliis tricalloſis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.* ♄.
*Frutex* caule ramoſo: ramis ſubpubeſcentibus.
*Folia* elliptica, elevato-rugoſa, lævia, apice tri-ad quinque calloſa.
*Flos* patulus.
*Calyx* ſubimbricatus, ſanguineus: ſquamis lanceolatis, ſuperne fere ſubulatis, mucrone pubeſcente.
*Germina* hirſuta.
*Styli* longe exſerti.
*Stigmata* oblonga, ſubcapitata.

*obliqua.* PROTEA floribus ſolitariis, calyce imbricato ſubpubeſcente, foliis lineari-lanceolatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.* ♄.
*Frutex* determinate ramoſus.
*Folia* ſparſa, lineari-lanceolata, baſi anguſtiora, obliqua, lævia, acutiuſcula, apice minutiſſime unicalloſa.
*Calyx* conicus, imbricatus, ferrugineus, ſcarioſus: ſquamis ovatis, acutiuſculis, planis, intimis excepto apice albo-pubeſcentibus.
*Diſcus* piloſus: ſetis lateribus tenuiſſime piloſis.
*Piſtilla* filiformia, absque capitulo.

*fericea.* PROTEA paniculato-ramoſa, foliis lanceolatis ſericeo-argenteis, floribus capitatis tomentoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Habitus* P. parvifloræ.
*Herba* argentea.
*Flores* parvi, lutei.

*umbellata.* PROTEA foliis linguiformibus linearibus glabris, ramis umbellato-faſtigiatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Similis Aulaxi pinifoliæ *Bergii.*

*bracteata.* PROTEA foliis lineari-ſubulatis ſemiteretibus glabris, floribus capitatis, bracteis multifidis.
*Habitat* in Tafelberg Capitis bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Habitu* Aulaxi pinifoliæ *Bergii* ſimilis.

*prolifera.* PROTEA caule prolifero, foliis ſubulatis, ſpica folioſa.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* prolifer, dichotomus.
*Spicæ* in divaricationibus ſ. terminales, parvæ.

*tomentoſa.* PROTEA tomentoſo-cana, foliis linearibus apice tridentato-calloſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Similis P. Hypophyllocarpodendro, ſed illa glabra, decumbens: foliis ſecundis, quinquedentatis.

*ſcabra.* SCABIOSA corollis quadrifidis æqualibus, calycibus imbricatis obtuſis, foliis ſubbipinnatis ſcabris rigidiuſculis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Planta* herbacea, ſtatura, caule floribusque S. rigidulæ.
*Caules* teretes, ſimplices, ſcabri.
*Folia* ſeſſilia, bipinnata, ſcabra, rigidula, linearia, acuta, cum rudimentis ramorum folioſis ex alis.
*Flores* terminales, longius pedunculati, ſolitarii.
*Calyx* imbricatus: foliolis ovatis, obtuſis.
*Floſculi* inter ſquamas calycis, albi, quadrifidi, inæquales.

*attenuata.* SCABIOSA corollis quadrifidis æqualibus, foliis linearibus integris trifidisque.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Planta* lævis.

HEDYO-

*maritima.* HEDYOTIS foliis ovalibus obtusis, floribus oppositis sessilibus.
*Habitat* in India orientali. *König.*
*Caules* herbacei, prostrati, palmares, læves.
*Folia* opposita, subpetiolata, patentia, ovalia, obtusa, subcarnosa.
*Flores* laterales, oppositi, sessiles.
*Fructus* magnitudine Coriandri.

*pumila.* HEDYOTIS foliis ovatis acutis, floribus alternis pedunculatis.
*Habitat* in Tranquebaria. *König.* ⊙
*Facies* Anagallidis arvensis.
*Caules* parum ramosi, palmares, læves.
*Folia* Anagallidis, utrinque acuta, vix petiolata, lævia.
*Pedunculi* laterales, solitarii, alterni, capillares, erecti, longitudine foliorum.
*Capsula* subrotunda, utrinque sulco dentibus quatuor calycis coronata, bilocularis.

*graminifolia.* HEDYOTIS foliis linearibus, caule decumbente, panicula racemosa secunda, pedunculis foliisequiis.
*Habitat* in India orientali. *König.* ♃.
*Caules* filiformes, debiles ut Stellariæ gramineæ, pedales.
*Folia* remote opposita, linearia.
*Corollæ* monopetalæ, infundibuliformes, cæruleæ.
*Limbus* quadrifidus: laciniis ante meridiem patentissimis, tempore vespertino duabus erectis, duabus reflexis.
*Filamenta* quatuor.
*Antheræ* erectæ, subæquales, cæruleæ.
*Germen* retusum.
*Stylus* filiformis, longitudine corollæ.
*Stigma* bifidum, revolutum, villosum.
*Capsula* compressa, bisulca, bivalvis, retusa, bilocularis: dissepimento contrario; apice dehiscens.
*Semina* minutissima, numerosa.

*articularis.* SPERMACOCE foliis ellipticis obtusiusculis subscabris.

Cratæogonum amboinicum majus. *Rumph. amb. v.* 6. *p.* 25. *t.* 10.
*Habitat* in Indiæ orientalis apricis argilloſis ⊙ H. U.
*Caulis* herbaceus, ruber, teres, utrinque canaliculatus, ramoſus.
*Rami* virgati, procumbentes.
*Genicula* craſſa.
*Folia* oppoſita, ſubpetiolata, elliptica, obtuſiuſcula, ſcabra, quaſi lævia, alternatim imprimis ſubtus lineata.
*Membrana* transverſa ſtipularùm loco, multiariſtata, folia combinans.
*Flores* albi, anguſti, apud me non dehiſcentes.

*ariſta.* SPERMACOCE foliis lineari-lanceolatis lineatis.
Cratæogonum amboinicum minus. *Rumph. amb. v.* 6. *p.* 25.
*Habitat* in India orientali. ⊙
*Planta* erecta, ſemipedalis, ſtricta, angulis ſcabra.
*Rami* alterni, breviores.
*Folia* oppoſita, lanceolata, anguſta, ſubpetiolata, ſcabriuſcula, lineata, connexa membrana ciliata.
*Verticilli* anguſti: floribus albis.

*Calabrica.* ASPERULA foliis quaternis oblongis obtuſis lævibus.
*Habitat* in Calabria. *La Tourette.*
*Caules* teretes, duriuſculi, vix pubeſcentes.
*Folia* quaterna, ſubpetiolata, lanceolata, obtuſiuſcula, nuda
*Rami floriferi* terminales, terni: foliis oppoſitis.
*Faſciculi florum Floresque* ſeſſiles.
*Germen* oblongum, læve, cylindricum, calyce brevi.
*Corolla* purpurea, longitudine foliorum, ſemiquadrifida: laciniis lanceolatis, revolutis.
*Filamenta* longitudine corollæ.
*Antheræ* lineares.
*Stylus* ſetaceus, longitudine ſtaminum, fere ſemibifidus.
Similis A. craſſifoliæ, ſed lævis.

*ariſtata.* ASPERULA foliis linearibus ſubcarnoſis: inferioribus quaternis, floribus ſubternis ariſtatis.
*Habitat* in Europa auſtrali.

*Caulis*

*Caulis* erectus.
*Flores* pallidi, flavescentes, parallele positi: laciniis obtuse aristatis.

*Pyrenaicum.* GALIUM foliis senis, floribus lateralibus oppositis subsessilibus solitariis.
Galium caulibus sulcatis flaccidis, foliis senis basi tumidis, floribus axillaribus solitariis subsessilibus, fructibus glabris. *Gouan. bot.* 5. *t.* 1. *f.* 4.
*Habitat* in Pyrenæis.
*Caules* debiles, digitales, ramosi: internodiis fere folio brevioribus.
*Folia* glabra, convexiuscula, mucronata.

*caffra.* PAVETTA foliis ovatis integerrimis, capitulis terminalibus sessilibus, calycibus setaceis longitudine tubi.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Sparrmann.* ♄.
*Arbor* glabra: ramis teretibus.
*Folia* opposita, petiolata, ovata, venosa.
*Capitulum* sessile, terminans ramulos breviores.
*Receptaculum* pilosum.
*Flos* superus.
*Calyx* tetraphyllus: foliolis subulatis, patentibus.
*Corolla* monopetala, infundibuliformis.
*Tubus* calyce vix longior.
*Limbus* quadripartitus, regularis: laciniis lanceolatis.
*Filamenta* apici tubi inserta, brevissima.
*Antheræ* longitudine limbi, subulatæ, convolutæ.
*Stylus* exsertus.
*Stigma* oblongum, indivisum.
*Bacca* disperma.
*Semina* oblonga, latere exteriore convexa, interiore plana.
Flores in planta sicca nigri.

*Indica.* PAVETTA foliis oblongis utrinque acuminatis, umbellis terminalibus fasciculatis, calyce brevi acuto.
Pavetta indica. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 129.

*fruticulosa.* PENÆA foliis oblongiusculis obtusis, bracteis orbiculatis acutis.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *Sparrmann.* ♄.

*Fruticulus* ramis decorticandis, teretibus.
*Folia* oppoſita, ſubpetiolata, ovalia ſ. oblongiuſcula, craſſiuſcula, avenia, remota.
*Folia floralia* parva, rhombeo-orbiculata ſ. orbiculato-acuta.
*Flores* in apicibus ramorum, ſubſolitarii, breviſſime pedunculati, acutiuſculi.
*Bracteæ* nullæ.

*Myrtoides.* PENÆA foliis lanceolatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Rami* erecti, teretes, rubri.
*Folia* oppoſita, ſeſſilia, conferta, lanceolata, lævia, (Myrti tarentinæ,) ſubtus vix nervoſa.
*Flores* terminales, ſubſolitarii, cincti bracteis viridibus, acutis, ſub quibus foliola duo, parva.
*Calyx* acutus, viridis, minime coloratus.

*lateriflora.* PENÆA foliis ovatis, floribus lateralibus ſeſſilibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.* ♄.
*Caules* rubentes: ramis elongatis.
*Folia* oppoſita, ſeſſilia, exacte ovata, lævia, acutiuſcula, integerrima, ſub baſi fere carinata, interſtitiis longiora.
*Flores* laterales, axillares foliorum, ſeſſiles, lutei, longitudine foliorum.
*Calyx* tetraphyllus, luteus, ſcarioſus, longitudine foliorum.
*Corolla* laciniis lanceolatis, triquetris ſ. introrſum carinatis: carina baſi exciſa.
*Filamenta* nulla.
*Antheræ* in fauce.
*Stigma* obtuſum, tetragonum.

*ciliaris.* BLÆRIA floribus capitatis, calycibus ciliatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
Similis B. Ericoidi tota ſua ſtatura.
*Stamina* incluſa.
Dignoſcitur calycibus albis, diſtinctiſſime ciliatis.

*purpurea.* BLÆRIA ſtaminibus incluſis bipartitis, corollis oblongis rectis, floribus terminalibus aggregatis pedunculatis erectis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Similis B. articulatæ, at in illa capitula cernua.

BUD-

*virgata.* BUDLEIA foliis lineari-oblongis obtusis integris, racemis terminalibus, ramis virgatis erectis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Habitus* Hyssopi.
*Rami Foliaque* subtiliore tomento cana.

*incompta.* BUDLEIA foliis fasciculatis ovatis canis, ramis flexuosis rigidis, racemis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*albens.* EXACUM foliis subdecurrentibus, staminibus exsertis.
Exacum pedunculatum. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 131.
Centaurium subrotundis foliis, floribus comosis. *Burm. afr.* 207. *t.* 74. *f.* 4.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *Sparrmann.* ⊙.
*Radix* annua.
*Caulis* palmaris, dichotomus, herbaceus, tetragonus, lævis, fastigiatus.
*Folia* cordata, subamplexicaulia, oleracea, lævia, margine decurrentia.
*Calyx* tetraphyllus, ovatus, erectus, acutus, persistens.
*Corolla* hypocrateriformis, alba.
*Tubus* cylindricus, calyce longior.
*Limbus* quadripartitus, subrotundus, longitudine tubi.
*Filamenta* quatuor, brevissima, tubo insidentia.
*Antheræ* oblongæ, luteæ.
*Stylus* filiformis.
*Stigmata* duo, crassiuscula.
*Capsula* supera, cylindrica, bilocularis, polysperma.
*Facies* Gentianæ Centaurii.

*aureum.* EXACUM foliis sessilibus, staminibus exsertis.
Centaureum minus aureum, flosculis numerosis, æthiopicum. *Pluk. alm.* 94. *t.* 275. *f.* 3. *bona.*
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. ⊙.
*Caulis* palmaris, subtetragonus, brachiatus, dichotomus, lævis.
*Folia* opposita, cordata, sessilia, inferiora vero & superiora lanceolata.
*Pedunculi* ex dichotomia uniflori, longitudine floris.
*Flores* lutei.

*Calyx*

*Calyx* pentaphyllus, acutus, erectus.
*Corolla* hypocrateriformis, quadrifida: laciniis lanceolatis, acutis.
*Stamina* quatuor, ſetacea, tubo inſidentia.
*Antheræ* oblongæ.
*Germen* ovatum.
*Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum.
*Stigma* craſſiuſculum.
*Capſula* cylindrica, obtuſa, ſemibilocularis, bivalvis.
*Facies* Gentianæ Centaurii.

*cordatum.* EXACUM floribus quinquefidis, calycis foliolis cordatis ſtriatis.
Exacum ſeſſile. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 131.
Centaurium perfoliatum, florum calyce membranaceo ventricoſo. *Burm. afr.* 208. *t.* 74. *f.* 5.
Centaurium capenſe minus, capſula quatuor alis donata. *Seb. muſ. v.* 1. *t.* 22. *f.* 7,
Centaurium perfoliatum æthiopicum, calyculis magnis quadripartitis. *Pluk. alm.* 94. *t.* 275. *f.* 4.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ⊙.
*Planta* ſimilis Chironiæ trinerviæ, ſed illius flos cæruleus.
*Caulis* herbaceus, ſpithamæus, dichotomus.
*Folia* ſeſſilia, cordata, avenia, lævia, acuta.
*Flores* axillares dichotomiæ: pedunculis unifloris, brevibus.
*Calyx* pentaphyllus, pentagonus: foliolis ſemicordatis, carina cymbiformi-membranaceis, oblique ſtriatis.
*Corolla* lutea, hypocrateriformis.
*Tubus* cylindricus, calyce longior.
*Limbus* quinquepartitus, obovatus.
*Filamenta* in fauce corollæ, brevia.
*Antheræ* oblongæ.
*Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum.
*Stigma* craſſiuſculum, oblongum, bifidum.
*Capſula* oblonga, bilocularis, polyſperma.
*Facies* Gentianæ Centaurii.

*punctatum.* EXACUM foliis breviſſime petiolatis oblongis trinerviis punctatis, ſtaminibus exſertis.
*Habitat* in India. *König.*

Major

Major prioribus.
*Folia* ut in Hyperico glandulosa, punctata.
*Corolla* cæruleſcens.
*Stamina* lutea.

*pumila.* PLANTAGO caule ramoso herbaceo, foliis integerrimis carnosis, ramis lævibus.
*Habitat* in Europa australi. ☉.

*arborea.* SCOPARIA foliis lanceolatis alternis integerrimis, corymbo supradecompoſito trichotomo.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Arbor* habitu Oleæ ſ. Phillyreæ.
*Inflorescentia* maxima & ſumme compoſita.
*Flores* parvi.

*alternifolia.* CORNUS foliis alternis.
*Habitat* in America ſeptentrionali. ♄.
*Rami* ſubdeterminati, teretes, læves, atropurpurascentes: punctis ſ. lineolis albidis, vagis.
*Folia* alterna, petiolata, ovata, acuta, integerrima, lævia, lineata, ſubtus pallida.
*Stipulæ* nullæ.
*Paniculæ* corymboſæ, ſupra planæ, albæ.
*Germen* inferum, obovatum.
*Calyx* nullus.
*Petala* quatuor, oblonga, obtuſa, ſeſſilia, revoluta, alba.
*Filamenta* quatuor, alba, petalis duplo longiora, patenti-erecta.
*Antheræ* incumbentes.
*Stylus* cylindricus, corolla brevior, albus.
*Stigma* craſſiuſculum.

*Euodia.* FAGARA foliis ſimplicibus lanceolatis elongatis oppoſitis, racemis ramoſis axillaribus ſolitariis.
Euodia hortenſis. *Forſt. gen. n. 7.*
*Habitat* in Tonga Tabu.
Genus novum ex hac formavit Forſter, ſed nullæ notæ adſunt diſtinctæ, niſi ſtigma quadrifidum, quod in Fagara bifidum; Capſulæ in hac quatuor, in Fagaris ſolitariæ; ſed non ſufficiunt hi limites ad genus ſeparandum.
*Planta* bene odorata.

*pinnata.* PTELEA foliis abrupte pinnatis.
Blackburnia pinnata. *Forſt. gen. n.* 6.
*Habitat* in Inſula Norfolk.
Ex hac planta novum genus Blachburniæ formavit cel. Forſter, forte etiam erit; ſed antequam innoteſcat fructus, ſeparari a Ptelea nequit. Habitum Pteleæ trifoliatæ diſſimilem non habet.
*Folia* alterna, pinnata, ſine impari, bi-ſ. trijuga: foliolis oppoſitis, obliquis, ovatis, integerrimis, glaberrimis.
*Paniculæ* axillares, parvæ.

*maritima.* HYDROPHYLAX.
*Habitat* in arena volatili ad littora Maris prope Guduluhr. *König.* ℔.
*Facies* Arenariæ rubræ maritimæ, at major.
*Radix* ſimplex, filiformis, ſanguinea, longa, carnoſa, dulcis.
*Caulis* repens, filiformis, glaber, coloratus, articulatus, vaginatus: vaginis obtuſis, membranaceis, perſiſtentibus; longiſſimus.
*Folia* oppoſita, patentia, petiolata, ovata, acuta, integerrima, approximata, carnoſa, nitida, exaſperata: callis minimis, albicantibus, pellucidis.
*Petioli* breves, membranacei, marginati, caulem vaginantes, perſiſtentes; hi evadunt foliis decidentibus vaginæ caulium permanentes.
*Flores* axillares, ſubſeſſiles, plerumque binati, (non oppoſiti) erecti.
*Corolla* pallide-cærulea.
*Antheræ* cæruleæ.

*ſerrata.* BANKSIA foliis linearibus in petiolum attenuatis æqualiter ſerratis apice truncatis cum mucrone.
*Habitat* in Nova Hollandia. *I. Banks, Armiger.*
Specioſiſſima Species hujus generis.
*Folia* in apice ramorum confluentia, ſparſa, ſpithamæa, anguſta, glabra, coriacea, plana, patentiſſima, cingentia amentum.
*Amentum* maximum, craſſum, teres, obtuſum, erectum.
*Flores* patentiſſimi, adſcendentes: laminis extus pubeſcentibus, canis.

BANK-

*integrifolia.* BANKSIA foliis cuneiformibus integerrimis ſubtus tomentoſo-albis.
*Habitat* in Nova Hollandia. *I. Banks.*
*Folia* in ſummitate ramulorum ſubverticillata.

*Ericæfolia.* BANKSIA foliis approximatis aceroſis truncato-emarginatis glabris.
*Habitat* in Nova Hollandia. *J. Banks.*
*Folia* hujus minima, ſed copioſiora.

*dentata.* BANKSIA foliis oblongis in petiolum attenuatis curvis ſiexouſis dentatis: dentibus ſpinula terminatis; ſubtus albis.
*Habitat* in Nova Hollandia. *J. Banks.*
*Flores* hujus minores.

*Capenſis.* OLDENLANDIA pedunculis axillaribus unifloris, foliis linearibus acutis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima O. repenti, at capſula glabra.

*hirſuta.* OLDENLANDIA umbellis axillaribus, caule calycibusque hiſpidis, foliis ovatis acutis.
*Habitat* in Iava. *Thunberg.*
*Planta* diffuſa.
*Folia* oppoſita, petiolata, exacte ovata, integerrima, acuta, venoſa, nervoſa.
*Umbellæ* axillares, paucifloræ, pedunculatæ.
*Calyces* campanulati, hiſpidi.

*octandra.* AMMANNIA floribus petaloideis octandris.
Ammannia coccinea. *Rottb. progr.* 1773 *n.* 4.
*Habitat* in India orientali. *König.*
*Caulis* erectus, giganteus, lævis, brachiatus.
*Folia* oppoſita, ſeſſilia, amplexicaulia, lineari-lanceolata, lævia, integerrima.
*Pedunculi* axillares, breviſſimi, tri-ſ. uniflori.
*Petala* ſanguinea.
*Stamina* octo.

*pinnatifida.* AMMANNIA caulibus procumbentibus radicantibus compreſſis, foliis linearibus pinnatifidis.
*Habitat* in Iava. *Sonnerat per Thouin.*
Ammanniis reliquis facie ſimilis.
*Folia* ſparſa, magis approximata, linearia, pinnatifida: pinnis minimis quaſi filiformibus.

*Flores*

*Flores* axillares, parvi, ſolitarii ſ. plures.
*Corolla* incarnata.
*Capſulæ* tetragonæ.

*bicornis.* TRAPA nucibus bicornibus.
– – – *Plum. icon. t.* 67. *f. infima.*
*Habitat* in Chinæ aquis.
*Nuces* corniculis duobus, lateralibus, oppoſitis, recurvis.

*natans.* TRAPA nucibus quadricornibus: ſpinis patentibus.
Trapa natans. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 136.

*nana.* STRUTHIOLA foliis linearibus obtuſis piloſis, floribus terminalibus faſciculatis tomentoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Bracteæ* cæruleſcentes.

*Capenſis.* HARTOGIA.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei ſylvis. *Thunberg.* ♄.
*Arbor.*
*Folia* oblonga, ſerrata, obtuſa, glabra.
*Flores* axillares, minuti, pedunculati.

*umbellatum.* EMBOTHRIUM umbellis axillaribus ſimpliciſſimis pedunculatis, foliis oblongis aveniis, antheris ſeſſilibus.
Embothrium umbelliferum. *Forſt. gen. n.* 8.
*Habitat* in Nova Caledonia. ♄.
*Frutex* pulcher.
*Umbellæ* axillares, ſolitariæ.
*Flores* minores, rubicundi.

*coccineum.* EMBOTHRIUM thyrſis terminalibus ſeſſilibus, antheris pedicellatis, foliis obovatis venoſis.
Embothrium coccineum. *Forſt. gen. n.* 8.
*Habitat* in Tierra del Fuego. ♄.
*Flores* majores, purpurei.

*paleacea.* CAMPHOROSMA fruticoſa, ramis ſpicæformibus paleaceis piloſis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* vix pedalis, vigens, determinate-ramoſus.
*Rami* ſpicæformes, alterni, tecti paleis, hirſutie, foliis floribusque, imbricatim mixtis.
*Paleæ* membranaceæ, albæ, minutæ.
*Folia* minuta, elliptica, lævia, ſeſſilia.

*Calyces*

*Calyces* tetraphylli.
*Petala* quatuor, breviſſima, ciliata, obtuſa.
*Stamina* quatuor, vix calyce longiora.
*Germen* ſuperum.
*Stylus* capillaris.
*Stigma* ſimplex.
Omnia hæc nudis oculis vix videnda.

*Aphanoides.* ALCHEMILLA foliis multipartitis, caule erecto.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ⊙.
*Caules* erecti, ſpithamæi, ſubramoſi, teretes, pubeſcentes.
*Folia* multipartita, Aphanis ſimillima, nuda: radicalia petiolata; reliqua amplexicaulia.
*Racemi* terminales, ſubverticillati.
*Calyx* octofidus, magnitudine Aphanis.

# DIGYNIA.

*Granadenſis.* GOMOZIA.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
*Caules* herbacei, ſpithamæi, diffuſi: ramis oppoſitis, brevioribus.
*Folia* oppoſita, petiolata, orbiculato-cordata, obtuſiuscula, integerrima, lævia.
*Flores* minuti, ſeſſiles, ſolitarii, terminales, pallidi.

# TETRAGYNIA.

*perfoliata.* TILLÆA foliis perfoliatis ovatis, corymbis terminalibus, floribus quadrifidis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei aquis. *Thunberg.*

*Capenſis.* TILLÆA foliis oblongiuſculis floribus quadrifidis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Sparrmann.*
*Radices* capillares, copioſæ.
*Caulis* herbaceus, pollicaris, dichotomus.
*Folia* oppoſita, oblongiuſcula, ſubcarnoſa.
*Flores* pedunculati, ſolitarii.
*Calyx* quadripartitus, patens: foliolis ovalibus.
*Petala* quatuor, ovalia, alba, calyce duplo longiora.
*Nectaria* purpurea, triangularia.
Hanc meram varietatem Tillææ aquaticæ puto.

*Observatio.*

Magna affinitas inter Tillæas & Craſſulas, ut præter numerum partium vix differentia invenienda.

# PENTANDRIA.

## MONOGYNIA.

*tenuiflorum.* LITHOSPERMUM foliis lineari-lanceolatis ſtrigoſis, corollis filiformibus.
Bugloſſum chium arvenſe annuum, lithoſpermi folio, flore cæruleo. *Tourn. cor. p.* 6.
*Habitat* in Aegypto. *La Tourette.* ☉.
*Planta* palmaris ſ. ſpithamæa, facie minoris Lithoſpermi arvenſis.
*Caulis* erectus, filiformis, uno alterove ramo, ſubpubeſcens.
*Folia* alterna, ſeſſilia, lineari-lanceolata, breviſſime ſtrigoſa ſ. piloſa; obtuſiuſcula.
*Calyces* ramorum ſecundi, ſubpedicellati, alterni, laterifolii, oblongi, quinquepartiti, ut in L. arvenſi.
*Corollæ* minutiſſimæ, cæruleæ.
*Tubus* longitudine calycis.
*Limbus* minutus.

*Rindera.* CYNOGLOSSUM arillis glabris, caule erecto, foliis ellipticis mollibus.
Rindera tetraſpis. *Pall. it. v.* 1. *p.* 486. *t. J. f.* 1. 2.
*Habitat* Oroburgi & ad Iaccum. *Pallas.* ♃.
*Caulis* erectus, pedalis, ſtriatus, ſuperne paniculatus.
*Folia radicalia* lanceolato-ovata, petiolata, mollia, glabra.
*caulina* parva, ſeſſilia.
*Calyx* tomentoſus: foliolis linearibus.
*Corolla* quinquefida.
*Tubus* longitudine calycis.
*Laciniæ* erectæ, parallelæ.
*Antheræ* ſubſeſſiles, lineares, lateribus dehiſcentes.
*Semina* quatuor Cynogloſſi, ſed lævia.

*candicans.* ECHIUM fruticoſum, hirſutum, albicans, foliis lanceolatis utrinque acuminatis venoſo-nervoſis, panicula terminali, pedicellis ſpicatis.
*Habitat* in Maderæ rupibus altis. *F. Maſſon.* ♄.
*Frutex* pulcher.
*Caules* & *Rami* lignoſi, ſubtomentoſi: Cicatricibus foliorum linearibus, transverſalibus, approximatis.
*Folia* ſpithamæa, approximata, lanceolato-ſubulata, baſi attenuata usque ad inſertionem ubi dilatata, ſupra lineata, ſubtus venoſa: venis longioribus ſimplicibus.
*Folia paniculam verſus* imbricata, baſi anguſtiora.
*Panicula* ramulum terminans, conica, multiſpicata.
*Spicæ* pedicellatæ, ſimplices, ſecundæ, incurvatæ.
*Corollæ* ex minoribua hujus generis, ſubhirſutæ, cæruleæ.
*Tota planta* albicat, quaſi argentea: hirſutie albida, approximata, molliori, omnes partes, vix corolla excepta, tegente.

*giganteum.* ECHIUM fruticoſum, ramis canis glabris, foliis lineari-lanceolatis ſcabriuſculis ſeſſilibus, thyrſo terminali: ſpicis ſimpliciſſimis.
*Habitat* in rupibus Teneriffæ. *Franc. Maſſon.* ♄.
Altiſſimum.
*Rami* lignoſi, teretes, cani, glabri.
*Folia* linearia, ſpithamæa, latitudine digiti, ſcabra, venoſa.
*Thyrſus* terminalis, maximus, pyramidalis, conſtans ex pedunculis longis, ſpicatis.
*Flores* ſecundi.
*Corollæ* obtuſæ, ſubæquales, albæ.

*ſtrictum.* ECHIUM fruticoſum, foliis petiolatis ellipticis hiſpidis ſcabris, caule reverſe-hiſpido, pedunculis axillaribus ſpicato-capitatis.
*Habitat* in rupibus Teneriffæ. *Maſſon.*
Diſtinguitur caule ſtricto, foliis petiolatis oblongis, pilis caulis deorſum verſis.
*Pedunculi* axillares in ſummitate caulis ſolitarii, nudi, apice ſpiculis tripartitis, coarctatis in capitulum.
*Flores* parvi, cærulei.
*Stamina* exſerta.

*ſpicatum.* ECHIUM caulibus adſcendentibus ſimpliciſſimis, floribus ſpicatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Folia radicalia* plurima, palmaria, lanceolato-linearia, valde piloſa.
*Caules* ſimplices, adſcendentes, foliis duplo longiores: foliis aliquot minoribus, alternis, piloſis.
*Spica* terminalis, fere digitalis, compacta.
*Calyces* cani.
*Stamina* corolla longiora.

*fruticoſa.* MESSERSCHMIDIA caule fruticoſo, foliis petiolatis, corollis hypocrateriformibus.
*Habitat* in ſeptentrionalibus plagis Teneriffæ. *Fr. Maſſon.* ♄.
*Frutex* altus, ſcaber, hirtus, ramoſus: ramis apice paniculatis.
*Folia* alterna, longe petiolata, lanceolata, integra, venoſa, hirta.
*Spicæ* compoſitæ, ſecundæ, dichotomæ, terminales ramulorum in ſummitate caulis.
*Calyx* breviſſimus.
*Corolla* parva, infundibuliformis, ſed verſus limbum inflata, globoſa.
*Limbus* parvus, planus.
*Bacca* ſicca, depreſſa, rotundata, cincta dentibus quatuor prominentibus in circulo, longitudinaliter bipartita.
*Semina* duo in ſingula parte.
Corolla Tournefortiæ, ſed fructus Meſſerſchmidiæ.
Simillima M. Arguziæ, ut nullis aliis ab illa differat quam fruticoſo caule, foliis petiolatis, calyce breviore, corollis hypocrateriformibus minoribus: limbo plano.

*Arguzia.* MESSERSCHMIDIA caule herbaceo, foliis ſeſſilibus, corollis infundibuliformibus.
Meſſerſchmidia Arguzia. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 161.
*Habitat* in Sibiria. ♃.
*Corolla* infundibuliformis, M. fruticoſæ major.
*Limbus* plicatus: lateribus membranaceis.

TOUR-

*argentea.* TOURNEFORTIA foliis ovatis obtusis tomentoso-sericeis, spicis terminalibus compositis.
Buglossum lanuginosum. *Rumph. amb. v. 4. p. 119. t. 55.*
Kattu-Vaella-Ericu. *Tamul.*
*Habitat* ad Littora maris Zeylanici. *König.*
*Frutex* vix altitudine hominis.
*Truncus* brevissimus, cortice profunde fisso tectus.
*Rami* patentissimi, hirsuti.
*Folia* ad apicem ramorum alterna, approximata in rosam, ut in Sempervivo canariense, ovata s. linguiformia (nam in petiolum angustata,) sessilia, apice rotundata, hirsutie sericea adpressa undique albicantia.
*Panicula* magna, terminalis, divisa in spiculas secundas, revolutas.
*Flores* nivei.
*Tubus* brevis.
*Limbus* recurvatus.
*Baccæ* imperforatæ.
Hujus generis pulcherrima species.

*glutinosa.* PRIMULA involucro longitudine florum sessilium, foliis lanceolatis glutinosis.
Auricula ursi montana, angustis & leuiter crenatis foliis, floribus purpureis. *Pluk. phyt.* 149. *f.* 6.
*Habitat* in summis Alpibus Carinthiæ superioris, Volkartensibus, Fladnizensibus, Lictalensibus. *P. Xav. Wulfen.*
*Statura* P. farinosæ.
*Folia* serrata, glabra, viscosa, odorata.
*Umbella* floribus quinque ad septem, sessilibus.
*Involucrum* penta- ad heptaphyllum, longitudine tubi corollæ.
*Calyx* obovatus, rugosus.
*Corollæ laciniæ* obcordatæ, violaceæ.
*Odor* Orchidis conopseæ.

*ovata.* MENYANTHES foliis ovatis petiolatis, caule paniculato.
*Habitat* in aquis Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Facies Alismæ, at flos Menyanthis.

*biflora.* VIRECTA.
*Habitat* in Surinami ſubhumidis. *Dalberg.* ⊙.
*Herba* tenera, Mercurialis annuæ.
*Caulis* teres, ſpithamæus vel ultra, ſimplex, interdum radicans, pubeſcens.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, obtuſa, tenera, integerrima, in petiolum decurrentia, venoſa, parva.
*Stipulæ* interfoliaceæ, parvæ, erectæ, ſubulatæ.
*Pedunculus* terminalis inter ramos duos teneros, foliis ſaepius brevior, biflorus: flore inferiori ſeſſili.
*Corollæ* rubeſcentes: ore albo.

*Chelonoides.* LISIANTHUS glaber, foliis oppoſitis ſubconnatis oblongis, panicula terminali dichotoma racemoſa
Liſianthus alatus. *Aublet. guian. p.* 204. *t.* 80.
*Habitat* in Surinamo, Cayenna, in altis arenoſis.
*Caulis* herbaceus, ſimplex, teres, glaber, bi-ſ. tripedalis.
*Folia* oppoſita, elliptico-oblonga, ſubperfoliata, integerrima, obtuſiuſcula.
*Panicula* terminalis, dichotoma, quæ dividitur in duos ſ. tres racemos.
*Racemi* longi.
*Flores* alterni, remoti, ſecundi, penduli, lutei.
*Calyx* globoſus.
*Corolla* tubo ſubrecurvo, ſenſim ampliato.
*Genitalia* apicem verſus adſcendentia.
*Germen* pyramidale, in ſtylum attenuatum compreſſum.
*Stigma* bilamellatum: lamellis recurvis, tuberculatis.
*Capſula* oblonga, glabra, dependens, cum ſtylo.
Herba valde amara eſt & ut validum purgans adhibetur.

*glaber.* LISIANTHUS glaber, foliis ovatis petiolatis, corymbis terminalibus.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* 2. *t.* 1.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
Glaberrimus, nec pubeſcens & canus ut L. cordifolius.

*Folia*

*Folia* majora, longius petiolata, minus acuminata, quam in L. glabro.
*Pedunculi* axillares & terminales, erecti, terminantes in umbellas.
*Umbellæ* ſimplices, paucifloræ, ſubinvolucratæ: foliis binis ſ. ternis.
*Corolla* campanulato-infundibuliformis, lutea.

*Obſervatio.*

Proprium hujus generis eſt Capſula bilocularis, bivalvis: valvularum marginibus intortis, & Stigma bilamellatum.

*repens.* SHEFFIELDIA.
Sheffieldia repens. *Forſt. gen. n.* 9.
*Habitat* in Nova Zeelandia.
Parvula, procumbens & repens, Peplidi Portulæ adeo ſimilis, ut demta fructificatione eandem crederes.

*ſublobatus.* CONVOLVULUS procumbens, foliis ſuperioribus apice dentato-repandis, floribus capitatis.
*Habitat* in India. ⊙.
*Folia* ſubpiloſa.
*inferiora* cordata.
*ſuperiora* obtuſa, ſublobato-repanda in apice.
*Flores* aggregati, terni, ſeſſiles, paralleli.
*Involucrum* hexaphyllum.
*Corollæ* magnæ.

*ſcoparius.* CONVOLVULUS fruticoſus, erectus, glaber, ramis virgatis, foliis ſeſſilibus linearibus, racemo terminali, pedunculis ſubtrifloris.
Lena-Noel ſ. Lignum Rhodium. *Barranc.*
*Habitat* in Barrancas circa oppidum St. Crux. *Fr. Maſſon.* ♄.
*Facies* Spartii ſ. Geniſtæ & non Convolvuli.
*Caulis* teres, glaberrimus.
*Rami* ſimpliciſſimi, erecti, folioſi.
*Folia* alterna, remota, brevia, gracilia, linearia, ſubpiloſa, erecta.

*Racemus* terminalis, ſubſecundus.
*Pedunculi* alterni, ſolitarii, remoti, plerumque triflori, rarius uniflori, bracteati.
*Corollæ* extus hirſutæ, albæ.
*Lignum* album, durum: ſtriis radiantibus.
*Raſura* hujus ligni ſpargit odorem roſaceum & ſaporem acriuſculum habet. An verum Lignum Rhodium Officinarum?

*floridus.* CONVOLVULUS fruticoſus, proſtratus, canus, foliis lineari - lanceolatis glabris, thyrſo terminali pyramidali compoſito.
*Habitat* in rupibus circa Barrancas. *Franc. Maſſon.* ♄.
Similis C. Cneoro.
*Caules* lignoſi, procumbentes.
*Rami* erecti, ſtricti, cani.
*Folia* petiolata, linearia, baſi attenuata, integra, undulata, digitalia, venoſa, glabra.
*Pedunculi* ex axillis foliorum ſuperiorum, ramoſi: ramis ramoſis; ſic continuando formatur panicula magna, ovata ſ. thyrſoidea.
*Flores* numeroſiſſimi, minores.
*Calycis foliola* ovata, concava, acuta.
*Corollæ* dilute rubræ, extus hirſutæ.
Copia florum omnium pulcherrimus.

*grandiflorus.* CONVOLVULUS foliis cordatis ovatis obtuſiuſculis integerrimis, pedunculis ſubbifloris, calycibus coriaceis, caule petiolisque pubeſcentibus.
Convolvulus maximus, ſemine hirſuto. *Herm. muſ.*
Munda - Valli. *Rheed. mal. v.* 11. *p.* 103. *t.* 50.
*Habitat* intra ſpinetas ad littora fluminum Tanſchur. *König.* ♄. H. U.
*Caulis* arboreus, primo erectus, dein volubilis, pubeſcens.
*Folia* magna, cordata: lobis rotundatis; obtuſa, glabra, petiolata.
*Petioli* pubeſcentes.
*Pedunculi* axillares, plerumque biflori.
*Flores* majores.
*Calyx* di - ſ. triphyllus, coriaceus.

*maximus.* CONVOLVULUS foliis cordatis ovatis acuminatis integerrimis glaberrimis, caule petiolisque glaberrimis.
Tiru-Tali. *Rheed. mal. v.* 11. *p.* 109. *t.* 53.
*Habitat* in Zeylona. *König.* ♃. H. U.
*Caulis* inferne ligneus, dein volubilis, glaberrimus, uti tota planta altissime scandens.
*Flores* nondum vidi.

*speciosus.* CONVOLVULUS foliis ovatis cordatis acutis supra hirtis subtus argenteo-sericeis, petiolis teretibus.
*Habitat* in Brasilia. *Vandelli.* ♃. H. U.
*Truncus* arboreus, erectus, dein volubilis, teres, pubescens.
*Folia* ovata, cordata: lobis rotundatis, obsoletioribus; maxima, supra viridia, hirta, subtus tecta pubescentia adpressa alba, unde adversus solis radios instar argenti splendent.
*Petioli* teretes, etiam pubescentes.
*Flores* nondum protulit.

*spinosus.* CONVOLVULUS fruticosus, erectus, foliis lanceolatis sericeis, ramulis floriferis spinosis.
Convolvulus fruticosus. *Pall. it. v.* 2. *p.* 734. *t. M.*
*Habitat* in arenosis collibus ad fluvium Irtin. *Pallas.*
Subflexuosus, vix volubilis, totus pilis brevissimis splendentibus albicans.
*Folia* oblonga s. lanceolata, sessilia.
*Caules* in summitate ramosi: ramis horizontalibus, rigidis, terminatis flore unico, erecto, parvo, albicante.
*Rudimenta ramulorum* in axillis foliorum rameorum in spinas breves mutantur.
*Habitus* C. Cneori.

*Oenotheroides.* CONVOLVULUS fruticosus, erectus, foliis linearibus canescentibus, pedunculis axillaribus solitariis erectis unifloris bracteatis, calycibus lanceolatis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Sparrmann.*
*Habitus* Oenotheræ mollissimæ.
*Caules* lignosi, erecti, teretes, rubicundi, glaucitate quadam tecti.

*Folia* linearia, anguſta, longitudine digiti, laxa, plana.
*Pedunculi* in ſummitate caulis, axillares, ſolitarii, erecti, breves, angulati.
*Bracteæ* binæ, recurvæ, ſubulatæ.
*Calyx* foliolis quinque lanceolatis, acutis, glaberrimis, patentiuſculis, canis, margine membranaceis.
*Corolla* infundibuliformis, magna, fulva.

*ſpicata.* RETZIA.
Retzia ſpicata. *Thunb. Act. lund. v. 2. fig. pulchra.*
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei altiſſimis in montibus. ♄.
Fruteſcens, erecta, quadripedalis, ſubramoſa.
*Rami* pauci, craſſiuſculi, rigidi, inæquales, breves, piloſi.
*Folia* quaterno-verticillata, conferta, lanceolato-linearia, approximata, ſeſſilia, obtuſa, erecta, ſupra uniſulcata punctis impreſſis, ſubtus biſulca.
*Flores* laterales verſus extremitates, ſeſſiles, conferti, erecti, inter folia fere abſconditi.
*Bracteæ* lanceolatæ, inferne latiores, acutæ, carinatæ, hirſutæ, calyce longiores.
*Corollæ* rufeſcentes, extus verſus apicem hirſutæ.
*Stamina* intra faucem tubo inſerta.
Maximam affinitatem cum Convolvulis habet, imprimis combinat Convolvulus Oenotheroides Retziam cum Convolvulis.

*longifolia.* EPACRIS arborea, foliis ſubulatis vaginantibus, racemis erectis, floribus oppoſitis.
Epacris longifolia. *Forſt. gen. n.* 10.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.* ♄.

*iuniperina.* EPACRIS arborea, foliis ſparſis linearibus acutis patentibus ſeſſilibus, racemis cernuis, floribus alternis.
Epacris iuniperina. *Forſt. gen. n.* 10.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.* ♄.

*pumila.* EPACRIS herbacea, foliis ovato-oblongis imbricatis, floribus ſeſſilibus ſubſolitariis.
Epacris pumila. *Forſt. gen. n.* 10.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.*

POLE-

*Roelloides.* POLEMONIUM erectum, caule filiformi, foliis lanceolatis ciliatis, panicula pauciflora pedunculata nuda.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Campanuloides.* POLEMONIUM erectum, glabrum, foliis lanceolatis integris erectis, floribus terminalibus ſolitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
Simillima Campanulæ perſicifoliæ, at ſtigma ſimplex, quæ unica differentia Polemonii, ut ſtigmata bina Roellæ.

*unidentata.* CAMPANULA erecta, glabra, foliis lanceolatis acutis utrinque unidentatis, panicula divaricata folioſa.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caules* ſimpliciſſimi.
*Folia* utrinque ſerratura unica, ſetacea.

*cinerea.* CAMPANULA erecta, tomentoſa, foliis ſubulatis integris erectis approximatis, floribus ſolitariis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſeſſiliflora.* CAMPANULA proſtrata, foliis lineari-ſubulatis integris, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*faſciculata.* CAMPANULA fruticoſa, erecta, foliis ovatis ſubunidentatis recurvis, floribus glomeratis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*paniculata.* CAMPANULA herbacea, caule paniculato, ramis divaricatis, foliis lanceolatis integris, floribus terminalibus ſolitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*capillacea.* CAMPANULA herbacea, erecta, foliis filiformibus glabris, panicula terminali, floribus alternis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*adpreſſa.* CAMPANULA herbacea, erecta, foliis lanceolatis dentatis recurvis baſi ciliatis adpreſſis, paniculа decompoſita.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*linearis.* CAMPANULA herbacea, erecta, foliis linearibus integris glabris, floribus cernuis, capſulis hiſpidis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Differt a C. capillacea capſulis hiſpidis, calyceque longitudine corollæ.

*Lobelioides.* CAMPANULA glaberrima, ramoſiſſima, foliis lanceolatis ſerratis ſeſſilibus, paniculis terminalibus ſecundis, corolla infundibuliformi.
*Habitat* in locis latebroſis Maderæ. *Fr. Maſſon.*
*Planta* habitu Lobeliæ, adeo tenera eodemque modo diviſa, etiam infloreſcentia.
*Perianthium* ſuperum tri - ſ. pentaphyllum: foliolis ovatis, obtuſis, perſiſtentibus.
*Corollæ* minutiſſimæ, albo - purpuraſcentes, calyce duplo longiores, infundibuliformes.
*Tubus* cylindraceus, ſenſim ampliatus.
*Limbus* partitus: laciniis erectis.
*Variat* calyce tripartito & quinquepartito, corollæ limbo tripartito & quinquepartito, etiam ſtaminibus tribus & quinque, ut facile Tyro ab hac ſeducatur, imprimis cum etiam capſula bilocularis.

*Carpatica.* CAMPANULA foliis glabris cordatis ſerratis petiolatis, pedunculis elongatis, calyce reflexo glutinoſo, corolla patula.
Campanula carpatica. *Jacqu. hort. v.* 1. *p.* 22. *t.* 57.
*Habitat* in montibus Carpaticis. *Jacquin.*

*grandiflora.* CAMPANULA foliis ternis oblongis ſerratis, caule unifloro, flore patulo.
Campanula grandiflora. *Jacqu. hort. v.* 3. *p.* 4. *t.* 2.
*Habitat* in Sibiria, Tartaria.
*Flos* figura C. carpaticæ; an ejusdem varietas?
*Variat* foliis ternis & ſparſis, ſed nunquam cordatis.

CAMPA-

*aurea.* CAMPANULA capſulis quinquelocularibus, ſtigmatibus quinquefidis, caule paniculato, foliis duplicato - ſerratis.
*Habitat* in Inſula Madera. *Fr. Maſſon.* ♃.
*Caules* paniculati, rupibus adpreſſi.
*Folia* lanceolata, glabra.
*Calyx* ſuperus, coloratus.
*Corollæ tubus* a calyce diſtans: laciniis linearibus, reflexis.

*verticillata.* CAMPANULA foliis floribusque verticillatis.
Campanula verticillata. *Pall. it. v.* 3. *p.* 719. *t. G*. f.* 1.
*Habitat* in Dauria. ♃.
*Folia* quina ſ. ſena, verticillata, lanceolata, ſerrata.
*Flores* verticillati, plures, pedunculati, nutantes.

*tenella.* CAMPANULA caulibus diffuſis filiformibus, foliis ovatis ſubunidentatis reflexis, floribus ſolitariis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
Simillima Lobeliæ tenellæ.
*Caulis* determinate ramoſus, durus.
*Rami* ſimplices, folioſi, tecti foliolis.
*Folia* alterna, confertiuſcula, ſeſſilia, minuta, recurvata, ſubimbricata, lævia, ovata, obtuſa, canaliculata, in quorum ſinu foliola minima, ſimillima, quaſi ramulorum rudimenta.
*Pedunculi* e ſummitate ramorum, uniflori, laterales, foliis longiores.
*Calyx* lævis, acutus.
*Corolla* quinquepartita.
Rarius carent folia dente laterali.

*procumbens.* CAMPANULA caule dichotomo diffuſo, foliis obovatis crenatis obtuſis, floribus ſolitariis erectis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei humidis. *Thunberg.*
*Planta* tenella.

CAMPA-

*poroſa.* CAMPANULA foliis lanceolatis lævibus, caule erecto ſurſum punctis poroſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *D. D. Thunberg.*
*Planta* difficilius dignoſcenda, niſi poris, vix nudis oculis perſpicuis, qui non deorſum, ſed ſurſum cauli intruſi.
*Caulis* teres, pedalis, erectus: ramis numeroſis, erectis, brevibus.
*Folia* lanceolata, ſuperiora linearia, lævia, integerrima.
*Racemi* terminales, erecti.
*Flores* parvi, C. rotundifoliæ minores, erectiuſculi.
*Calyx* corolla dimidio brevior, lævis: laciniis lanceolatis.

*undulata.* CAMPANULA foliis lanceolatis dentatis undulatis, floribus ſubſolitariis pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* ſequipedalis, erectus, filiformis, lævis, ſuperne ſubramoſus.
*Folia* lanceolata, ſeſſilia, margine reflexo, ſubdecurrentia, dentata, repanda, undata, læviuſcula.
*Pedunculi* terminales, longi, aphylli.
*Flores* ſolitarii, magnitudine C. rotundifoliæ.
*Calyx* lævis: dentibus acuminatis, brevibus.

*hiſpidula.* CAMPANULA hiſpida, floribus erectis, calycibus longitudine corollæ.
Campanula africana hirſuta, parvo anguſtoque folio, flore pallide violaceo. *Comm. hort. 2. p. 73. t. 37.*
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.* ⊙.
*Caulis* ramoſus, palmaris, hiſpidus: ſuperne magis ramoſus.
*Folia* alterna, linearia, acuminata, ciliata, imprimis carina.
*Calyces* ſubſeſſiles, terminales, erecti, lineares, carina ciliati, longitudine corollæ.
*Corolla* infundibuliformis.
*Stigma* trifidum.

*ſquarroſa.* ROELLA herbacea, diffuſa, foliis ovatis recurvatis dentatis, floribus terminalibus aggregatis.
Roella ſquarroſa. *Berg. cap. p.* 42. *n.* 3.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſpicata.* ROELLA fruticoſa, erecta, foliis lanceolatis integris ciliatis, floribus terminalibus ſubſpicatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*muſcoſa.* ROELLA herbacea, diffuſa, foliis ovatis dentatis reflexis, floribus terminalibus ſolitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Planta* parvula.

*diffuſum.* TRACHELIUM ramoſiſſimum, diffuſum, ramis divaricatis recurvis, foliis ſubulatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Rami* ſæpæ adeo divaricati, ut recurvi ſint.

*tenuiſolium.* TRACHELIUM erectiuſculum, foliis linearibus ciliatis hiſpidis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*cæruleum.* TRACHELIUM ramoſum, erectum, foliis ovatis ſerratis planis.
Trachelium cæruleum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 177.

*tetrandra.* PORTLANDIA floribus tetrandris, foliis oblongis obtuſis, ſtipulis latis.
*Habitat* rarius in inſula Sauvage-Island ſ. Inſula fera dicta.
*Folia* ad ſummitates ramorum, approximata, elliptica, petiolata, integerrima, glaberrima.
*Stipulæ* dilatatæ cum acumine.
*Flores* axillares, ſolitarii, pedunculati.
*Germen* inferum, tetragonum, terminatum in dentes calycinas quatuor, ſubulatas, breves.
*Corolla* longior, clavata, tetragona, alba: limbo quadrifido.
*Antheræ* longæ, lineares, limbum non ſuperantes.

*corymbifera.* CINCHONA foliis oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus.
Cinchona corymbifera. *Forſt. Act. upſ. v.* 3. *p.* 176.
*Habitat* intra Tropicos in inſulis Tonga Tabu & Earove maris pacifici.
*Corolla* non barbata ut in C. officinali.
*Corticis ſapor* amariſſimus, ſubadſtringens, ſimillimus Cortici peruviano. *Forſt. l. c.*

*officinalis.* CINCHONA foliis ellipticis ſubtus pubeſcentibus, corollæ limbo lanato.
Cinchona officinalis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 178.

*emetica.* PSYCHOTRIA herbacea, procumbens, foliis lanceolatis glabris, ſtipulis extrafoliaceis ſubulatis, capitulis axillaribus pedunculatis paucifloris.
Ipecacuanha. *Piſ. braſil. p.* 101.? *Margr. braſ. p.* 17.?
*Habitat* copioſe ſub temperie calidiſſima Americæ ſeptentrionalis provinciæ Gironenſis.
Sequentia circa hanc communicavit in litteris indefeſſus plantarum Americanarum indagator Cel. Mutis:
*Radix* perpendicularis, teretiuſcula, ſubramoſa.
*Folia* approximata, oppoſita, patentiſſima, lanceolata, integerrima, acuminata, ſubtus coſta tereti prominenti, ſupra acutiuſcula notata, lævia, plana, bi-ſ. tripollicaria.
*Stipula* ſingula utrinque, extrafoliacea, ſubulata, rigidiuſcula, horizontalis, breviſſima, decidua.
*Flores* albi, parvi, ſeſſiles in pedunculis axillaribus, teretibus, ſolitariis, bi-ad quinquefloris, longitudine petiolorum.
*Bracteola* ſimplex ad ſingulum florem, vix manifeſta.
*Perianthium* parvum, quinquedentatum, perſiſtens: denticulis minimis, ſubrevolutis.
*Corolla* monopetala, infundibuliformis.
*Tubus* calyce longior, cylindraceus, ſurſum ampliatus.
*Faux* villis mollibus ſubclauſa.
*Limbus* quinquepartitus: laciniis lanceolatis, acutis, introrſum pubeſcentibus, ſubrevolutis, tubo ſubæqualibus.

*Necta-*

*Nectarium* eſt margo craſſiuſculus, obſolete pentagonus, albidus, ſtyli baſin cingens.
*Filamenta* quinque, breviſſima, fauci corollæ inſerta.
*Antheræ* parvæ, lineares, erectæ, apice pubeſcentes.
*Germen* inferum, ſubrotundum.
*Stylus* teretiuſculus, erectus, longitudine tubi.
*Stigma* craſſiuſculum, bipartitum.
*Bacca* ſubovata, lævis, calyce coronata, unilocularis.
*Semina* duo, coalita, oblonga, utrinque acuta, introrſum plana, extrorſum gibba.

Specimen hujus florens ad me miſit amiciſſimus Catotz, Gubernator Provinciæ Gironenſis, feſtinanter traductum ex Cannaverale iuxta ora fluminis Magdalenæ, ut certo certius determinarem, num vera Ipecacuanha eſſet? uti credebatur teſtimonio Empirici cujusdam, ſe certiſſime & illam cognoviſſe aſſerentis, & talem collegiſſe in Simiti, ubi vera Ipecacuanha copioſe creſcit & unde ex Mompoxia venalis fit in Europam, palam affirmantis. Hæc omnia Mutis in litteris.
Figuræ Margravii & Piſonis valde aſſimilant & f..e perſuadent, hanc illorum eſſe Ipecacuanham.

*paniculata.* CHIOCOCCA erecta, foliis ovatis, floribus terminalibus paniculatis, dentibus ſtipularibus binis.
Moppebom. *Surinam.*
*Habitat* in Surinamo & in America meridionali. *C. G. Dalberg & Mutis.* ♄.
*Arbor* alta.
*Rami* glaberrimi, teretes.
*Folia* oppoſita, breve petiolata, ovata, utrinque acuminata, integerrima, venoſa.
*Membrana* tenuis combinat folia, & intra folia in duos dentes ſtipulares extenditur.
*Panicula* terminalis, ramoſa.
*Flores* lutei.
*Bacca* lutea, compreſſa, ſulco laterali impreſſa, unde didyma videtur.

*racemoſa.* CHIOCOCCA ſcandens, foliis lato-lanceolatis, floribus lateralibus paniculato-racemoſis, dente ſtipulari unico.
Chiococca racemoſa. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 179.
Pandacaqui. *Sonnerat. voyag. p.* 49. *t.* 19.

Similima C. paniculatæ, sed differt:
*Caule* scandente.
*Foliis* angustioribus, minoribus.
*Dente stipulari* inter singula foliorum paria unico, non binis.
*Racemis* lateralibus per totum caulem in axillis.
*Floribus* brevioribus.
*Fructus lobis* non sulcatis ut in C. paniculata.

*bubalina.* LONICERA capitulis terminalibus pedunculatis, foliis oblongis integerrimis glabris.
Buffelhorn. *Belgar.*
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Sparrmann.*
*Arbuscula.*
*Folia* opposita, breve petiolata, oblonga, venosa.
*Pedunculus* ramulum terminans, solitarius, multiflorus: floribus in capitulum aggregatis, sessilibus.
*Capitulum* cinctum involucro polyphyllo, brevissimo, quadri-s. sexfloro.
*Calyx* monophyllus, hirtus, quinquedentatus: dentibus subulatis, recurvis.
*Corollæ* tubulosæ, calyce longiores, figura Symphyti, hirtæ, quinquedentatæ.
*Capsula* bilocularis, calyce permanente coronata.

*racemosa.* CONOCARPUS foliis lanceolato-ovatis obtusiusculis, fructibus segregatis.
Conocarpus racemosa. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 181.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Arbor.*
*Folia* opposita, petiolata, coriacea, ovalia, integerrima.
*Petioli* glandulis binis.
*Paniculæ* terminales, subramosæ.
*Flores* sessiles, remoti, respectu fructus minuti, persistentes.
*Antheræ* quinque.
*Fructus* similis Tetradynamis siliculosis.

*lævis.* DATURA pericarpiis ovatis glabris inermibus erectis, caule herbaceo.
Datura inermis. *Jacqu. hort. v.* 3. *p.* 44. *t.* 82.
*Habitat* in Abyssinia. ☉.
*Facie* & *Statura* simillima reliquis speciebus annuis.
*Folia* D. Stramonii: s. Tatulæ, ovata, glabra, dentata.
*Flores* albi, ut in reliquis.
*Pericarpia* lævia, glabra, ovata, erecta, quadrivalvia.

SOLA-

*ſcandens.* SOLANUM inerme, caule volubili, foliis cordatis ovatis dependentibus ſubtus molliſſimis, paniculis terminalibus.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.*
*Caulis* herbaceus, volubilis, teres.
*Folia* alterna, petiolata, ovata ſ. cordata, remota.
*Racemus* terminalis, compoſitus ex tribus ſ. quatuor ſimplicibus.
*Calyx* vix diviſus.
*Corolla* rotata: petalis lanceolatis, recurvis.
*Antheræ* erectæ, apice perforatæ.
*Bacca* globoſa, Ceraſi magnitudine, calyce brevi, ſub fructu coarctato gibboque quinque torulis.

*margi-natum.* SOLANUM aculeatum, foliis cordatis repandis margine albis.
*Habitat* in Abyſſinia. ♄.
*Caulis* fruticoſus, albo-tomentoſus: aculeis tenuibus, rectis, ſparſis.
*Folia* cordata, repanda: ſupra viridia, margine late alba; ſubtus alba, tomentoſa; aculeis utrinque rectis.
*Flores* racemoſi, campanulati, plicati, tomentoſi, albi, ſimiles S. tuberoſi.
*Calyces* inermes, fructiferi aculeati.

*Capenſe.* SOLANUM caule aculeato fruticoſo tereti, foliis ſinuato-pinnatifidis aculeatis nudis: laciniis alternis integris obtuſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Planta* copia aculeorum horrida.

*quadrangulare.* SOLANUM caule inermi herbaceo tetragono ſcabro, foliis rhombeis dentatis integrisque.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Differt imprimis caule tetragono, hirſuto.
*Folia* ſæpe decurrunt & caulis angulos criſpos format.
*Variat* foliis lanceolatis integris.

*laurifolium.* SOLANUM caule inermi arboreo, foliis petiolatis ovato-oblongis ſubtus tomentoſis, panicula terminali dichotoma divaricata.
*Habitat* in Americæ auſtralis ſylvis majoribus. ♄.
*Arbor* inermis.
*Folia* ovato-oblonga, ſpithamæa, integerrima, ſubtus tomentoſa, fuſca.
*Panicula* terminalis, ſolitaria, dichotoma: racemis ſecundis.
*Baccæ* nigræ.

*potatorum.* STRYCHNOS inermis, foliis oppoſitis ovatis petiolatis acutis, paniculis verticillatis.
Tettan Kotte. *Madraſſ.*
*Habitat* in montoſis ad Madraſs. *König.* ♄.
*Arbor* ramis oppoſitis.
*Folia* oppoſita, breviſſima, petiolata, ovata, integerrima, acuta, glabra, quinquenervia, venoſa.
*Paniculæ* ad articulos ſuperiores ramorum, quatuor ad ſex, verticillatim poſitæ, parvæ, paucifloræ, pedunculatæ, ſimplices.
*Pedicelli* bracteis parvis ſubulatis interſparſi.
*Flores* parvi, nutantes.
*Perianthium* minimum, quinquedentatum.
*Corolla* infundibuliformis: limbo plano, quinquepartito; fauce villis longioribus albis clauſa.
*Stamina* quinque.
*Stylus* ſimplex.
*Stigma* obtuſum.
*Bacca* globoſa, magnitudine Ceraſi, obſcure rubra, monoſperma.
*Semen* orbiculatum, depreſſum, glabrum.
Flores albiſſimi, fragrantiſſimi, gratiſſimi, aromatici.
Fructus ſapore primum dulcis, poſtea amarus & adſtringens.
Hic fructus immaturus ſale & aceto conditus Bengalæ ſub nomine Atſchiar in tabernis venditur, etiam maturus, & præſtat qualitatem ſingularem aquas purificandi, illis in locis valde neceſſariam, ubi nulla alia datur aqua quam argillacea & calcarea. Aqua recepta in vaſculo fictili, hac nuce trito, intra pauca momenta præcipitatur & puriſſima evadit.

STRYCH-

*colubrina.* STRYCHNOS foliis ovatis acutis, cirrhis ſimplicibus.
Strychnos colubrina. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 189.
Contendunt Indiæ Botanici, hanc a S. Nuce vomica non eſſe diverſam.

## *Annotatio.*

Ligna Colubrina vulgo appellantur apud Indos omnia illa ligna, quæ in pocula tornata aquam infuſam cito pura amaritie imprægnant, & hæc Antidota putantur. Hinc in Officinis noſtris pharmaceuticis ligna diverſa nomine Ligni Colubrini inveniuntur, interdum majoris, interdum nullius efficaciæ.

*amara.* IGNATIA,
*Habitat* in India. ♄.
*Arbor* ramoſiſſima: ramis longis, teretibus, glaberrimis, ſarmentis ſcandentibus.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, ſpithamæa, integerrima, acuta, venoſa, glaberrima, plana.
*Paniculæ* axillares, parvæ, ex pedunculis tri-ſ. quinquefloris.
*Pedicelli* breves, teretes, rigidi.
*Flores* longiſſimi, nutantes, albi, odore Iaſmini.
*Fructus* ovatus, cortice ſicco glaberrimo, collo attenuato, magnitudine Pyri Bon chretien dicti.
Plantam ſpiritu vini conſervatam habui, unde flores nigri, ſpiritu ſoluti, fragiliſſimi, ſed quamvis ultra annum ita conſervati nuclei, nihilominus cartilaginei & æque difficiles diſſectu fuere. Spiritum fecit purpureo-atrum, foetidiſſimum, amariſſimum, ut vix absque nauſea adhiberi poſſet.
Hæc mater medicamenti maximæ virtutis, quod in Pharmacopoliis nomine Fabæ ſancti Ignatii cognitum, & in India quotidiano eſt in uſu, in Europa autem rariſſime adhibetur. Si hoc Medicamentum verum, vel ætate vel inſectis non perditur, ſed vis permanet eadem. Rite applicatum infallibile Indianis creditur in omni ventriculi malo, febribus intermittentibus & exacerbantibus, morbis evacuatoriis ab atonia ortis, morbis ſoporoſis, cet.
Nuclei eandem vim venenatam, actiones vitales Animalium ſuffocandi, ac Nux vomica habent, eademque doſi Feris lethales ſunt.

*tomentosum.* CESTRUM floribus confertis sessilibus terminalibus, ramis foliis calycibusque tomentosis.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.
Habitus herbæ & floris convenit cum reliquis speciebus.
Figura foliorum florumque ut in C. diurno, sed calyces, rami, foliorumque pagina inferior tomentosa, calyces majores, corollæ coloratæ: tubo breviori; limbo magis ampliato.

*inerme.* LYCIUM inerme, glabrum, foliis oblongis glabris, floribus aggregatis pedunculatis, stipulis barbatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*fœtidum.* LYCIUM foliis oppositis ovato-lanceolatis, stipulis interfoliaceis setaceo-spinescentibus, floribus axillaribus sessilibus.
Austella. *Chinens.*
*Habitat* in Iaponia, *Thunberg;* in China, *Thouin;* in Madera, *König.*
Cl. *Thouin* misit illam nomine Spermacoces fruticosæ *Jussieui.*
Dr. *Thunberg* vivam examinavit in Iaponia & contendit, Lycium esse.
*Folia* trita odorem stercoris fœtidum spargunt. *König* narrat.

*tetrandrum.* LYCIUM spinosum, foliis ovatis obtusis carnosis, ramis angulatis glabris, corollis quadrifidis tetrandris.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Simillimum L. afro; an satis distinctum reddunt carnositas & quaternarius numerus?

*Bœrhaviæ-folium.* LYCIUM spinosum, foliis ovatis integerrimis acutis glaucis, floribus paniculatis.
Iasminoides spinosum, foliis rotundioribus, floribus subcæruleis Lilac spirantibus. *Du Hamel.*
*Habitat* in Peru. ♄.
*Frutex* pulcherrimus, caule spinoso, ramis inermibus.
*Folia* fere rotundata, pollicaria, colore glauco.
*Flores* L. barbari, cærulei, odoratissimi.
*Filamenta* basi hirsuta.

CHIRO-

*tetragona.* CHIRONIA fruticosa, foliis ovatis trinerviis obtusiusculis, calycinis foliolis obtusiusculis carinatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei.
*Flos* luteus, major.
Differt a Ch. trinervia, quod hæc fruticosa, folia breviora, obtusiora, nec acuminatissima ut in Ch. trinervia.

*nudicaulis.* CHIRONIA herbacea, foliis oblongis obtusiusculis, caulibus subdiphyllis simplicissimis unifloris, calycinis dentibus setaceis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Singularis foliis oblongis, sæpe radicatis in cæspitem.
*Caules* e radice plures, simplices, elongati, foliis binis in medio, s. duobus foliorum paribus.
*Calycis laciniæ* subulatæ.

*grandis.* TECTONA.
Theka. Tekka. *Rheed. mal. v.* 4. *p.* 57. *t.* 27.
*Habitat* in summitatibus montium Palliacatensium, in vastis sylvis prope Ariolos & in Zeylona.
*Colitur* prope Madras & aliis locis in hortis. *König.* ♄.
*Arbor* procera, trunco alto, cortice Alni.
*Folia* opposita, petiolata, patentissima, majora, pendula, parabolica, acuta, plerumque basi obliqua, subtus argentea, supra glabra, punctis minutissimis, albis.
*Pedunculus* communis, erectus, tetragonus, divisus in paniculam.
*Bracteæ* od omnes ramificationes, binæ, oppositæ, ovatæ.
*Calyx* tomentosus, albus.
*Corolla* alba, calyce vix major, extus pubescens, punctis atris interspersis.
*Nectarium* rubro-aurantiacum.
*Antheræ* fulvæ.
*Germen* villoso-albicans.
*Drupa* magnitudine nucis Avellanæ, grisea, friabilis.

*cymoſum.* SIDEROXYLON inerme, foliis oppoſitis petiolatis, cymis compoſitis & decompoſitis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei in Tafelberg. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* parvulus.

*volubilis.* RHAMNUS inermis, caule volubili, foliis integerrimis ovatis ſtriatis.
Arbor foliis teneris nervoſis alternis. *Boerh. lugdb. v* 2. *p.* 263.
*Habitat* in America. ♄.
*Caulis* fruticoſus, volubilis, rufeſcens, lævis.
*Folia* alterna, petiolata, ovata, oblongiuſcula, integerrima, repanda, lævia.
*Petioli* teretiuſculi, rufi, inarticulati.
*Fructificationem* non vidi.

*circumſciſſus.* RHAMNUS aculeatus, foliis oppoſitis bifariis obcordatis, aculeis oppoſitifoliis.
*Habitat* in Indiæ orientalis dumetis. *König.* ♄.
*Rami* ſimplices, oppoſiti, patentiſſimi, angulati, læves.
*Aculei* ſolitarii, oppoſiti, fixi, horizontales, recurvati, ſolidi.
*Folia* oppoſita, bifaria, lateralia ſpinarum, petiolata, obcordata, lævia, obſolete denticulata.
*Petioli* longitudine ſpinarum.
*Stipulæ* duæ, minutiſſimæ, ad folia.
*Fructificationes* laterales, absque aculeis, umbellatæ, petiolis paullo longiores, ſimplices.
*Calyx* campanulatus, circumſciſſus: limbo erecto, quinquepartito: dentibus acutis, deciduis.
*Petala* quinque, calyci inſerta, obcordata, ciliata, nivea, antheras involventia.
*Filamenta* quinque, alterna, calyce paulo breviora.
*Antheræ* erectæ, oblongæ.
*Germen* ſuperum.
*Stylus* brevis, perſiſtens.
*Stigma* emarginatum.
*Pericarpium* globoſum, baſi veſtitum calycis circumſciſſi baſi.
*Semina* tria, obcordata, compreſſa.

*tetragonus.* RHAMNUS inermis, foliis ovatis integris glabris seſſilibus, ramis tetragonis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*pinifolia.* PHYLICA foliis aceroſis utrinque planis glaberrimis, floribus paniculato-racemoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei ſummis montibus. *Thunberg.*
Orgyalis, foliis linearibus, obtuſis, nullo ſulco exaratis.
*Inflorescentia* ſimillima Ph. racemoſæ.

*calloſa.* PHYLICA foliis cordatis lanceolatis ſubtus tomentoſis ſupra papilloſis apice pungentibus, floribus capitatis villoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Diſtinctiſſima a Ph. cordata, cum qua figura foliorum convenit.

*ſpicata.* PHYLICA foliis cordato-ſagittatis lanceolatis ſubtus tomentoſis ſupra glaberrimis acuminatis pungentibus, ſpicis lanatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
Differt ab omnibus inflorescentia ſ. capitulo elongato in ſpicam villoſam.

*linearis.* CELASTRUS ſpinoſus, ſpinis folioſis, foliis linearibus integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*procumbens.* CELASTRUS inermis, procumbens, foliis ovatis ſerratis, floribus axillaribus ſubſolitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*integrifolius.* CELASTRUS ſpinoſus, ſpinis folioſis, foliis ovatis obtuſis integerrimis, cymis lateralibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*filiformis.* CELASTRUS inermis, foliis lanceolatis integris, ramis filiformibus, pedunculis axillaribus unifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*acuminatus.* CELASTRUS inermis, foliis ovatis acuminatis ferratis, pedunculis axillaribus unifloris, caule erecto laxo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*microphyllus.* CELASTRUS inermis, foliis ovatis obtuſis integris, cymis terminalibus dichotomis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Europæus.* EVONYMUS floribus plerisque quadrifidis, foliis ſeſſilibus.
Evonymus europæus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 198.

leproſus. γ. cortice leproſo.
Evonymus verrucoſus. *Scopol. carn. ed.* 2. *n.* 268. *Jacqu. auſtr. v.* 1. *p.* 30. *t.* 49.
Evonymus flore phoeniceo. *Bauh. hiſt. v.* 1: 2. *p.* 203.
Evonymus ſecundus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 55.
*Habitat* in Carnioliæ rupibus aſperis. *D. Jacquin.* ♄.
Facies & Habitus ita E. europæi, ut non dubitare liceat, hunc ab illo olim natum, adeoque varietatem conſtantem potius quam ſpeciem conſtituere permittunt limites.

*Japonicus.* EVONYMUS floribus quadrifidis, foliis ellipticoovatis ſerratis obtuſiſſimis.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.*
*Folia* bipollicaria, fere æque lata ac longa, ſerrata, venoſa, rigida, utrinque glaberrima.
*Corolla* tetrapetala.
*Stamina* quatuor.

*latifolia.* DIOSMA foliis ovatis crenatis, pedunculis axillaribus ſolitariis, caule villoſo.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Frutex* ramulis ſubpubeſcentibus.
*Folia* petiolata, ovata, margine punctis pellucidis crenulata, lævia, non diſco punctata, obtuſiuſcula, vix acuta.

*unicapſularis.* DIOSMA capſulis unilocularibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Caulis* ramis virgatis, lævibus.
*Folia* alterna, ſubpetiolata, lineari-lanceolata, ſupra lævia, ſubtus longitudinaliter rugoſa, glabra, margine integerrima, ſed quaſi ſerrata punctis pellucidis.
*Pedunculi* laterales, pauciflori, foliis multo breviores.
*Flores* in hoc genere minuti.
*Capſulæ* ſæpius ſolitariæ, incurvatæ, roſtro ejusdem longitudinis.

*marginata.* DIOSMA foliis cordato-attenuatis membranaceo-marginatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Frutex* erectus, ramulis vix pubeſcentibus.
*Folia* remota: marginibus membranaceis.
*Flores* ex ſummis foliorum alis, ſolitarii aut bini: pedunculis folio longioribus.
*Stamina* quinque, vera.
*Nectaria* quinque, ex filamentis alternis, apice glandula antherina nigra, majore, baſi bifida, capitello luteo.

*barbigera.* DIOSMA foliis cordatis amplexicaulibus, petalis barbatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.*
*Frutex* ramoſus.
*Folia* ſeſſilia, oppoſita, amplexicaulia, mucronata, lævia, ſubtus punctata.
*Corymbi* terminales, ſubſeſſiles.
*Calyx* pentagonus.
*Petala* quinque, albo-barbata, parva.
*Stamina* quinque.
*Piſtillum* unum, flore longius.

*tetragona.* DIOSMA foliis cordatis retuſis complicato-carinatis ciliatis, ramis unifloris.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Sparrmann.*
Singularis & a reliquis ſpeciebus facile diſtinguitur foliis valde approximatis, ut caulis illis totus obtectus evadat, eoque rami formantur tetragoni, ſurſum incraſſati, & flore terminante, magno, ſolitario.
*Folia* cordata, latiora quam longa, complicata, carinata, ciliata, erecta, acumine patente.

BRUNIA

*verticillata.* BRUNIA foliis triquetris obtusis glabris, ramulis verticillatis fastigiatis, capitulis terminalibus glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Capitula* parva, nec globosa.

*Myrtiloides.* ESCALLONIA.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.
*Frutex* glaberrimus: ramulis unifloris.
*Folia* ramea, approximata, breviſſime petiolata, alterna, patentia, linguæformia, apice tenuiſſime ſerrata, glaberrima.
*Flos* terminalis, erectus.
Planta ſiccata nigreſcit.

*lævigata.* CORYNOCARPUS.
Corynocarpus lævigata. *Forſt. gen. n.* 16.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.* ♄.
*Folia* alterna, petiolata, obovata ſ. cuneiformia, ſubemarginata, integra, venoſa, glaberrima.
*Panicula* terminalis, ſeſſilis, magna, rugoſa.
*Flores* albi.

*nitidum.* ARGOPHYLLUM.
Argophyllum nitidum. *Forſt. gen. n.* 15.
*Habitat* in Nova Caledonia. *Equ. Bäck.* ♄.
Caules, petioli, folia ſubtus & paniculæ una cum calycibus ſericeo tomento ſplendentes.
*Folia* alterna, petiolata, ovata, utrinque acuminata, integerrima, ſupra viridia, glabra, ſubtus albo-ſplendentia.
*Pedunculi* axillares, ſolitarii, elongati, terminati in paniculam.

*pinnata.* MANGIFERA foliis pinnatis, floribus decandris.
*Habitat* in India. *König.* ♄.
*Folia* pedalia, cum impari pinnata: foliolis oblongis, integerrimis.
*Panicula* racemoſa, magna.
Suaſu Obſervatoris acutiſſimi D. König, qui plantam vivam examinavit & etiam vidit fructum mihi ignotum, ad hoc genus refero.

MANGI-

*Indica.* MANGIFERA foliis ſimplicibus, floribus pentandris.
Mangifera indica. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 201.

*Obſervatio.*

Plures hujus generis habeo ſpecies, ſed quas omnes varietates M. indicæ eſſe arbitror.
Nec aliquid de Mangiferis ſtatuere audeo, cum ignorem verum characterem generis, quem nondum bene extricatum eſſe puto.

*diacantha.* RIBES foliis inciſis, aculeis geminis ad gemmas.
Ribes diacantha. *Pall. it. v.* 3. *p.* 722. *t. I. f.* 2.
Groſſularia daurica montana, uvæ criſpæ folio. *Amm. ruth. p.* 198.
*Habitat* in Dauria. ♄. H. U.
*Aculei* tantum gemini ad gemmas, ceterum inermis.
Media inter Groſſularias & Ribeſia.
Quotannis in Horto Upſalienſi floruit, ſed nondum baccas habuit.

*Bihai.* HELICONIA foliis nervoſis reticulatis baſi attenuatis, nectario haſtato libero.
Heliconia Bihai. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 204.
Slaapers. *Surinam.*
*Planta* octopedalis.
*Flos* croceus, nectario cæruleo.
*Germen* inferum.
*Petala* duo.
*ſuperius* ſimplex, intra quod petalum minutum, acuminatum.
*inferius* apice triſido.
*Filamenta* quinque, filiformia, longitudine petalorum.
*Antheræ* oblongæ.

*alba.* HELICONIA foliorum nervis ſimpliciſſimis glaberrimis, baſi ovato-rotundata, nectario haſtato libero.
Folium buccinatum aſperum. *Rumph. v.* 5. *p.* 142. *t.* 62. *f.* 2. ?
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *D. D. Thunberg.* ♃.

HELICO-

*pſittacorum.* HELICONIA foliis glaberrimis nervoſis baſi rotundatis, inflorescentia glaberrima, ſpadice erecto ebracteato, nectario lanceolato adnato.

Papegoyen - Beck. *Surinam.*

*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♃.

*Caulis* teres, lævis, ſimplex.

*Folia radicalia* lanceolata, pedalia, petiolata, ſtatura Cannæ.

*caulina* alterna, parva, remota, ſeſſilia, conduplicata, Tradeſcantiæ, tria ſ. quatuor, lanceolata.

*Pedunculi* quatuor ſ. quinque, axillares, breves, uniflori.

*Flores* colore luteo & rubro variegati.

*Corolla* dipetala, lanceolata, triquetra.

*Petalum inferius* anguſtius, carinatum, apice macula fuſca.

*ſuperius* æquale, triplo latius: dorſo plano, utrinque carinato; apice bifido.

*Nectarium* intra petalum ſuperius, ovato - lanceolatum, longitudine petali, dorſo fere ad apicem petalo adnatum.

*Filamenta* quinque, baſi inſerta, linearia, longitudine corollæ.

*Antheræ* erectæ, oblongæ, ſulcatæ.

*Germen* inferum, triquetrum, truncatum.

*Stylus* triqueter, longitudine floris.

*Stigma* acutum.

*Capſula* trigona, retuſa, trilocularis, triſperma, glabra.

*Semen* in ſingulo loculamento unicum, oblongum, glaberrimum. apici loculamentorum inſertum: glandula criſtata, crenata, ad inſertionem.

*hirſuta.* HELICONIA foliis baſi rotundatis ſimpliciſſime nervoſis glaberrimis, inflorescentia hirſuta, ſpadice flexuoſo, nectario lanceolato adnato.

*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*

*Herba* foliis & ſtatura refert reliquas Heliconias.

*Caulis* & *Folia* glaberrima.

*Spadix* flexuoſus, ſpithamæus, hirſutus: articulis verſus proximam ſpatham incraſſatis.

*Spathæ*

*Spathæ* alternæ, bifariæ, lanceolato-ſubulatæ, canaliculatæ, adſcendentes, inferiores majores, carina hiſpida.

*Pedunculi* novem ad duodecim, in alis ſpatharum, erecti, teretes, hirſutiſſimi, breves, aphylli, uniflori, utrinque ad latera cincti ſpathis ſ. bracteis ſubulatis, planis, flore brevioribus, ſibi invicem ſerie unica incumbentibus, intra cavitatem ſpathæ majoris.

*Germen* inferum, obtuſum, hiſpidum, obtuſe triquetrum.

*Corolla* curva, dipetala.

*Petalum ſuperius* complicatum, hiſpidum, apice bifidum.

*inferius* latius complicatum, hiſpidum, oblongum, interius apice macula fuſca notatum.

*Nectarium* lanceolatum, dorſo adnatum petalo ſuperiori.

*Stamina* quinque, longitudine corollæ.

*Stylus* filiformis.

*Stigma* capitatum.

*Pericarpium* exacte H. pſittacorum, niſi hiſpidum, etiam numerus & figura loculamentorum ſeminumque conveniunt.

*alternifolia.* ACHYRANTHES caule erecto, florum echinis ſubgloboſis.

Achyranthus ſpicatus albus, Lychnitis folio. *Pluk. alm.* 36. *t.* 260. *f.* 1.

Amaranthus humilis, foliis oppoſitis, floſculis in alis glomeratis. *Burm. Zeyl.* 17. *t.* 4. *f.* 2.

*Habitat* in India orientali.

*Caulis* herbaceus, erectus, flexuoſus, ramoſus, angulatus, ſcaber, purpuraſcens.

*Rami inferiores* virgati, elongati, procumbentes.

*Folia* alterna, petiolata, remota, lanceolata, ſubflexuoſa, lævia, conſiſtentia, deſinentia in petiolos longos, purpuraſcentes.

*Capitula* ſolitaria, ſubſeſſilia, ſubgloboſa, oppoſitifolia.

Calyx

*Calyx exterior* triphyllus, ſetaceus, longitudine interioris.
*interior* pentaphyllus, lanceolatus, erectus, perſiſtens, rubicundo-albicans.
*Stamina* quinque, alba, calyce paullo breviora.
*Germen* globoſum.
*Stylus* purpuraſcens.
*Stigmata* duo.
Hanc ſpeciem nunquam vidi, nec ſcio unde b. m. Parens differentiam & deſcriptionem confecerit, nam talis in Herbario non datur.

*patula.* ACHYRANTHES caule fruticoſo patulo pubeſcente, floribus ſpicis orbiculatis echinato-uncinatis.
*Habitat* in India orientali. ♄. H. U.
*Caulis* erectus, tripedalis, brachiatus, teres, pubeſcens, virens.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, acuta, pubeſcentia.
*Spica* terminalis, ſeſſilis.
*Flores* diſtantes, alterni, inferiores oppoſiti, albidi, ſinguli bractea ſuffulti.
*Bractea* lanceolata, reflexa.
*Gluma* triflora, bivalvis: valvulis ovatis, concavis, membranaceis, acutis.
*Floſculus intermedius* ſeſſilis: calyce pentaphyllo, viridi, pubigero.
*Floſculi laterales* bracteis duabus, oppoſitis, calyciformibus, patulis, glumæ communæ contrariis, intra quas ſimilis faſciculus: ſetis rigidis, uncinatis, patulis, flaveſcentibus, inter quas calyx pentaphyllus, pubigerus.
*Stamina* quinque.
*Piſtillum* unicum.
*Stigma* capitatum.
Dormit foliorum oppoſitionibus ſub ramo deflexis, paginæ inferiori adproximatis.

*lappacea.* ACHYRANTHES caule fruticoſo diffuſo proſtrato, ſpicis interruptis, floſculis lateralibus utrinque faſciculo ſetarum uncinato.
Achyranthes lappacea. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 204.
Differt ab A. patula caule proſtrato, fere nudo, foliis nudis, exquiſite acuminatis; lappis ſ. faſciculis rubris, nec flavis.

CELOSIA

*Gnaphaloides.* CELOSIA fruticosa, lanata, foliis oppositis ovatis subtus albis, capitulo globoso pedunculato.
*Habitat* in Monte Video in Brasilia. *Thouin.*
Simillima lanata alba superficie Celosiis & Illecebris lanatis, a quibus differt foliis oppositis & capitulo solitario, globoso, pedunculato, terminali.

*Monsoniæ.* ILLECEBRUM spicis terminalibus, caulibus prostratis, foliis subulatis.
Amaranthoides spicatum, indicum, ramosissimum, spergulæ foliis, spica alopecuroide candida. *Pluk. alm.* 11. *t.* 334. *f.* 2.
*Habitat* in India orientali. *König.* ♃.
*Caules* prostrati, ramosi, terminati ramis magis elongatis, spithamæis, canescentibus.
*Folia* inferiora conferta fere in cespitem, reliqua verticillata, subulata.
*Spicæ* oppositæ & terminales, oblongiusculæ, cylindricæ, subincarnatæ, albicantes, pulcherrimæ.

*Canariense.* ILLECEBRUM fruticosum, foliis ellipticis acutis, stipulis bracteisque ovatis brevioribus, paniculis terminalibus dichotomis.
*Habitat* in Teneriffa. *Fr. Masson.* ♄.
Caule arboreo lignoso & paniculis terminalibus dichotomis a reliquis satis distinctum.

*Colpoon.* THESIUM foliis oppositis petiolatis obovatis planis integerrimis, corymbo terminali aphyllo.
Fusanus compressus. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 765.
Colpoon compressum. *Berg. cap. p.* 38. *t.* 1. *f.* 1.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. ♄.
*Arbor* ramulis compressis, ancipitibusque.
*Folia* opposita, breve-petiolata, obovata, obtusa cum acumine, integerrima, glabra.
*Racemi* axillares (ex alis ramorum,) erecti, compressi, vix foliis longiores.
*Numerus* partium floris quaternarius s. quinarius.
Cur a Thesiis separatur? nullam video necessitatem.

*spinosum.* THESIUM foliis subulatis mucronatis, floribus axillaribus solitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Singularis foliis patentibus, canaliculatis, subulatis, apice terminatis spina.

*triflorum.* THESIUM foliis lanceolatis, caule angulato, pedunculis axillaribus trichotomis compositis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Pedunculi* triflori, interdum bi-s. trifidi, valde divaricati.

*fragile.* THESIUM foliis ovato-triquetris carinatis decurrentibus, caule angulato, floribus axillaribus sessilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Habitus* Salsolæ.
*Folia* brevissima, ut primo intuitu planta illis carere videatur.
Valde fragilis planta.

*squarrosum.* THESIUM foliis lineari-subulatis recurvato-reflexis, caule tereti, floribus axillaribus sessilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Foliis recurvatis valde squarrosa.

*lineatum.* THESIUM foliis linearibus, caule tereti angulato inferne aphyllo, ramis rectis divaricatis, floribus axillaribus pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*Thunbergia.* GARDENIA inermis, foliis ovatis utrinque acutis, stipulis obtusis, calyce infundibuliformi appendiculato: laciniis cucullatis petiolatis.
Thunbergia capensis. *Mont. Act. holm. ann.* 1773. *p.* 282. *t.* 11.
Bergkias. *Sonnerat. guin. p.* 48. *t.* 17.
*Habitat* in Cap. bonæ spei & Guinea, in sylvis. *D. Thunberg.* ♄.
*Caulis* arborescens, orgyalis, ramosissimus.
*Rami* oppositi, teretes, glabri, crassiusculi, ramulosi.
*Folia* petiolata, verticillata, tria s. quatuor, inæqualia, ovata, acuminata, integerrima, basi attenuata, glabra, oblique striata: poris secretoriis, pilosis, in axillis nervorum paginæ inferioris.
*Stipulæ* interfoliaceæ, obtusæ.
*Flores* terminales, solitarii, sessiles, erecti, longi, speciosi, albi, suaveolentes, numero partium variantes a quinque ad decem.

*Calyx*

*Calyx* infundibuliformis, longus, apice truncatus, latere dehiſcens, infra marginem appendiculatus laciniis cucullatis: petiolo attenuato, curvo.
*Corolla* monopetala, hypocrateriformis.
*Tubus* cylindricus, longus.
*Limbus* planus, decempartitus: laciniis ovatis, altero latere incumbentibus.
*Filamenta* nulla.
*Antheræ* novem ſ. decem, lineares, latere affixæ ori corollæ, apice exſertæ.
*Germen* inferum, planum, coronatum tuberculis nectariferis.
*Stylus* clavatus, tubo longior.
*Stigma* oblique truncatum, quinqueſulcatum: ſulcis reflexis, emarginatis.
*Bacca* oblonga, quadrilocularis.
*Semina* plurima, lenticularia, imbricata.
Quis hanc Gardeniam eſſe negare poteſt? Frutex quoad herbam G. floridæ adeo ſimilis, ut nulla detur differentia, etiam folia ſæpe verticillata, & Glandulæ nervorum in pagina inferiori. Vix aliud ſeparat, quam calyx longus infundibuliformis, infra apicem appendiculatus.

*florida.* GARDENIA inermis, foliis ovatis utrinque acutis, ſtipulis obtuſis, laciniis calycinis verticalibus, tubo recto.
Gardenia florida. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 208.
*Variat* numerus laciniarum limbi & ſtaminum a quinque ad novem, ut in G. Thunbergia.

*Muſſenda.* GARDENIA inermis, foliis ovatis acutis, ſtipulis mucronatis, laciniis calycinis ſubulatis compreſſis, tubo incurvato hirto.
Muſſenda formoſa. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 182.
*Habitat* in America auſtrali. ♄.
*Frutex* ramis teretibus, hirtis.
*Folia* oppoſita, breviſſime petiolata, ovata, acuta, pollicaria, glabra.
*Stipulæ* interfoliaceæ, ſolitariæ, baſi dilatatæ, ſubulatæ, mucronatæ.
*Flores* axillares & terminales ramulorum breviſſimorum, ſolitarii, ſeſſiles.

*Calyx* campanulatus, quinquepartitus, hirtus: laciniis compreſſis, ſubulatis, erectis, ſinubus rotundatis.
*Corolla* monopetala, alba.
*Tubus* elongatus, filiformis, baſi ſurſum curvus, poſtea rectus, hirtus.
*Limbus* quinquepartitus, tubo dimidio brevior, planus: laciniis ovatis, acuminatis, carnoſis.
*Filamenta* nulla.
*Antheræ* quinque, ſeſſiles, ſupra faucem, oblongæ, erectæ.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* craſſiuſculum, bipartitum: laciniis revolutis.
*Bacca* infera, ovalis, bilocularis: cortice lignoſo.
*Semina* plura, ovalia, depreſſo-planata, in quovis loculamento per binas ſeries alterum ſemen alteri impoſitum.
Calycis figura, corolla contorta, antheræ ſeſſiles earumque inſertio, ſtigma magnum bilobum, bacca ſicca bilocularis, diſpoſitio ſeminum & habitus herbæ perſuadent ſatis, hanc veram ſpeciem Gardeniæ eſſe.

*gummifera.* GARDENIA inermis, foliis oblongis obtuſis hirtis, ſtipulis ſubulatis, laciniis calycinis ovatis breviſſimis, tubo recto.
*Habitat* in Zeylona. *König.*
Refert G. floridam magnitudine & figura limbi corollæ.
*Folia* oblonga, obtuſa, hirta.
*Calyx* breviſſimus, quinquedentatus, hirtus.
*Tubus* longior quam in G. florida, magis filiformis & pilis tenuioribus tectus.
Ex rimis corticis & foliis ſudat Gummi-reſina, Gummi Elemi ſimillima.

*ſpinoſa.* GARDENIA ſpinis binis oppoſitis ſuprarameis rectis patentibus, foliis obovatis, laciniis calycinis foliaceis, tubo breviſſimo.
*Habitat* in Madraſs. *König.* ♄.
*Frutex* ſpinis horrendus: ramis rigidiſſimis, glabris.
*Folia* oppoſita, obovata, parva, glaberrima.
*Ramuli* ex axillis foliorum, omnium breviſſimi, vix elongati, foliis confluentibus, uniflori.

*Spina*

*Spinæ* ſupra exortum ramulorum, binæ, oppoſitæ, pollicares, horizontales, decuſſatæ, rectæ, rigidiſſimæ, glabræ.
*Flos* ſolitarius, unumquemque ramulum terminans.
*Calyx* campanulatatus, glaber, quinquefidus: laciniis obovatis, patulis, nervoſis.
*Corolla* vix calyce major, extus hirſutiſſima.
*Limbus* laciniis obovatis.

*Rothmannia.* GARDENIA inermis, foliis oblongis, ſtipulis ſubulatis, laciniis calycinis ſubulatis teretibus longitudine tubi, tubo glabro ampliato brevi.
Rothmannia capenſis. *Thunb. Act. holm. ann.* 1776. *p.* 65. *t.* 2.
Swart Yzerhout. *Capenſ.*
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Lignum* duriſſimum.
*Flores* albi, ſuaveolentes, imprimis nocte.

*cathartica.* ALLAMANDA.
Allamanda cathartica. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 209.
Orelia grandiflora. *Aublet. guian. p.* 271. *t.* 106. figura bona.
Plumiera foliis ovato-oblongis. *Plum. ic. t.* 39.?
*Habitat* ad littora Surinami, Cayennæ, cet. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Frutex* lacteſcens.
*Caulis* volubilis & ſupra arbores ſcandens: ramis teretibus, pubeſcentibus.
*Folia* quaterna, breviſſime-petiolata, elliptico-lanceolata, lævia, integerrima, rachide villoſa.
*Petioli* baſi revergentes.
*Racemi* erecti: floribus geminis, pedunculatis, erectis, luteis.
*Calyx* foliolis quinque, lanceolatis, patulis.
*Corolla* digitalis.
*Tubus* cylindricus, filiformis.
*Limbus* ampliatus: laciniis quinque, ſubrotundis, patentibus.
*Antheræ* quinque, ſeſſiles, ſupra tubum.
*Piſtillum* omnino Vincæ.

*Capſula* palmaris, lentiformis, compreſſa, echinata ſpinis longioribus, bivalvis, unilocularis, Nephelii ſimillima.
*Semina* multa, ſubrotunda. margine membranacea, per binas ſeries mutuo imbricatim incumbentia.
Folia purgant & Infuſa cathartica ex his parata Surinamenſibus in Colica in uſu.
Cur nomen mutavit Aublet? neſcio. Certe tam multum meruit Allamand ac plures alii peregrinatores, quorum nomina conſervant Plantæ. Hoc teſtantur illius Nova Genera, quæ in manuſcripto Bibliotheca mea conſervat &c.

*puſilla.* VINCA caule herbaceo, floribus geminis pedunculatis.
Vinca puſilla. *Murray. Act. gœtt. ann.* 1776. *p.* 44. *t.* 2. *f.* 1.
*Habitat* in Tranquebariæ hortis, vitium ſummum. *König.* ⊙.
Simillima V. roſeæ, ut vix ſpecie diverſa.
*Caulis* fere herbaceus, annuus, ſpithamalis, quadrangularis.
*Flores* ad latera & ſæpe ad ſummitatem, gemini, pedunculati.
*Corollæ* Lithoſpermi officinalis. magnitudine & colore.

*annularis.* ECHITES caule volubili, corollis hypocrateriformibus, tubo annulo elevato.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.*
*Folia* oppoſita, pedalia, petiolata.
*Racemi* bifidi, pedunculati, axillares.
*Calyx* foliolis quinque, oblongis, erectis, concavis.
*Corollæ Tubus* cylindricus, calyce longior.
*Faux* cincta annulo prominente, ſubtus concavo.
*Limbus* planus: laciniis quinque, ſubrotundis, emarginatis.
*Antheræ* connatæ, intra faucem.
*Stigma* obtuſum, annulo acuto cinctum.
*Nectarium* germen tegens: ſquamulis quinque, ovatis, parvis.

*ſiphilitica.* ECHITES foliis ovatis ſubpetiolatis glaberrimis coſtatis, paniculis dichotomis, floribus ſpicatis.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Arbor* lacteſcens.
*Folia* oppoſita, breve petiolata, magna, dodrantalia & ultra, ovata, venoſo-coſtata, acuta, glaberrima.
*Pedunculi* axillares, diviſi in duos ramos & hi iterum in duas ſpicas breviores, floribus arcte veſtitas, erectas.
*Corolla* maior, alba, ſimilis reliquis ſpeciebus: limbo magno, plano.
*Stigma* Vincæ.
*Folliculi* bini, divaricati.
Decoctum herbæ Surinamenſibus in Siphilitide notiſſimum.

*ſuccu-lenta.* ECHITES aculeis binis extrafoliaceis, foliis linearibus ſubtus tomentoſis, corollis infundibuliformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Filamenta* barbata.

*biſpinoſa.* ECHITES aculeis binis extrafoliaceis, foliis lanceolatis glabris, corollis hypocrateriformibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

### *Obſervatio.*

Frutices hi bini hujus generis valde ſingulares & inter ſe ſimillimi, ſucculenti, lacteſcentes, biſpinoſi, ut absque viſa fructificatione Euphorbias crederes.

## DIGYNIA.

*ſcandens.* MELODINUS.
Melodinus ſcandens. *Forſt. gen. n.* 19.
*Habitat* in Nova Caledonia. *Equ. Bäck.* ♄.
*Frutex* glaberrimus.
*Caulis* ſcandens.
*Folia* oblongo-ovata, venoſa, integerrima, glaberrima, oppoſita.
Affinitas magna cum Rauwolfiis.

*eſculenta.* PERIPLOCA glabra, foliis lineari-ſubulatis, racemis elongatis ſimplicibus, floribus interne nudis.
Uſepale. *Zeylon.*
*Habitat* intra ſpinetas ad littora fluminum Zeylonæ & Malabariæ. *König.*
*Caulis* volubilis.
*Folia* oppoſita, lineari-ſubulata, longa, baſi ſubrotundata.
*Racemi* elongati, pauciflori.
*Flores* duo ad octo in uno racemo, pedicellati.
*Corolla* rotata, lutea: ſtriis a centro excurrentibus, ferrugineis.
*Nectarium* quinquecorne.
*Genitalia* lutea.
*Corpuſcula* ſphacelata columna adnata.
*Folliculi* glabri, oblongi, inflati.
*Semina* pappoſa.
Indigenis eſculenta.

*Capenſe.* CYNANCHUM caule volubili undique conformi, foliis ſubcordato-ovatis, pedunculis multifloris.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *König. Sparrmann.*
*Caulis* altus, volubilis, vix pubeſcens, ſuperne lævis, minime ſuberoſus.
*Folia* oppoſita, petiolata, obſolete cordato-ovata, mucronata, lævia, iuniora ovata, adultiora emarginata cum mucrone.
*Pedunculi* axillares, foliis breviores, denticulati, ſimplices.
*Pedicelli* alterni, capillares, pedunculo longiores.
*Calyx* breviſſimus.

*tenellum.* CYNANCHUM caule herbaceo ſubvolubili, foliis ovato-oblongis.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.*
*Caulis* filiformis, herbaceus: ramis alternis.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, oblongiuſcula, lævia, magnitudine Alſines, mucronata.
*Umbellæ* laterales, irregulares, foliis breviores, ſeſſiles.
*Flores* magnitudine Galii.
*Folliculi* duo, ſubulati, digiti longitudine.

CYNAN-

*filiforme.* CYNANCHUM caule erecto ſimpliciſſimo, foliis linearibus, floribus verticillatis axillaribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*obtuſifolium.* CYNANCHUM caule volubili herbaceo, foliis oblongis apice rotundatis cum acumine, umbellis lateralibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*minutum.* APOCYNUM foliis haſtatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Montin.*
*Caules* filiformes, proſtrati, rarius ſcandentes, vix ſpithamæi.
*Folia* oppoſita, vix petiolata, unguicularia, lanceolata, utrinque dente laterali.
*Pedunculus* alternus, folio longior, lateralis, umbellatus.
*Umbella* ſimplex, ſubſexflora: pedicellis pedunculo brevioribus.

*filiforme.* APOCYNUM caule proſtrato herbaceo, foliis filiformibus, floribus umbellatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*lineare.* APOCYNUM caule volubili herbaceo, foliis linearibus planis, umbellis axillaribus compoſitis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*triflorum.* APOCYNUM caule volubili herbaceo, foliis lanceolatis, umbellis axillaribus bi-ſ. trifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Folia* hujus exacte lanceolata, ut prioris exacte linearia.

*filiformis.* ASCLEPIAS caule erecto, foliis filiformibus, umbellis lateralibus elongato-pedunculatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

## *Obſervatio.*

Aſclepias filiformis, Apocynum filiforme, & Cynanchum filiforme primo viſu ſimillima, eadem herba, ſaltem foliorum figura, diverſis floribus.

*grandiflora.* ASCLEPIAS foliis petiolatis oblongis pilosis, caule simplici hirto erecto, floribus axillaribus pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Umbella* nulla.
*Flos* maximus, colore Fritillariæ Meleagridis tessellato.

*volubilis.* ASCLEPIAS arborea, volubilis, foliis oppositis planis ovatis integerrimis acuminatis, umbellis erectis.
*Habitat* in Zeylona. *König.* ♄.
Glaberrima, ramis volubilibus.
*Folia* petiolata, ovata, subcordata, venosa, acuminata.
*Umbellæ* simplicissimæ, pedunculatæ.
*Pedunculus* longitudine petioli.
*Flores* virides centes.

*carnosa.* ASCLEPIAS foliis ovatis carnosis glaberrimis.
*Habitat* in China.
*Folia* vix palmaria, ovata, carnosa, glabra, avenia.
*Petioli* carnosi, foliis dimidio breviores.
*Umbella* simplex, more congenerum axillaris, solitaria.
*Calyx* minutus.
*Corolla* minus divisa, vix semiquinquefida, plana.
*Genitalia* ut in reliquis speciebus.
Valde a reliquis diversa.
Hujus vidi tantum folia duo & umbellam floriferam, quam astuti Chinenses pro Gummi Gutta dederant.

*crispa.* ASCLEPIAS foliis cordato-lanceolatis undulatis scabris oppositis, umbella terminali.
Asclepias crispa. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 213.
Apocynum erectum africanum subhirsutum, foliis undulatis *Herm. parad. p.* 25. *Comm. rar. n.* 17. *t.* 17.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Sparrmann.*
*Caulis* erectus, pubescens, inferne ramosus.
*Folia* opposita, subsessilia, cordata, lanceolata, undulata, repanda, scabra.
*Umbella* terminalis, solitaria, pedunculata, purpurea.

*aſthmatica.* ASCLEPIAS fruticoſa, volubilis, hirſuta, foliis oppoſitis petiolatis cordato-ovatis ſupra glabris integerrimis, umbellis paucifloris.
Aſclepias Zeylanica, vincetoxici radice præſtantiore. *Burm. Zeyl.* 36. *Flor. Zeyl. n.* 490.
Apocynum Zeylanicum ſcandens, foliis laurinis. *Herm. prodr.* 413.
*Habitat* in Zeylonæ ſylvis. *König.*
*Tota Herba* villoſa, excepta pagina ſuperiore foliorum.
*Folia* approximata, magnitudine & figura Lauri nobilis, baſi cordata, acuta.
*Umbellæ* axillares, foliis breviores, paucifloræ, ſæpe proliferæ.
*Flores* parvi.
Radix egregia in Aſthmate ferоſo.

*pilifera.* STAPELIA caule tereti mammilloſe-tuberculato: mammillis apice piliferis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* ſimplex, rarius ramoſus, craſſus, tuberculis tectus.
*Tubercula* apice acuto, pilo ſimplici terminato.
*Flores* inter tubercula, parvi, purpurei.

*incarnata.* STAPELIA quadrangularis, dentibus horizontalitruncatis calloſis.
Euphorbium erectum, quadrangulare, ſpinoſum, ramis lateraliter rotundis folioſis. *Burm. decad. t. 7. f.* 1.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Flores* parvi, incarnati.
Herba editur Afris.

*Atriplicis.* CHENOPODIUM caule erecto, foliis deltoidibus ſubtus coloratis.
Chenopodium purpuraſcens. *Jacqu. hort. v.* 3. *p.* 43. *t.* 80.
*Habitat* in Sibiria. *Pallas.* ⊙. H. U.
Facies ſtatura recta, altitudo, color, folia Atriplicis hortenſis rubræ.

*Caulis*

*Caulis* ſimplex, vix pubeſcenti-farinoſus, non lævis, ſuperne ſtriatus
*Folia* alterna, petiolata, deltoidea, ſubdentata, ſubtus rubra.
*Racemus* terminalis, ſuperne magis magisque confertus.
*Racemuli* ſimplices, interſtincti foliis parvis, linearibus.
*Flores* tres ad quinque in racemulo, ſeſſiles, ſanguinei, omnes hermaphroditi.
*Calyx* pentagonus, quinquefidus.
*Stamina* quinque.

*oppoſitifolium.* CHENOPODIUM foliis oppoſitis lanceolato-ſubulatis breviſſimis.
Salſola oppoſitiflora. *Pallas. it. v. 2. p. 735. t. O.*
*Habitat* in Sibiria. *Gmelin.*
*Caules* teretes, ſublignoſi, læves.
*Rami* oppoſiti, virgati, ſubſimplices, purpuraſcentes.
*Folia* oppoſita, ſemiamplexicaulia, vix connata, breviſſima, acuta, ovato-lanceolata, margine ſcarioſa.
*Rudimenta ramulorum* in alis foliorum, brevia.
*Facies* aliena; an Polycnemum?

*laniflora.* SALSOLA foliis obtuſis carnoſis, antheris coloratis.
Salſola laniflora. *Gmel. it. v. 1. p. 160.*
Salſola Sedoides. *Pallaſ. it. v. 1. p. 492. t. M. f. 1. 2.*
Salſola lanata. *Pall. it. v. 2. p. 736. t. P.*
*Habitat* ad Samaram & Iaicum in humidis ſalſis.
*Caulis* bipedalis, junior lanuginoſus, ſed circa fructificationem nudus.
*Folia* teretia, obtuſa, carnoſa.
*Flores* axillares, terni, flavi.
*Calyx* excreſcens in paleas acutas, longiſſimas, laminibus lateralibus roſeis.
*Antheræ* roſeæ, quibus ab omnibus differt.

*arbores-cens.* SALSOLA fruteſcens, foliis ſemicylindricis: inferioribus coniugatis.
Salſola fruticoſa. *Gmelin.*
*Habitat* in Sibiria *Gmelin.* ♄.
*Caules* fruticoſi, adſcendentes, albi.
*Folia* ſemicylindrica, lævia, alterna.
*inferiora* ramorum ſæpius gemina, æqualia, ſ. ex ſingulo puncto bina.
*Spica* terminalis.
*Calyces* ſcarioſo-roſacei: coronula ſcarioſa, quinquevalvi, obtuſa.

*aphylla.* SALSOLA fruticoſa, ſubaphylla, ramis floſculorum rudimento coopertis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* altitudine humanæ, aphyllus, valde irregularis.
*Ramuli* tecti florum rudimentis.
*Flores* ſeſſiles: limbo expanſo, membranaceo.

*ſpinoſiſſima.* ANABASIS fruteſcens, ramis nudis ſpinoſiſſimis.
*Habitat*
*Caulis* lævis, ramoſiſſimus.
*Ramuli* omnes ſpinoſi, apice nudi: ſquamis tribus ad quinque, minutiſſimis, imbricatis.
*Flores* circum ſpinas, plures, ſeſſiles, conferti, tenaciter adhærentes.
*Calyx* ſquamis tribus, acutis, adpreſſis, inæqualibus, perſiſtentibus, carinatis.
*Corolla* petalis ſex ſ. quinque, lanceolatis, hyalinis, vix calyce longioribus, erectis.
*Filamenta* vix ulla.
*Antheræ* medio diſco petali adhærentes.
*Germen* globoſum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* ſubemarginatum.
*Semen* cochleatum, veſica pellucida cinctum.

*arbores-cens.* GOMPHRENA arboreſcens, piloſa, ſubvolubilis.
*Habitat* in Nova Granada. *D. Mutis.* ♄.
*Caulis* arboreſcens, ſubvolubilis, teres, ſimplex, piloſus.
*Folia* oppoſita, breve petiolata, ovalia, obtuſa, coriacea, integerrima, pilis adſperſa.

*Bractea*

*Bracteæ* ſub flore plures, acutiores, longitudine floris.
*Flos* aggregatus, terminalis, magnitudine fructus Iuglandis.
*Floſculi* ſeſſiles, innumeri.
*Calyx* pentaphyllus: foliolis ſubulatis, planis, inferne lanatis, pollicaribus.
*Corollula* cylindrica, longitudine calycis.
*Germen* ſuperum, ovatum, minutum.
*Stylus* filiformis, bipartitus.
Planta a congeneribus valde diverſa, tamen genuina.

*decumbens.* GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis, foliis radicalibus lanceolatis longiſſimis, caule decumbente.
Gentiana corollis quinquefidis campanulatis. *Gmel. ſib. v. 4. p. 103. t. 51. f. A.* quoad figuram.
*Habitat* in Sibiria. ♄. H. U.
*Folia radicalia* lanceolata, trinervia, tota planta longiora.
*caulina* duo ſ. tres, parce linearia.
*Caulis* ſpithamæus, procumbens, filiformis.
*Flores* ſubverticillati, ſed inferiores ramulis elevati.
*Calyx* latere ſuperiori dehiſcens, apice quadridentato.
*Corollæ* cæruleæ, campanulatæ, quinquefidæ: dente inter lacinias obtuſo.
Primo intuitu ſimilis G. Pneumonanthæ, ſed caules decumbentes.

*verticillata.* GENTIANA floribus quinquefidis verticillatis octonis.
*Habitat* in India. *D. D. Fabricius.*
*Caulis* vix palmaris, teres, ſublignoſus.
*Rami* oppoſiti, ſimpliciſſimi, tetragoni, compreſſi, læves.
*Folia* oppoſita, ſubſeſſilia, lanceolata, lævia, articulis ramorum longiora.
*Flores* verticillati, ſeſſiles, ſæpius octo.
*Calyx* quinquepartitus, brevis, acuminatus: laciniis carinatis, margine ſcarioſis.
*Corollæ* fulvæ, quinquefidæ, facie G. Centaurii: laciniis acutis.
*Stamina* in fauce.
*Stylus* ſimplex, filiformis, tubo corollæ brevior.
*Capſula* ſubgloboſa.

GENTIA-

*Scilloides.* GENTIANA caule unifloro proſtrato ramoſo, foliis obovatis obtuſis trinerviis, corollis infundibuliformibus quinquefidis, bracteis binis.
*Habitat* in Inſulis Azoreis. *Franc. Maſſon.*
*Planta* pedalis, tenera, glaberrima: ramis pauciſſimis.
*Folia* oppoſita, ſubpetiolata, parva: ſuperiora remotiora.
*Pedunculus* longus, nudus, terminalis, uniflorus.
*Bracteæ* duæ, infra florem, oppoſitæ, ſubulatæ, erectæ.
*Calyx* linearis.
*Tubus* infundibuliformis, calyce longior.
*Limbus* quinquefidus, planus, imberbis, luteus.

*ſaxoſa.* GENTIANA corollis quinquefidis campanulatis, foliis ſpathulatis.
Gentiana ſaxoſa. *Forſt. Act. holm. ann.* 1777. *p.* 184. *t.* 5.
*Habitat* in Nova Zeelandia ad littora maris. *Sparrmann.*

*Capenſis.* RUSSELIA,
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Equ. Bäck.*
*Planta* ſtatura Silenes, ſemipedalis ſ. vix pedalis.
*Caulis* herbaceus, teres, enodis, inferne brachiatus, ſubpubeſcens.
*Folia* oppoſita, ſeſſilia, ſubpubeſcentia, anguſto-lanceolata.
*Stipulæ* nullæ.
*Flores* ex ſummis ramis, pedunculati, bini, ſepius terni, lutei.
*Petala* & *Antheræ* niveæ.

*villoſa.* HYDROCOTYLE tomentoſa, foliis cordatis integerrimis tomentoſis ſ. villoſis.
Centella villoſa. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 708.
Mercurialis afra. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 746.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Radix* fibroſa.

*Folia*

*Folia* petiolata, cordata, indiviſa, integerrima, Violæ odoratæ, mucronata, tomentoſa, tam ad radices, quam circa extremitates caulium.
*Caules* proſtrati, apice folioſi, floriferique.
*Pedunculi* ex apice caulium plures, filiformes, foliis breviores, uniflori.
*Flores* parvi.

*glabrata.* HYDROCOTYLE glaberrima, foliis obovatis ſ. lanceolatis acutis trinerviis glaberrimis.
Centella glabrata. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 708.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

*virgata.* HYDROCOTYLE glaberrima, foliis ſemiteretibus linearibus ſulco exaratis internodiis longioribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*limifolia.* HYDROCOTYLE caneſcens, foliis lineari-ſubſpathulatis internodiis brevioribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Similis H. virgatæ, ſed folia multo longiora, pedunculi tenuiores, longiores.

*Solandra.* HYDROCOTYLE tomentoſa, foliis cuneiformibus ovatis retuſis ſeptemdentatis.
Solandra capenſis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 767.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

*tridentata.* HYDROCOTYLE tomentoſa, foliis lineari-cuneiformibus apice tridentatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
Simillima H. Solandræ, ſed differt
*Foliis* linearibus, baſin verſus anguſtioribus: apice dentibus tribus, æqualibus; nec ovatis, quinque- ſ. ſeptemdentatis.
*Pedunculis* folio multo brevioribus; nec longitudine æqualibus.
*Caulibus* brevioribus, lanatis, herbaceis; nec lignoſis, pollicaribus, proſtratis.
*Flos centralis* eſt certe huic hermaphroditus.

HYDROCO-

*Ranunculoides.* HYDROCOTYLE foliis quinquepartitis incisis.
*Habitat* in Mexico. *Mutis.*
*Caulis* repens, geniculatus.
*Folia* solitaria s. bina, subquinquepartita: lobis trilobatis, obtusis; omnino Ranunculi.
*Petioli* longitudine sæpe digiti.
*Scapi* caulini, pollicares.
*Umbella* simplex.
*Petala* alba.

*erecta.* HYDROCOTYLE foliis cordatis crenatis, scapis paucifloris longitudine petiolorum.
*Habitat* in Iamaica.
*Folia* cordata, obtusa, lateribus acute dentata, pollicariá.
*Petioli* radicales, spithamæi, apice pilosi.
*Scapi* radicales, apice paucis floribus, longitudine plantæ, erecti, ut tota planta, non repentes.

*ciliaris.* ASTRANTIA foliis lanceolatis serrato-ciliatis.
Iasione capensis. *Berg. Act. upsal. v.* 3. *p.* 187. *t.* 10.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *Thunberg.* ♃.
*Caulis* simplex, pedalis, iunceus, erectus, substriatus, apice divisus in paucos ramos floriferos.
*Folia* lanceolata, æqualiter serrata: serraturis setaceis s. ciliata, lævia.
*radicalia* petiolata.
*caulina* quatuor ad sex, sessilia, semiamplexicaulia.
*Umbella* elongata, subtriradiata.
*Umbellulæ* multiradiatæ, brevissimæ.
*Involucrum* di-s. triphyllum, foliis simile, sed minus.
*Involucella* subdecaphylla, lato-lanceolata, acuta, flosculis duplo longiora, colorata.

*Epipactis.* ASTRANTIA foliis quinquepartitis obtusis serratis.
Astrantia Epipactis. *Scopol. carn. ed.* 2. *n.* 303. *t.* 6.
*Jacqu. austr. v.* 5. *p.* 32. *t.* 11.
Helleborine Saniculæ facie. *Bauh. pin. p.* 186.
Elleborine alpina, Saniculæ & Ellebori nigri facie. *Lob. ic. p.* 664.
*Habitat* circa Idriam. ♃.

*Radix* promit folium unum & ſcapum unum.
*Folium* tripartitum: lobo medio trifido; lateralibus bifidis; omnibus obtuſis, ſerratis.
*Scapus* uniflorus, nudus.
*Involucrum* pentaphyllum, ſuperne ſerratum.
*Floſculi* in capitulo, lutei. *Scopoli.*

*ſpinoſum.* BUPLEURUM fruteſcens, ramis paniculæ ſenilibus nudis ſpineſcentibus, foliis linearibus.
Bupleurum ſpinoſum. *Gouan. bot.* 9. *t.* 2. *f.* 3.
Bupleurum hiſpanicum fruticoſum aculeatum, gramineo folio. *Tourn. inſt. p.* 310.
*Habitat* in Hiſpania. ♄.
*Caulis* humilis, fruticoſus, inæqualis: ramis divaricatis.
*Folia* linearia, acuta, trinervia.
*Panicula* aphylla, lignoſa, dichotoma, ſpineſcens, deflorata in ſpinas tranſiens, more Alyſſi ſpinoſi.
*Umbella* trifida.
*Umbellulæ* quinquefidæ.
*Involucra* numero radiorum, minuta.

*lucida.* COPROSMA pedunculis compoſitis.
Coproſma lucida. *Forſt. gen. n.* 69.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.*
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, utrinque acuminata, integerrima.
*Stipula* interfoliacea, ſolitaria, combinans folia, acuta.
*Pedunculi* axillares, ſolitarii, oppoſiti, diphylli, diviſi in pedunculos terminatos floribus capitatis.
*Calyx* & *Corolla* virideſcentes.
*Piſtilla* longiſſima extra florem.
Similis Phyllidi, glaberrima.

*fœtidiſſima.* COPROSMA floribus ſolitariis.
Coproſma fœtidiſſima. *Forſt. gen. n.* 69.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.*
Intenſiſſime fœtens.

HASSEL.

*cordata.* HASSELQUISTIA foliis cordatis.
Haſſelquiſtia cordata. *Jacqu. hort. v. 2. p. 91. t. 193.*
*Habitat* ⊙. H. U.
*Caulis* erectus, flexuoſus, ſubſtriatus, inferne piloſus.
*Folia inferiora* ternata: foliolis lateralibus ſubſeſſilibus, ovatis, crenatis; impari petiolato, cordato, crenato, obtuſo.
*ſuperiora* cordata, ſimplicia.
*Involucrum* ſetis plurimis, reflexis, corolla dimidio brevioribus.
*Involucella* polyphylla, ſetacea, longitudine florum.
*Umbella* copioſa, plana, alba, absque corpore centrali.
*Petala marginalia umbellularum* duo, maiora, plana, obovata.
*reliqua* ſubæqualia, parva, ovata, integra.
*Semina* margine incraſſato: alia compreſſo-plana ovalia; alia urceolata.
*Variat* foliis omnibus ſimplicibus & ternatis.

*Aegyptiaca.* HASSELQUISTIA foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis.
Haſſelquiſtia ægyptiaca. *Syſt. veg. ed. 13. p. 226.*

*lucidus.* DAUCUS foliis lucidis, caule hirto, petiolis lævibus.
*Habitat* in Mauritania. ♂.
*Statura* D. Carotæ, ſed multo major.
*Caulis* hirtus, ſtrigis rigidulis, nec ut in D. Carota tantum ſcaber.
*Folia* groſſiora, lævia, ut petioli nitida.

*Seguieri.* SELINUM involucro univerſali nullo, piſtillis divaricatiſſimis.
Selinum Seguieri. *Syſt. veg. ed. 13. p. 230.*
Liguſticum perenne, ferulæ folio, floribus albis. *Segu. ver. 2. p. 41. t. 13.*
*Habitat* in Italia.
*Caulis* multiplex, quadripedalis, lævis, non ſtriatus, niſi in ſummitate, ubi obſoletiſſime.

*Rami ſuperiores*, uti folia, oppoſiti.
*Folia* tripinnata, patentia.
*partialia* divaricata ſ patentiſſima.
*Pinnæ* lineares, acutæ, ſeſſiles, ſubdecurrentes, acumine inermi.
*Umbella* compoſita: radiis ad quadraginta.
*Umbellulæ* radiis multis.
*Pedunculus* communis obſolete ſtriatus.
*Involucrum* nullum.
*Involucella* ſetacea, multa, floſculis breviora.
*Corollæ* explicatæ.
*Petala* alba.
*Styli fructus* horizontaliter patentes.

*ſylveſtre.* SELINUM radice fuſiformi multiplici, ſtylis erectis, corollulis explicatis.
Selinum ſylveſtre. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 229.
*Corollulæ* explicatæ.
*Styli* erecti.

*Carvifolia.* SELINUM caule ſulcato acutangulo, involucro univerſali evanido, ſtylis erectis, petalis conniventibus.
Selinum Carvifolia. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 230.
*Corollulæ* petalis conniventibus, receptaculum ſuum occultantibus.
*Styli* erecti.

*latifolium.* CRITHMUM foliis pinnatis: foliolis ſeſſilibus obovatis, lobatis: lobis dentatis.
*Habitat* in maritimis Teneriffæ & Salvages. *Franc. Maſſon.*
*Planta* ſesquipedalis, glaberrima.
*Caulis* teres, ſulcatus, erectus.
*Folia* petiolata, pinnata: foliolis oppoſitis, bi-ad trijugis, ſeſſilibus, margine exteriori decurrente, ſenſim dilatatis, lobatis & dentatis.
*Petioli* baſi dilatati, amplexicaules.
*Involucrum* foliolis ſex ſ. octo, lanceolatis.
*Involucella* figura & numero foliolorum involucri.
*Flores* lutei.
*Semina* glabra, ſulcata, margine elevato, lævi.

CACHRYS

*odontalgica.* CACHRYS foliis radicalibus ſupradecompoſitis tomentoſo-canis, caule nudo umbellifero, ſeminibus cortice ſuberoſo lævissimo.
Cachrys odontalgica. *Pall. it. v.* 3. *p.* 720. *t. G. f.* 1. 2. 3.
*Habitat* copioſiſſime in deſertis limoſis aridiſſimis inter Wolgam & Iaicum. *Pallas.*
*Radix* longiſſima, ſaporis acerrimi & aromatici, unde vi ſialagoga præſtat uſum in Odontalgia catarrhali.

*Aciphylla.* LASERPITIUM caule vaginato, petiolis foliorum dilatatis, foliis digitatis linearibus elongatis mucronatis.
Aciphylla ſquarroſa. *Forſt. gen. n.* 68.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Ill. Equ. & Archiat. Abr. Bäck.*
*Umbellæ* axillares, plures, vix petiolis majores.

*repens.* SIUM caule repente, foliolis ſubrotundis dentato-angulatis.
Sium repens. *Iacqu. auſtr. v.* 3. *p.* 34. *t.* 260.
*Habitat* in Europa.

*ſalſum.* SISON foliis radicalibus compoſitis: foliolis ſubverticillato-faſciculatis lanceolatis, caule aphyllo, ramis umbelliferis dichotomis.
*Habitat* in Salſis limoſis aridiſſimis circa Wolgam. *Pallas.*
*Folia* tantum radicalia, caulina nulla, faſciculata, breviora, pinnata.
*Pinnæ* oppoſitæ, oblongæ: par primum decompoſitum; reliqua vero non.
*Foliola* pinnis lanceolatis, viridia, margine membranaceo-alba, faſciculata.
*Caulis* conſtans ex ramulis umbelliferis cum bracteis ſubulatis ad ramificationes.
*Ramuli* divaricati.
*Umbellæ* parvæ, erectæ.
*Involucra* parva, ſubulata.
Folia vere vigent, & poſtquam evanuerunt excreſcit caulis, & menſe Auguſto floreſcit, quaſi aphyllus.

*thyrſiflora.* CUSSONIA foliis digitatis: foliolis ſeſſilibus cuneiformibus truncatis tridentatis, floribus racemoſis.

Cuſſonia thyrſiflora. *Thunb. Act. upſal. v.* 3. *t.* 12. figura bona.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♄.

*Caulis* fruteſcens, inferne ſcaber, inæqualis, ſimplex, craſſitie digiti, ſuperne ſimpliciſſimus.

*Folia* in ſummitate caulis, approximata, alterna, petiolata, digitata, quinata.

*Foliola* inæqualia, ſeſſilia, cuneiformia, truncata, vix emarginata, apice tri-raro quinquedentata: dentibus remotis, obtuſis, parvis; conſiſtentia Menyanthis.

*Petioli* longi.

*Stipulæ* interfoliaceæ.

*Racemi* terminales, umbellati.

*Radii* quatuor, ſimpliciſſimi, infra nudi, apice floribus racemoſis: racemo cylindrico.

*Varietas* hujus eſt foliolis articulatis, articulo infimo apice in lobos minores dilatato, unde foliola quaſi prolifera.

*ſpicata.* CUSSONIA foliis digitatis: foliolis petiolellatis ſpathulatis: ligula tri-ſ. quinquepalmata argute ſerrata, floribus ſpicatis.

Cuſſonia ſpicata. *Thunb. Act. upſal. v.* 3. *t.* 13. figura bona.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

# TRIGYNIA.

*Anacardium.* SEMECARPUS.

Anacardium primum. *Bauh. pin. p.* 511.

*Habitat* in deſertis & ſylvaticis aridis Indiæ, verſus Zeylonam. *König.* ♄.

*Arbor* grandis: cortice cinereo fuſco.

*Rami* ſubhirti.

*Folia* alterna, approximata, petiolata, cuneiformia, acutiuſcula, integerrima, glabra, magna, pilis rarioribus conſperſa.

*Flores* terminales, racemoſi.

*Race-*

*Racemus* erectus, pedunculatus.
*Bracteæ ad pedunculos* adnatæ, carinatæ, hirsutæ, deciduæ.
*Bracteæ in pedicellis* duæ vel tres, acutæ, caducæ.
*Perianthium* carnosum, hirsutum, in fructu persistens.
*Corolla* viridi-lutescens, magnitudine Ribes.
*Antheræ* lutescentes.
*Drupa* cortice glabro, nitido, nigricante tecta, sub epidermide cellulosa pulpa, in qua succus mucilaginosus, causticus, ater.
Arbor præstat verum Anacardium orientale officinarum.
Succus diploës ad lintea, sericea, bombycina, litterarum notis nigris nunquam delendis insignienda usurpatur. Hæc nigrities adeo inhæret, ut sapone artificiali vel salibus detergi nequeat, lintea tamen non corrodit, quamvis ut causticum in cute agat.

*villosum.* RHUS caule pubescente, foliis ternatis: foliolis sessilibus ovatis integris pubescenti-villosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Cano tomento caulis & foliorum a reliquis facile distinguitur, at sæpe exuit tomentum & solummodo subvillosum est.

*incisum.* RHUS foliis ternatis: foliolis sessilibus cuneiformibus inciso-pinnatifidis subtus tomentosis venosis, calycibus tomentosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Foliola* parva & exquisite-divisa, ut folia Myricæ quercifoliæ.

*cuneifolium.* RHUS foliis ternatis: foliolis sessilibus cuneiformibus glaberrimis septemdentatis: dentibus mucronatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*pauciflorum.* RHUS foliis pinnatis: foliolis alternis decurrentibus cuneiformibus apice serratis, panicula sessili pauciflora.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*lanceum.* RHUS foliis ternatis: foliolis lanceolato-ſubulatis elongatis utrinque glaberrimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Diſtinguitur a Rh. lævigato foliis longioribus, anguſtioribus, utrinque glaberrimis.

*cirrhiflorum.* RHUS ſcandens, foliis ternatis: foliolis integerrimis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*tridentatum.* RHUS ſcandens, foliis ternatis: foliolis incanis ſerratis: ſerraturis tribus ad quinque.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*digitatum.* RHUS ſcandens, foliis pinnatis: foliolis oblongis integerrimis glaberrimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Tinoides.* VIBURNUM foliis ellipticis glabris integerrimis, ramis cymisque teretibus hirſutis.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
Simillimum V. Tino, at folia V. Tini exacte ovata, petioli longiores, pedunculi caulisque angulati, glaberrimi.

*ſcandens.* VIBURNUM fruticoſum, ſcandens, foliis oblongis ſerratis, cymis terminalibus: radiis terminatis flore maximo.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.*
*Folia* anguſtiora, oblonga, utrinque acuminata, brevepetiolata.
*Cymi* ramos breviores terminantes, villoſi.
*Radii* patentes: floribus ſurſum verſis, parvis.
Singulus radius terminatur flore maiore, albo, ut in V. Opulo radiato: petalis inæqualibus: exteriori maximo, obcordato.

*Capenſis.* CASSINE ramulis tetragonis, foliis petiolatis ovato-oblongis retuſis crenatis.
Caſſine capenſis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 243.
Caſſine barbara. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 243.

Evony-

Evonymus Colpoon. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 198.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Figura foliorum* variat, ſed per gradus ſenſim in eadem arbore oſtendit ſuam variationem.
*Flores* interdum quadrifidi & quinquefidi.
Vix a C. Maurocenia diſtincta.

*lineare.* PHARNACEUM umbellis inæqualibus, foliis linearibus, oppoſitionibus remotis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Planta* Spergula arvenſi maior.
*Caulis* lævis, proſtratus, articulatus, geniculis nodoſis, dichotome-ramoſus.
*Folia* plura, linearia, obtuſa, lævia, verticillata, pollicaria.
*Umbellæ* pedunculatæ, terminales & laterales, ſolitariæ, irregulares.

*glomeratum.* PHARNACEUM floribus glomeratis, caule flexuoſo, foliis linearibus.
Rubia ſtellaris ſ. Aſperula humifuſa, floſculis albis, æthiopica. *Pluck. mant.* 160. *t.* 331. *f.* 4.
*Habitat* in Æthiopia. ☉.
*Caules* herbacei, læves, flexuoſi a geniculo ad geniculum.
*Folia* verticillata, plurima, linearia, acuta, lævia, glabra.
*Flores* minutiſſimi, ad verticillos pauci, pedunculati, præter umbellulam glomeratam folioſam.
*Facies* Molluginis.

*quadrangulare.* PHARNACEUM ſubfruticoſum, foliis linearibus quadrifariam imbricatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Caules* ſubfruticoſi, Ericæ facie.
*Folia* aceroſa, ſubulata, minuta, quadrifariam imbricata, lævia.
*Paniculæ* terminales, conglomeratæ, parvæ.
*Flores* albi, extus virides.

*microphyllum.* PHARNACEUM tomentoſum, pedunculis umbellatis, foliis ovatis teretiuſculis obtuſis lana intertextis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*dichotomum.* PHARNACEUM pedunculis axillaribus elongatis dichotomis, foliis verticillatis linearibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*albens.* PHARNACEUM pedunculis communibus longiſſimis, foliis linearibus exſtipulatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Equ. Bäck.* ♄.
*Fruticulus* caulibus albis.
*Folia* oppoſita, patentia, oppoſitionibus remotis.
*Stipulæ* nullæ.

*incanum.* PHARNACEUM pedunculis communibus longiſſimis, foliis linearibus, ſtipulis piloſis.
Pharnaceum incanum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 246.

*ſerpyllifolium.* PHARNACEUM pedunculis unifloris, foliis ovatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.* ⊙.
*Planta* tenera, foliis & caule Herniaria glabra minor.
*Caules* ramoſi, dichotomi, filiformes, articulati, glabri.
*Folia* oppoſita, plurave, petiolata, ovata, internodiis multoties breviora.
*Pedunculi* laterales, capillares, uniflori, longitudine foliorum.

# TETRAGYNIA.

*emarginatus.* EVOLVULUS foliis reniformibus repandis.
Evolvulus foliis cordatis emarginatis, floribus ſolitariis. *Burm. ind.* 77. *t.* 30.
*Habitat* in India. ⊙. H. U.
*Caules* filiformes, repentes.
*Folia* reniformia, petiolata, lævia, repanda, margine undata.
*Petioli* ſubtus muricati.
*Flores* axillares, ſolitarii, parvi.
*Pedunculi* longitudine petiolorum.
Mihi non floruit.

PENTA-

# PENTAGYNIA.

*echinata.* COMMERSONIA.
Commerſonia echinata. *Forſt. gen. n.* 22.
Reſtiaria alba. *Rumph. amb. v.* 3. *p.* 187. *t.* 119.
*Habitat* in Taheiti. ♄.
*Arbor* foliis alternis, oblique ovatis, acuminatis, ſerratis, ſubtus canis.
*Flores* minuti, paniculati, cani.
*Fructus* ſimillimus Sparrmanniæ, tam quoad figuram, quam ſuperficiem.

*mucronata.* STATICE caule criſpo, foliis ellipticis integris, ſpicis ſecundis.
Limonium peregrinum appendicibus criſpis adauctum. *Pluk. alm.* 221.
*Habitat* in Barbaria. *S. M. Wänſtroem.* ♃.
*Folia* radicalia, elliptica, petiolata, integerrima, valde mucronata, lævia, pollicaria, atomis albis adſperſa.
*Caules* aphylli, palmares, criſpi: membranulis longitudinalibus, decurrentibus ad proximam bracteam, auguſtis, undulatis, apice mucronatis; ſuperne ramoſi.
*Rami* ſimplices, ſpicati.
*Spicæ* ſecundæ, dimidiatæ: floribus confertis, ſeſſilibus, gluma exceptis.
*Calyces* albi.
*Corollæ* rubeſcentes: laciniis emarginatis.
*Affinitas* aliqua cum S. ſinuata, imprimis caule criſpo & floribus ſecundis.

*lobata.* STATICE foliis ſinuatis, caulibus teretibus aphyllis.
*Habitat* in Africa.
*Planta* minor S. ſinuata, ſed caules ramique teretes.
*Bracteæ* ſimiles S. ſinuatæ.
*Calyces* albi.
*Corollæ* cæruleæ.

*ſinifolia.* STATICE caule fruticoſo proſtrato, floribus paniculatis ſecundis, foliis linearibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

DROSE.

*acaulis.* DROSERA flore radicali escapo solitario, foliis oblongis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Singularis flore sessili in sinu foliorum radicalium.

*cuneifolia.* DROSERA scapis radicatis, foliis cuneato-rotundatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Similis D. rotundifoliæ, sed major.
Differt foliis sessilibus, summitate rotundatis, versus basin lente attenuatis.

*barbata.* CRASSULA foliis connatis articulatis barbatis hemisphæricis imbricatis, caule subrotundo, floribus verticillatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*dichotoma.* CRASSULA foliis connatis tereti-subulatis integris remotis, caule fruticoso erecto ramoso, corymbo composito.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*argentea.* CRASSULA foliis connatis ovatis integris argenteis, caule tecto, corymbo supradecomposito.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*vestita.* CRASSULA foliis connatis deltoidibus obtusis, caule tecto, floribus terminalibus capitatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*corallina.* CRASSULA foliis connatis deltoidibus obtusis, caule tecto, floribus umbellatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
C. vestita & corallina mira structura foliorum similes Corallinis Zoophytorum.

*retroflexa.* CRASSULA foliis connatis oblongis remotis planis, caule simplici, cyma composita, pedicellis retrofractis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Variat* flore rubro & luteo.

CRAS-

*deltoidea.* CRASSULA foliis connatis deltoidibus patulis acutis, caule tecto, floribus corymbosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Figura foliorum ut in Mesembryanthemo deltoideo.

*cordata.* CRASSULA foliis petiolatis cordatis, caule foliosо, floribus terminalibus solitariis pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*montana.* CRASSULA foliis connatis ovatis acutis ciliatis, caule subnudo, floribus aggregatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*mollis.* CRASSULA foliis connatis tereti-triquetris glabris mollibus, caule simplici erecto, corymbo trichotomo suprave composito.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*crenulata.* CRASSULA foliis connatis lanceolatis punctato-crenulatis, caule folioso, corymbo decomposito.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*alpestris.* CRASSULA foliis connatis ovatis acutis quadrifariam imbricatis, capitulis pedunculatis, caule folioso.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*pyramidalis.* CRASSULA foliis connatis ovatis obtusis quadrifariam incumbentibus, capitulis sessilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Planta* pulchra, quadrangularis, foliis arcte approximatis, incumbentibus.

*spicata.* CRASSULA foliis connatis lineari-subulatis, scapo subnudo, spica verticillata: verticillis inferioribus remotioribus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*turrita.* CRASSULA foliis connatis quadrifariam imbricatis ovato-oblongis acutis ciliatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*rupestris.* CRASSULA foliis connatis ovatis integris glabris, corymbo supradecomposito.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

CRASSU-

*thyrſiflora.* CRASSULA foliis perfoliatis ovatis ciliatis patulis, corymbo compoſito attenuato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*capitella.* CRASSULA foliis connatis oblongis cartilagineo-ciliatis patulis, capitulis verticillatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*pubeſcens.* CRASSULA foliis connatis ovatis acutis villoſis, caule ramoſo, floribus corymboſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Cephalophora.* CRASSULA foliis connatis lineari-oblongis obtuſis integris, capitulis lateralibus pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*tomentoſa.* CRASSULA villoſo-ſcabra, foliis connatis lanceolatis villoſis ciliatis, caule ſubnudo terminato ſpica verticillata.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Cotyledonis.* CRASSULA foliis connatis oblongis tomentoſis ciliatis, caule ſubnudo, floribus corymboſis aggregatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*tecta.* CRASSULA foliis connatis ovatis obtuſis cinereo-lamelloſis, ſcapo nudo, capitulo terminali.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*perforata.* CRASSULA foliis oppoſito-perfoliatis ovatis, caule ſimplici, floribus pedunculato-ſubverticillatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caules* ſimpliciſſimi, teretes, rubicundi, ſeſquipedales, nudiuſculi.
*Folia* oppoſita, perfoliata, cordata ſ. ovata, acutiuſcula, margine æquali, lævia, ſuperne ſenſim minora, radicalia approximata.
*Racemus* terminalis, longus.
*Flores* glomerati, parvi, in pedunculis communibus oppoſitis, quaſi verticillis pedunculatis.

CRASSU-

*cohimnaris.* CRASSULA caule pollicari, foliis rotundis imbricatis, fascículo subrotundo terminali
Euphorbium aphyllum rotundum, squamis crassis imbricatis, coma multiplici. *Burm. afr.* 19. *t.* 9. *f.* 2.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei.
*Caulis* herbaceus, erectus, simpliciſſimus, pollicaris.
*Folia* subrotunda, obtusissima, carnosa, imbricata, horizontalia.
*Fasciculus florum* terminalis, sessilis, subrotundus.
*Corolla* monopetala, tubulosa: limbo quinquefido, lineari, patente.
*Stamina* quinque, longitudine corollæ.
*Germina* quinque, approximata.

*pinnata.* CRASSULA foliis pinnatis, caule arboreo.
*Habitat* in China. ♄.
*Frutex* rufescens, lævis: ramis alternis.
*Folia* pinnata cum impari, alterna.
*Foliola* petiolulata, cordata, integerrima, acuta, lævia, septena s. novena.
*Petioli* basi crassiusculi.
*Panicula* ex alis foliorum, foliis brevior, rubicunda.
*Flores* rubri.

*Altaica.* SIBBALDIA foliis tricuspidatis, floribus singularibus.
Sibbaldia foliorum apicibus tripartitis, calycibus quinquefidis, petalis retusis. *Pallas. Act. petrop. ann.* 1773. *p.* 526. *t.* 18. *f.* 2.
*Habitat* in alpibus Altaicis. ♃.
*Folia* linearia, tricuspidata.
*Calyces* cylindrici.
*Corollæ* purpureæ.

HEXAN-

# HEXANDRIA.

## MONOGYNIA.

*ſpecioſa.* TRADESCANTIA foliis oppoſitis connatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.*
*Caulis* bipedalis, lævis, ſub geniculis lanatus.
*Verticilli florum* plures, remoti.
*Folia* ſub verticillis oppoſita, enſiformi-lanceolata, margine parum lanata, baſi connata.
*Petala* ſex.
*exteriora* tria, lanceolata, rigidiora.
*interiora* tria, teneriora.
*Filamenta* ſex, ſuperne lanata, longitudine corollæ.
*Antheræ* erectæ.
*Germen* ſuperum, triquetrum.
*Stylus* apice barbatus, longitudine corollæ.
*Stigma* oblongum, triquetrum.

*rotundifolia.* PONTEDERIA foliis orbiculato-cordatis.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.*
*Folia radicalia* petiolata, orbiculato-cordata ſ. reniformia, obtuſa, avenia.
*Folium caulinum* unicum, ex cuius petioli vagina exit pedunculus ſemiteres, digitalis.
*Spatha* monophylla, ovata, perſiſtens, terminalis.
*Spadix* hiſpidus.
*Spica* pedunculata, ovata, floribus pedicellatis, breviſſima, fere imbricata in capitulum.
*Corolla* ſexfida, inæqualis, facie & magnitudine floſculi neutri Centaureæ Cyani.
*Stamina* ſex.
*Germen* ſuperum, triquetrum.
*Stylus* ſimplex.

*haſtata.* PONTEDERIA foliis haſtatis, floribus umbellatis.
Carim-gola. *Rheed. mal. v.* II. *p.* 91. *t.* 44.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei, inque Malabaria.
*Folium* unum alterumve ſcapum vaginans, haſtatum.
*Scapus* in medio tumidior.
*Pedunculus* e ſcapo hiante, ſubſpicatus.
*Spatha* lanceolata, infra ſpicam, viridis.

*Flores*

*Flores* ſeſſiles, alterni, remotiuſculi, ſcillæformes.
*Corolla* hexapetala.
*Stamina* ſex.
*Germen* ſubrotundum.
*Styli* tres, filiformes, breves.

*Obſervatio.*

Germen eſt ſuperum in hoc Genere.

*latifolia.* MASSONIA foliis orbiculatis glabris.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Fr. Maſſon.*
*Folia* radicalia, bina, lævia.
*Flos* aggregatus, exſcapus.
*Fructus* non baccatus, ſed capſulis membranaceis; alias Hæmanthus eſſet.

*anguſtifolia.* MASSONIA foliis lanceolato-oblongis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*echinata.* MASSONIA foliis ovatis muricatis piloſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*pubeſcens.* HÆMANTHUS foliis linguiformibus villoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*alliacea.* TULBAGIA foliis ſubfiliformibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Radix* bulboſa.
*Folia* radicalia, plurima, linearia, ſubfiliformia, ſubcarnoſa.
*Scapus* pedalis.
*Spatha* umbellifera, bivalvis.
*Flores* cernui, fuſco-purpurei.
*Corolla* monopetala, tubuloſa, baſi gibba.
*Limbus* ſexpartitus: laciniis linearibus, obtuſis, patulis, longitudine tubi.
*Nectarium* ori tubi impoſitum, ſexdentatum, obſoletius obtuſum, craſſum, longitudine limbi.
*Filamenta* nulla.
*Antheræ* ſex, ſeſſiles, ovatæ, didymæ.
*ſuperiores* tres, alternæ, ſub apice nectarii.
*inferiores* tres, in nectario, infra ſuperiores.

*Germen* ſuperum.
*Stylus* brevis.
*Stigma* ſimplex, obtuſum.
*Capſula* ovata, triangularis, obtuſa, trilocularis, trivalvis.
*Semina* plura, compreſſa, ſubtriangularia.
Folia trita ſ digitis fracta odorem alliaceum foetidum ſpirant, ut etiam T. cepacea.

*cepacea.* TULBAGIA foliis lanceolato-linearibus.
Tulbagia capenſis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 262. *Mant. plant. p.* 223. *Jacqu. hort. v.* 2. *p.* 52. *t.* 115.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ℏ.
*Radix* faſciculata.
*Folia* radicalia, duo ad quatnor, lanceolata, linearia, ſubcarnoſa.
*Scapus* ſpithamæus.
*Spatha* umbellifera, bivalvis.
*Flores* erecti, purpuraſcentes.
*Corolla* monopetala, tubuloſa, baſi gibba.
*Limbus* ſexpartitus: laciniis lanceolatis, obtuſis, patulis, longitudine tubi.
*Antheræ* ſeſſiles, infra os tubi: tres ſuperiores alternæ.
Differt a T. alliacea nectario triphyllo, ſtatura minore.

*tenellum.* CRINUM ſpatha multiflora, corollis æqualibus, foliis filiformibus.
Siſyrinchium minus polyanthemum, flore parvo luteo, radiis aurantiis. *Pluk. alm.* 347. *t.* 225. *f.* 2.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.* ℏ.
*Planta* minor Ornithogalo minori.
*Radix* bulboſa.
*Folia* radicalia, lineari-filiformia, digitalia.
*Scapus* filiformis, teres, digitalis.
*Umbella* pedicellis tribus ſ. quatuor, æqualibus, filiformibus, pollicaribus, patulo-erectis.
*Spatha* linearis, membranacea.
*Flores* magnitudine Arenariæ trinerviæ.
*Corolla* patentiuſcula: petalis lanceolatis, æqualibus.
*Stamina* ſex, erectiuſcula, corolla paulo breviora.
*Germen* tricoccum.
*Stylus* ſimplex.
*Scapus* ſæpe ſpiralis ut in Antherico ſpirali.

*obliquum.* CRINUM foliis lanceolatis obliquis, laciniis corollæ alternis extus glandulosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Flos* purpureus.
Singularis foliis longis obliquis.

*speciosum.* CRINUM foliis ensiformibus, corollis campanulatis: tribus laciniis alternis calloso-unguiculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Flores* sanguineo-purpurei, magni, umbellati.

*lineare.* CRINUM foliis linearibns, corollis campanulatis: laciniis duabus angustioribus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Flores* magni, albi.

*angustifolium.* CRINUM foliis linearibus obtusis, corollis cylindricis: laciniis alternis interglandulosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Flores* angustiores, purpurei: tubo curvato.

*distícha.* AMARYLLIS spatha multiflora, corollis æqualibus campanulatis, foliis distichis incumbenti-patentibus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Umbella* ut in Hæmantho.
*Flores* incarnati.

*ciliaris.* AMARYLLIS spatha multiflora, corolla sexpartita reflexa, foliis ciliatis.
Amaryllis ciliaris. *Spec. plant. ed. 2. p.* 422.
Amaryllis guttata. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 265.
Hæmanthus ciliaris. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 261.
*Habitat* in Cap. bonæ spei.
*Variat* figura foliorum, latitudine & longitudine, etiam ciliarum colore.
Nullus vidit Hæmanthum ciliarem verum, sed fictum ex Herbario Oldenlandi, ubi flos Hæmanthi adglutinatus fuit folio A. ciliaris.

*Tataricum.* ALLIUM caule planifolio umbellifero, foliis semicylindricis, ſtaminibus ſimplicibus, umbella plana.
*Habitat* in Sibiria. ♃. H. U.
*Caulis* teres, lævis, ſemipedalis, verſus baſin folioſus.
*Folia* ſemicylindrica, canaliculata, lævia, vix caule breviora.
*Spatha* bivalvis, ſubrotunda, marceſcens.
*Umbella* plana, faſtigiata.
*Corolla* plana, alba: petalis lanceolatis, ſubcarinatis.
*Filamenta* baſi coalita, petalis breviora.
*Antheræ* fuſcæ.
*Stylus* ſimplex, albus, longitudine ſtaminum.
*Capſula* ſubrotunda, obtuſa, lateraliter triloba.

*biflora.* TULIPA floribus erectis planiuſculis, caule diphyllo bi-ſ. trifloro, foliis lineari-ſubulatis.
Tulipa biflora. *Pall it. v.* 3. *p.* 727. *t. D. f.* 3.
*Habitat* ad Wolgam locis deſertis, maxime argilloſis, imo ſalſuginoſis, cum Tulipa ſylveſtri, frequens. *Pallas.*
*Planta* magnitudine Ornithogali lutei.
*Caulis* palmaris, glaberrimus.
*Folia* bina, alterna, linearia, utrinque attenuata, recurva, canaliculata: inferius caulem vaginans.
*Pedunculi* foliis breviores, bini ſ. terni, quaſi in umbella.
*Flores* Ornithogali lutei aliquoties maiores, patentes.
*Petala tria exteriora* lanceolata, dilute cyanea ſ. vireſcentia.
*interiora* alba, baſi macula magna, fulva.
*Filamenta* baſi barbata.
*Bulbus* quotannis poſt defloreſcentiam perpendiculariter demittit bulbillum, qui ſuccedit poſt floreſcentiam exſucco.

*ſpiralis.* ALBUCA floribus nutantibus, foliis ſpiralibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* uniflorus & biflorus.

*viſcoſa.* ALBUCA floribus erectis, foliis linearibus villoſo-viſcoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*plicata.* HYPOXIS ſcapo unifloro triquetro, foliis lanceolatis plicatis villoſis.
*Habitat* in Capitis bonæ ſpei collibus arenoſis. *Thunberg.* ℥.
*Bulbus* globoſus.
*Folia* enſiformia, plicata, ſubciliata, baſi carina & margine denticulata.
*Scapi* aphylli, absque bracteis.
*Spatha* abſcondita.
*Corolla* flava, extus vireſcens.
*Antheræ* baſi bifidæ.

*ſtellata.* HYPOXIS ſcapo unifloro, foliis linearibus ſtriatis, petalis maculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Liliacea* pulchella.

*minuta.* HYPOXIS foliis triquetris carnoſis glabris, ſcapis bifidis.
Helonias minuta. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 288.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

*aquatica.* HYPOXIS foliis linearibus, ſcapis umbelliferis ſ. unifloris.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei in foſſis aqua repletis.
*Folia* radicalia, linearia, laxa, apice nutantia.
*Scapi* filiformes, altitudine aquæ.
*Flores* in aliis ſolitarii, hermaphroditi; in aliis umbellati, mares.
Hanc ego non vidi, miror itaque unde deſcriptio facta fuit, cum nondum in Herbario eam reperire potui.

*ſerrata.* HYPOXIS foliis canaliculatis glabris ciliato-ſerratis, ſcapis unifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ovata.* HYPOXIS foliis ovato-lanceolatis integris glabris, ſcapis unifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Flos* pulchellus, albus.

*villoſa.* HYPOXIS foliis lineari-enſiformibus villoſis, ſtigmate ſimplici trigono acuto.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Variat* magnitudine.

*alba.* HYPOXIS foliis teretibus glabris, ſcapis ſubbifidis, petalis immaculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Planta* parvula.

*Obſervatio.*

Hypoxides Capenſes diſtinguit genere Fabriciæ D. D. Thunberg.

*villoſa.* GETHYLLIS foliis filiformibus ſpiralibus villoſis, limbi laciniis ovato-oblongis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ciliaris.* GETHYLLIS foliis linearibus ſpiralibus ciliatis, limbi laciniis ovato-oblongis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſpiralis.* GETHYLLIS foliis linearibus ſpiralibus glabris, limbi laciniis oblongis.
Gethyllis afra. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 367.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

*lanceolata.* GETHYLLIS foliis lanceolatis planis, limbi laciniis lanceolatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Obſervatio.*

Faciem Colchici habent Gethyllides omnes, ſed corolla monopetala & bacca bene dignoſcuntur.
Flores fructum proferunt absque foliis.
Bacca gratiſſimi odoris & bene ſapit.
Gethyllides omnes deſcripſit nomine Papiriæ D. Thunberg in Actis Lundenſibus, ubi etiam figuræ extant.

*crenulatum.* ORNITHOGALUM foliis oblongis obtuſis ciliatis, floribus racemoſis erectis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

ORNI-

*rupeſtre.* ORNITHOGALUM foliis filiformibus carnoſis, ſcapo paucifloro.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ciliatum.* ORNITHOGALUM foliis ovatis acutis ciliatis, floribus racemoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*altiſſimum.* ORNITHOGALUM foliis oblongis obtuſis glabris, racemo quadripedali.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*piloſum.* ORNITHOGALUM foliis lineari-enſiformibus ciliatis, floribus racemoſis, pedunculis incurvis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*bulbiferum.* ORNITHOGALUM bulbis axillaribus, caule polyphyllo unifloro.
Ornithogalum bulbiferum. *Pall. it. v. 2. p. 736. t. Q.*
*Habitat* in aridis limoſis ad Wolgam & Iaicum. *Pallas. 4.*
Diſtinctiſſima planta caule ſimplici unifloro, foliis alternis filiformibus, bulbulo in axillis omnibus, floribus O. minimi luteis: petalis ſubulatis.

*circinatum.* ORNITHOGALUM hirſutie caneſcens, foliis linearibus recurvatis canaliculatis: radicali ſolitario; caulinis tribus, caule tri-ſ. quadrifloro.
Ornithogalum reticulatum. *Pall. it. v. 3. p. 727. t. D. f. 2.*
*Habitat* in ſiccis verſus Aſtracaniam. *Pallas.*
Simillimum O. minimo, at diſtinctiſſimum.
*Vagina* laxa, fibroſa, reticulata, ferruginea, folium & ſcapum quaſi cucullo circumdans.
*Folium radicale* unicum, gracile, recurvatum, lineare, canaliculatum, ſcapo & cyma longius.
*Folia caulina* tria ſ. quatuor, tot ac flores quibus adſident, figura radicalis.
*Cyma* diviſione & numero florum ut in O. minimo.
*Flores* majores & ſpecioſiores quam in O. luteo.

*Petala exteriora* valde ſubulata.
Tota planta, flore excepto, hirſutie minima caneſcente tecta.
Cl. Pallas deſcripſit nomine O. reticulati, at miſit nomine O. circinati, alias non mutaſſem. Perinde quale ſit nomen, modo omnibus retineatur, ne iterum confuſio ſcientiam lædat.

*latifolium.* ORNITHOGALUM racemo longiſſimo, foliis lanceolato-enſiformibus.
Ornithogalum latifolium. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 271.
*Folia* radicalia, pedalia, pollicis transverſi latitudine.
*Scapus* ſeſquipedalis, teres, viridis.
*Racemus* longiſſimus.
*Pedunculi* pollicis transverſi longitudine, ſeu bracteis vix longiores.
*Flos* utrinque albiſſimus.
*Petala* lanceolata, patentia.
*Filamenta* erecta, lanceolata, petalis dimidio breviora, alba.
*Antheræ* flavæ.
*Germen* vireſcens.
*Stylus* ſimplex, albus.
*Stigma* ſimplex.

*tetraphylla.* SCILLA acaulis, floribus faſciculatis, foliis quaternis ovato-lanceolatis.
*Habitat* in Africa. *D. D. Fabricius, Prof. Havn.*
*Radix* bulboſa.
*Folia* quatuor, radicalia, patentia, cruciata, cordato-lanceolata, ſeſſilia, nervoſa, lævia.
*Scapus* nullus.
*Flores* foliis dimidio breviores: pedunculis filiformi-ſetaceis, unifloris, copioſiſſimis.
*Petala* lanceolata, margine membranacea.
*Filamenta* ſex, ſetacea, petalis breviora.
*Antheræ* oblongæ.
*Germen* ſubrotundum, ſexangulare, obtuſum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* obtuſum.

*Hyacinthoides.* SCILLA racemo longiſſimo, floribus ſubverticillatis, pedunculis patentibus.
Scilla Hyacinthoides. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 272. *Gouan. bot.* 26.
Ornithogalum eriophorum orientale. *Tourn. inſt. p.* 381.
Bulbus eriophorus orientalis. *Bauh. pin. p.* 47.
Bulbus eriophorus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 172.
*Habitat* . . *Ex Byzantio miſſa.*
*Bulbi* valde multiplicandi.
*Scapus* tripedalis, a medio ad apicem florens, cæruleſcens.
*Pedicelli* cærulei, pedicellis tribus ſ. quatuor proximis ſubverticillatis.
*Stipulæ* minimæ, a pedicello parum remotæ.
*Corollæ* minimæ, violaceo-cæruleſcentes.
*Germen* album.
Niſi ſæpius bulbilli avellantur, vix florebit. *Gouan.*

*lutea.* CYANELLA foliis enſiformibus, ramis erectis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Convenit* cum C. Capenſi:
*Filamentis* baſi in urceolum natis.
*Anthera* una majori.
*Stigmate* ſimplici.
*Differt* ab illa:
*Foliis* radicalibus lanceolatis, nec linearibus.
*Pedunculis* minus divaricatis.
*Petalis* maioribus, luteis.

*Capenſis.* CYANELLA foliis undulatis, ramis patentiſſimis.
Cyanella capenſis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 272.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*alba.* CYANELLA foliis lineari-filiformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*flexifolium.* ANTHERICUM foliis ſubulatis glabris flexuoſis, caule ramoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*muricatum.* ANTHERICUM foliis carnoſis compreſſis muricatis ſtriatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Folia* longa, ſcaberrima.
*Scapus* bipedalis, baſi hirſutus, poſtea ramoſus.

*latifolium.* ANTHERICUM foliis carnoſis lato-enſiformibus glabris, racemo longiſſimo, caule ſimplici.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*caudafelis.* ANTHERICUM foliis canaliculato-enſiformibus, ſcapo ſimplici, racemo oblongo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*triquetrum.* ANTHERICUM foliis filiformibus triquetris ſcapo ſimplici brevioribus, racemo ovato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ciliatum.* ANTHERICUM foliis enſiformibus carnoſo-ſubtriquetris ciliatis, ſcapo ſimplici, racemo longiſſimo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Folia* longiſſima, carnoſa.

*falcatum.* ANTHERICUM foliis carnoſis enſiformibus falcatis glabris, caule ramoſo racemoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Folia* depreſſa, terræ incumbentia & latere falcata.

*contortum.* ANTHERICUM foliis planis enſiformibus, caule ramoſo, floribus remotiſſimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Corolla* contorta.

*ſcabrum.* ANTHERICUM foliis triquetris ſerrulatis, caule ramoſo ſcabro, pedunculis fructiferis recurvis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſquameum.* ANTHERICUM ſcapo ſquamis membranaceis tumidis imbricato.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Radix* tuberoſa: tuberibus oblongis, tomentoſis, pluribus, filo pendulis.

*Folia*

*Folia* tria, radicalia, graminea, palmaria, in quibusdam transverſe plicata.
*Scapus* pollicaris, brevis, baſi undique cinctus paleis membranaceis, diaphanis, amplexicaulibus, ſublanceolatis, laxis.
*Racemus* terminalis, e paleis ſcarioſis, hyalinis, acutiſſimis.
*Pedunculi* inter ſingulas paleas ſolitarii, pubeſcentes, filiformes, longitudine palearum, uniflori.
*Corolla* infundibuliformis, extus ſubpubeſcens, ſexpartita.
*Tubus* cylindricus.
*Limbus* acutus, carinatus, longitudine pedunculi: carina rudi.
*Stamina* ſex, limbo dimidio breviora.
*Stigma* ſimplex.
*Capſulæ* globoſæ, cernuæ.
Media planta inter Hyacinthos, Ornithogala & Antherica.
Radix tuberoſa, ideo non Hyacinthus, Ornithogalum ſive Scilla.
*Variat* foliis hirſutis & glabris.

*horridus.* ASPARAGUS aphyllus, fruticoſus, pentagonus, aculeis tetragonis compreſſis ſtriatis.
Aſparagus hiſpanicus, aculeis craſſioribus horridus. *Tourn. inſt. p.* 300.
*Habitat* in Hiſpania. *D. Jacquin.* ♄.
*Caules* lignoſi, pentagoni, aphylli.
*Aculei* alterni, ſolitarii, remoti, lignoſi, robuſti, interſtitiis longiores ſ. longitudine digiti, tetragoni, compreſſi, ſtriati.
*Folia* vix ulla.

*undulata.* DRACÆNA herbacea, cauleſcens, erecta, foliis ovatis acutis multinerviis, floribus axillaribus pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Medeoloides.* DRACÆNA herbacea, volubilis, foliis ovatis nervoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*erecta.* DRACÆNA herbacea, cauleſcens, erecta, foliis lanceolatis ſubulatis ſeſſilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſtriata.* DRACÆNA fruteſcens, cauleſcens, erecta, foliis lanceolatis oblique falcatis ſtriatis, caule flexuoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*volubilis.* DRACÆNA herbacea, volubilis, foliis lanceolatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Japonica.* CONVALLARIA ſcapo nudo ancipiti, floribus racemoſis ſecundis, foliis linearibus ſcapo triplo longioribus.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.*

*Convallarioides.* HYACINTHUS corollis pendulis ovatis, ſcapo capillari.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Flores* absque foliis, lutei.

*revolutus.* HYACINTHUS corollis ſexpartitis campanulatis revolutis, foliis oblongis undulatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*tenax.* PHORMIUM foliis plurimis, infloreſcentia ramoſa.
Phormium tenax. *Forſt. gen. n.* 24. *Cook. it. v.* 2. *p.* 96. *t.* 96. figura bona. *Mill. faſc.* 1. figura optima.
*Habitat* in Terra auſtraliſſima Nova Zeelandia.
Incolæ Novæ Zeelandiæ ex hac planta Lini ſpeciem fabricant, ex qua mulieres ſtoreas pro variis veſtimentis plectunt, in quem uſum plures ſpecies Liliacearum adhiberi poſſent.

*Hyacinthoides.* PHORMIUM foliis radicalibus binis baſi maculatis, ſcapo racemoſo ſimplici, corollis campanulato-patentibus.
Hyacinthus Orchioides. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 277.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. H. U.
*Folia* radicalia, bina, lanceolata, ſubtus verſus baſin ferrugineo-maculata.
*Scapus* baſi ferrugineo-maculatus.

*Racemus*

*Racemus* terminalis, ſimplex, brevis.
*Corolla* viridis, campanulata.
*Petala exteriora* tria, interioribus breviora, ovata.
*interiora* tria, longiora, apice patentia, ſpathulato-ovata.
*Stamina* patentia, recurva, alba, apice violacea.
Si Phormii generis Character conſervetur, debet hæc ſpecies illius generis eſſe.

*Aloides.* PHORMIUM foliis binis radicalibus ſupra fuſco-maculatis, ſcapo racemoſo ſimplici, floribus nutantibus cylindrico-infundibuliformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♃. H. U.
*Radix* bulboſa.
*Folia* bina, radicalia, lanceolata, Lilii candidi, tenuia, non carnoſa, pagina ſuperiore fuſco-maculata ut in Orchide annua.
*Scapus* teres, nudus, Hyacinthi orientalis, vix pedalis, fuſco-maculatus.
*Flores* cylindrici, verſus ſummitatem, alterni, pedicellati, nutantes.
*Corolla* hexapetala.
*Petala* lanceolata, inæqualia.
*exteriora* tria, interioribus adnata.
*interiora* tria, exterioribus duplo longiora, baſi invicem minime cohærentia.
*Filamenta* declinata, receptaculo inſerta.
*Antheræ* ſanguineæ.
*Piſtillum* ſitu ſtaminum.
*Stigma* album.
*Caulis* fere comoſus eſt, pluribus bracteis ſubulatis, enatis ſub florum ſupremis rudimentis.
*Variat* corollis luteis, corollis croceis, corollis ſanguineis apice purpureis, corollis albo-vireſcentibus, & variat proportione inter petala exteriora & interiora.
Species difficile determinatur.

*ſpicata.* ALOE floribus ſpicatis horizontalibus campanulatis, foliis caulinis planis amplexicaulibus dentatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima A. perfoliatæ, at ſpica & figura florum valde diverſa.
Ex hujus ſucco optima Gummi-reſina Aloes paratur, ex reliquis ſpeciebus vilior.

ALOE

*linguæformis.* ALOE floribus racemosis erectis, corollis cylindricis, foliis linguæformibus districho-patulis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Arbor* orgyalis.

*dichotoma.* ALOE ramosa, ramis dichotomis, foliis ensiformibus serratis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*pulchella.* ALSTRÖMERIA caule erecto, corollis reflexo-patentibus omnibus acutis, foliis sessilibus, pedicellis involucro brevioribus.
*Habitat* in America meridionali.
*Planta* habitu & structura simillima A. pelegrinæ, nisi folia angustiora & caulis huius terminatur involucro irregulari, ex foliis maioribus, exacte petiolatis, resupinatis.
*Pedunculi* nudi, simplicissimi, uniflori.
*Flores* quatuor s. sex, subcernui, magnitudine A. pelegrinæ, irregulares.
*Petala* a basi patentia, recurvata, acuta, alterna minora, albida, apice rubra, basi striata, sive rubropunctata.
*Stamina* declinata, lutea, æqualia.
*Pistillum* rubrum, adscendens.
*Stigma* trifidum.
Hanc feci descriptionem secundum figuram coloribus delineatam, quam mihi communicavit Generosissimus scientiæ huius Patronus, L. B. Claudius Alströmer, qui etiam reliquas Alströmeriæ species eodemmodo pictas mihi tradidit, quas Lectori hic accuratius describere ingratum spero non fore.

*Salsilla.* ALSTROMERIA caule volubili, foliis petiolatis lanceolatis acuminatis, umbella ramosa, pedunculis involucro longioribus bracteatis laxis.
Alströmeria Salsilla. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 279.
Salsilla. *Feuill. per. p.* 712. *t.* 6.
Hanc non vidi, sed figuram Feuillei & Alströmeri illuminatam secutus in differentia formanda.
*Caulis* volubilis.
*Folia* petiolata, nervosa, acuminata, resupinata.

*Petioli*

*Petioli* nudi.
*Involucrum* polyphyllum, ſubulatum, reflexum.
*Pedunculi* pauciores, elongati, apice ſubbiflori.
*Folium florale* ad ramificationes pedunculorum.
*Petala* erecto-patentia, obtuſiuſcula: exteriora rubicunda; interiora vireſcentia.

*Ligtu.* ALSTROMERIA caule erecto, foliis ſpathulato-oblongis, pedunculis umbellæ involucro longioribus, corolla bilabiata.
Alſtrömeria Ligtu. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 279.
Hemerocallis vulgo Ligtu. *Feuill. per. p.* 710. *t.* 4.
*Caules ſteriles* veſtiti foliis ſubulatis, appreſſis, terminati foliis ſpathulatis, oblongis, reſupinatis, in roſam fere poſitis.
*Caulis floriferus* veſtitus foliis ſubulatis, appreſſis, terminatus involucro breviori.
*Pedunculi* pauciores, ſimpliciſſimi, nudi, involucro longiores.
*Corolla* hexapetala, bilabiata.
*Petala tria ſuperiora* maiora, alba, baſi punctata, apice rubro-maculata.
*Petala tria inferiora* breviora, imprimis infima, fere ſubulata, rubra.
*Filamenta* petalis inferioribus longiora, deflexa, ſcabra.
*Antheræ* didymæ, luteæ.
*Piſtillum* rubrum.
Spectabilis floribus magnis.

*multiflora.* ALSTRÖMERIA caule volubili, foliis petiolatis lanceolatis acuminatis, umbella ſimplici, pedunculis bracteis brevioribus, petalis alternis truncatis.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
Habitus & ſtructura herbæ eſt A. Salſillæ, at petioli margine rugoſi, nec umbella pedunculata ut in A. Salſilla; involucrum multiflorum conſtat foliolis latioribus; pedunculi involucro & flore breviores, ſimpliciſſimi, nudi.
*Flores* magnitudine A. Salſillæ.

*Petala*

*Petala tria exteriora* breviora, anguſtiora, integra.
*interiora* truncata ſ. emarginata cum acumine.
Colorem huius ignoro, nam ſiccam miſit Cl. Mutis.
A reliquis diſtinctiſſima eſt.

*Obſervatio.*

Folia Alſtrömeriarum ſunt reſupinata, & corollæ petalis alternis minoribus.

*Tenageia.* IUNCUS annuus, culmo ramoſo paniculato, floribus ſolitariis ſeſſilibus, petalis ovato-oblongis, capſula ſubgloboſa.
Tenageia. *Ehrh. phytoph. n.* 63.
*Habitat* in Germania. *Ehrhart.* ⊙.

*ſerratus.* IUNCUS foliis enſiformibus planis ſerratis ſubtus canis, paniculæ vaginis ſubulatis perfoliatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Culmi* folioſi, teretes, craſſitie digiti minoris, longitudine quadri-ſ. ſexpedales.
*Folia* alterna, graminea, duriora, lævia, ſubnervoſa, ſerrata, longitudine vix culmi.
*Panicula* conglomerata, minusque patula: floribus ſparſe conglomeratis.
*Affinitas* I. piloſi, ſed I. acuto longe major.

*punctorius.* IUNCUS culmo nudo tereti, folio tereti articulato mucronato, panicula glomerata.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Culmus* bipedalis & ultra, teres, lævis.
*Folia radicalia* nulla, ſed membranæ duæ, rudimenta foliorum.
*Folium caulinum* unicum, culmo ſimile, ſed paulo longius, ſtrictum, mucronatum, pungens, intus articulatum.
*Panicula* terminalis, arcte conglomerata, in aliquot glomeres e gluma exortos.
*Affinitas* I. articulati, ſed omnia robuſtiora, ut reliqua taceam.

IUNCUS

*grandiflorus.* IUNCUS folio tereti, culmo unifloro, flore erecto singulari nudo.
*Habitat* in Tierra del Fuego. *Equ. Bäck.* ♃.
*Gramen* vix pedale, glaberrimum.
*Culmus* teres, basi vaginis tectus.
*Folium* unicum, teres, subulatum, rectum, culmo longius.
*Flos* culmum terminans, unicus, magnus, erectus.
*Valvulæ calycinæ* erectæ, acutæ, alternæ breviores, pollicares.
*Stamina* & *Pistilla* valvulis calycinis breviora.

*Mnemateia.* EHRHARTA.
Ehrharta capensis. *Thunb. Act. holm. ann.* 1779. *p.* 216. *t.* 8.
*Habitat* in Africa. *D. D. Thunberg.* ♃.
*Gramen* omnium pulcherrimum, glabrum.
*Radix* fibrosa.
*Culmus* erectus, indivisus, articulatus, sesqui-ad bipedalis.
*Articuli* circiter quinque.
*Folia* vaginantia, ensiformia, marginata, crispa.
*inferiora* palmaria.
*superiora* multo breviora.
*Discus* glaber.
*Margo* cartilagineo-crenulatus, scaber.
*Panicula* simplex, oblonga, quindecim-s. vigintiflora.
*Pedunculi* capillares, laxi, flexuosi, terni, gemini, aut solitarii, simplices, interdum ramosiusculi, apice incrassati.
*Flores* cernui.
*Gluma calycina* basi colorata.
*corollina exterior* violacea.
*interior* pallescens.
*Fasciculi villorum* albissimi, splendidi.
*Nectarium* & *Filamenta* alba.
*Antheræ* luteæ.

*Eriopila.* DUROIA.
Anonyma. *Merian. surin. t.* 43. ?
Marmolade doosees boom. *Surinam.*
*Habitat* in Surinamo. *Dalberg.* ♄.
*Arbor* ramis crassis, inæqualibus, apice hirsutis.

*Folia* terminalia, oppoſita, approximata, plura, ſubpetiolata, ſpithamæa, obovata, integerrima, obtuſiuſcula, coſtata, ſupra pubeſcentia, ſubtus reticulata.
*Petioli* breviſſimi, hirſuti.
*Flores* terminales ramorum, ſeſſiles, congeſti, plures, multi abortientes.
*Corollæ* ſimiles Nyctanthis Sambac, albæ.
*Fructus* magnitudine ovi Gallopavonis paulo maior, ſphæricus, denſiſſime piloſus: pilis erectis, brunneis; calyce excavato umbilicatus.
Fructus bene ſapidus, & pro menſis Surinamenſium gratus.

*diſſecta.* ACHRAS floribus ſolitariis, foliis cuneiformibus emarginato-retuſis.
*Habitat* in Inſula Tonga Tabu. *Bäck.* ♄.
*Habitus* ſimilis congeneribus.
*Ramuli* craſſi, teretes & tuberculati, cicatricibus pedunculorum petiolorumque, apice foliiferi & floriferi.
*Folia* ſparſa, approximata, petiolata, glaberrima, integerrima, ſubtus rachide coſtata, erecta.
*Pedunculi* ex omnibus foliorum axillis, ſolitarii, dependentes, uniflori.

*Ilicifolia.* BERBERIS foliis obovatis ſerrato-ſpinoſis, pedicellis elongatis cymoſis, ſpinis digitato-ſpinoſis.
*Habitat* in Tierra del Fuego. *Sparrmann.* ♄.
*Folia* ut in Ilice rigida, obovata, breviſſime petiolata, baſi integerrima, verſus medium ſerraturis utrinque duabus ſ. tribus ſpina terminatis uti apex folii, glaberrima, ſubtus glauciora.
*Stipulæ* palmatæ.
*Racemi* terminales, breviſſimi, at pedicelli valde elongati.
Specimen ſiccatum male conſervatum in cauſa eſt, ſi differentia, & deſcriptio inde formata, falſa erit.
Lignum Incolis in Tierra del Fuego ob magnam elaſticitatem ad arcus in uſu eſt.

LORAN-

*tetrapetalus.* LORANTHUS floribus ad articulos quatuor verticillatis tetrapetalis, foliis oblongis oppositis subsessilibus.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.* ♄.
*Folia* opposita, subpetiolata, oblonga, integerrima.
*Flos* utrinque ad latera foliorum unus, eoque ad singulum articulum quatuor, & sic per totum caulem.

*falcatus.* LORANTHUS racemis pauciflоris axillaribus, foliis linearibus obtusis lateraliter falcatis glaucis.
*Habitat* in Madrass, arboribus parasitica. *König.* ♄.
*Folia* margine deorsum vergente falcata, integerrima, avenia, cana.
*Racemi* axillares, pauciflori.
*Flores* falcati, fulvi.

# DIGYNIA.

*repens.* FALKIA.
*Habitat* in Cap. bonæ spei inundatis. *Thunberg.*
Herba & structura floris omnino Convolvuli, sed semina nimis differunt, ut cum Convolvulis combinari queat.

*procera.* GAHNIA.
Gahnia procera. *Forst. gen. n.* 26. *Forst. Act. upsal. v.* 3. *p.* 178.
*Habitat* in Novæ Zeelandiæ collibus. *Sparrmann & Forster.*
*Gramen* semiorgyale & ultra.
Schœnis africanis simillima, & forte jure illius generis.

# TRIGYNIA.

*bipinnatus.* RUMEX floribus dioicis, foliis bipinnatis.
*Habitat* in Marocco. ♃.
*Caules* spithamæi, adscendentes, læves.
*Folia* cordata, bipinnatifida: laciniis fere ad costam distinctis, singulis pinnatis s. dichotomis.
*Stipulæ* membranaceæ, diaphanæ, albæ.
*Racemus* terminalis, compositus: racemulis simplicibus.
*Calyx* obtusus.

*luxurians.* RUMEX floribus dioicis, foliis cordato-haſtatis, caulibus angulatis diffuſis, valvulis exterioribus ſubulatis: interioribus orbiculatis.
Rumex luxurians. *Syſt veg. ed.* 13. *p.* 286.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♃. H. U.
*Caulis* ramoſiſſimus, pedalis, angulatus, lævis, diffuſus.
*Folia* alterna, petiolata, cordata, haſtata, acuminata.
*Bracteæ* intrafoliaceæ, ferrugineæ.
*Panicula* maxima, terminalis, divaricata, decompoſita e racemis alternis.
*Pedicelli* capillacei, longitudine fructus.
*Fructus* valvulis exterioribus ſubulatis, brevioribus; interioribus orbiculatis, lævibus.

*Ariſolius.* RUMEX caule lævi ſuffruteſcente, foliis cordato-haſtatis ſerrulatis acutis, valvulis nudis integerrimis.
Rumex abyſſinicus. *Jacqu. hort. v.* 3. *p.* 48. *t.* 93.
*Habitat* in Abyſſinia. ♃. ♄. H. U.
*Caules* teretes, fiſtuloſi, glaberrimi, glauci, parum ramoſi.
*Folia* longe petiolata, triangularia, baſi cordata & ſubhaſtata, ſerrulata, acuta, ſeptemnervia, venoſa, glaberrima, ſapore Rumicum.
*Stipulæ* vaginaceæ, lanceolatæ, glabræ, oppoſitifoliæ, membranaceæ.
*Paniculæ* terminales.
*Semina* valvulis cordatis glaberrimis nudis integerrimis, calyce reflexo.
In libera terra cultus ſuborgyalis evadit, foliis magnitudine R. alpini, in olla vero coarctatus & fruticoſus.

*Nemolapathum.* RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis linearibus obtuſis integerrimis graniferis, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis inferioribus cordato-lanceolatis, ſuperioribus lanceolatis.
Nemolapathum. *Ehrh. phytophyl.*
*Habitat* in Germania. *Ehrhart.* ♃.

MELAN-

*viride.* MELANTHIUM pedunculis unifloris cernuis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.*
*Caulis* ſemipedalis, folioſus, ſubpubeſcens.
*Folia* alterna, ſeſſilia, lanceolata, palmaria, erecta.
*Pedunculi* alterni, lateriflori, filiformes, uniflori, longitudine foliorum.
*Flores* cernui.
*Petala* ſex, anguſto-lanceolata, patentia, purpuraſcentia, baſi anguſtiore ex margine connivente flavo.
*Stamina* brevia.
*Styli* tres.

*ciliatum.* MELANTHIUM petalis unguiculatis, foliis baſi cucullatis enſiformibus cartilagineo-ciliatis, floribus ſpicatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Folia* caule breviora.
*Petala* alba, lanceolata.

*triquetrum.* MELANTHIUM foliis triquetris glabris caule longioribus, floribus ſpicatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*monopetalum.* MELANTHIUM corolla monopetala, foliis cucullatis lanceolatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei in collibus ſabuloſis. *Sparrmann.* ♃.
*Radix* globoſa, glabra.
*Caulis* nullus ſ. digitalis ſ. palmaris, teres, ſimplex, vaginatus, ſtriatus.
*Folia* tria, alterna, vaginantia ſ. baſi cucullata, lanceolato-ſubulata, canaliculata, longiora, diſticha, lævia, recurva.
*Spica* pollicaris, flexuoſa.
*Flores* alterni, remotiuſculi, albidi: dentibus margine atris.
*Variat* corollis albis & purpureis, margine nigro & purpureo, tubo breviore & longiore.
Similis M. capenſi, ut vix extent differentiæ ſpecificæ.
Corolla monopetala non ſufficit ad Genus ſeparandum, cum variet proportio tubi in hac ut in M. Sibirico, & quod acu facile finditur in lacinias.

# HEPTANDRIA.

## MONOGYNIA.

*proſtrata.* DISTANDRA.
Diſandra proſtrata. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 290.
Sibthorpia peregrina. *Spec. plant. ed.* 2. *p.* 880.
*Habitat* in Oriente. ♃. H. U.
*Antheræ* numero valde variabiles.

## DIGYNIA.

*Africanum.* LIMEUM foliis oblongis petiolatis.
Limeum africanum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 291.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

*aphyllum.* LIMEUM foliis ovatis ſeſſilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Videtur eſſe aphylla.

## TETRAGYNIA.

*monoſtachyon.* APONOGETON ſpica ſimplici, foliis cordato-ovalibus.
Saururus natans. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 291.
Parva-Kelanga. *Rheed. mal. v.* 11. *p.* 31. *t.* 15.
*Habitat* in Indiæ orientalis paludoſis inundatis frequens inter Oryzam. *König.*
*Radix* bulboſa.
*Folia* longiſſima, petiolata, radicalia, cordata, ovalia, integerrima, lævia, natantia, fere Potamogetonis natantis.
*Scapi* flaccidi, obſolete trigoni.
*Spica* ſimplex, ſexangularis, ſpatha caduca tecta.
*Bracteæ* Corollæ loco duæ infra ſingulos floſculos, parvæ, clavatæ, obtuſiuſculæ, carnoſæ, perſiſtentes.
*Stamina* ſex, ſubulata, bracteis longiora.
*Germina* tria ſ. quatuor, oblonga, acuta.
*Stylus* germinibus vix brevior.
*Stigma* obtuſiuſculum.

*diſtachyon.* APONOGETON ſpica bipartibili, foliis ellipticolanceolatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei in rivulis. *D. D. Thunberg.* ♃.
*Radix* bulboſa.
*Folia* longiſſime petiolata, radicalia, lanceolato-ovata, integerrima, lævia, natantia, Potamogetonis natantis.
*Spica* bipartibilis, introrſum imbricata.
*Flores* albi, alterni, erecti, bractea ovata excepti.
*Stamina* multum variant a ſex ad duodecim.
*Piſtilla* tria ſ. quatuor.
Flores odore fragrantiſſimo.
Bulbi aſſati eduntur.

# OCTANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Zeylanica.* OSBECKIA foliis petiolatis, pedunculis axillaribus unifloris nudis.
*Habitat* in Zeylona. *König.*
Facie ſimillima O. chinenſi.

*Chinenſis.* OSBECKIA foliis ſeſſilibus, pedunculis axillaribus trifloris bracteatis.
Osbeckia chinenſis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 295.

*Iuſſioides.* RHEXIA foliis alternis coſtatis margine ſcabris.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Frutex* pubeſcens uti pedunculi & fructus, quadripedalis.
*Folia* alterna, ſubſeſſilia, confertiuſcula, lanceolata, vix digitalia, magis ſecunda, margine ſcabra ex minutiſſimis ſerraturis, coſtata: nervis ſubtus prominulis.
*Flores* axillares, ſolitarii, pedunculati, vix foliorum longitudine, flavi.
*Perianthium* medium, fere ſuperum, quadripartitum, lanceolatum, acutum, patens, perſiſtens.
*Petala* quatuor, ſubovata, calyce duplo longiora, ſeſſilia.
*Filamenta* octo, breviora.

*Antheræ* incumbentes, lineares, longitudine calycis ſ. filamentis longiores.
*Germen* inferum, longitudine calycis, prominulum.
*Stylus* cylindricus, longitudine ſtaminum.
*Stigma* recutitum, verrucoſum.
*Capſula* obovata, tetragona, longitudine calycis, apice inter calycem laminulis quatuor, quadriloculari.
*Semina* numeroſa, parva.
Singulare quod ſtigma nudum, verrucoſum, indiviſum, ovatum, quaſi margine quadridentato cinctum, quodque capſula intra calycem prominens, quaſi quatuor laminis adglutinatis notata.
Affinis Epilobiis & Oenotheris, ſed absque calyce tubuloſo.

*glutinoſa.* RHEXIA foliis oppoſitis trinerviis lævibus, floribus thyrſoideis.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* 1. *t.* 6.
*Habitat* in Nova Granada. ♄.
*Arbuſcula* frondoſa, Melaſtomis ſimilis: ramulis articulatis, alternatim canaliculatis.
*Folia* oppoſita, petiolata, confertiuſcula, elliptica, integerrima, trinervia, pollicaria, lævia.
*Flores* ſubthyrſoidei, vix foliis longiores, pedunculati.
*Calyx* monophyllus, campanulatus, quadrifidus, patulus.
*Capſula* infera, quadripartita ſ. quadrilocularis, calyce brevior, obtuſa, loculis ſe diſtinguentibus, polyſperma.
Summitates ramulorum & calyces glutinoſi.

*ambroſiaca.* AMYRIS foliis pinnatis petiolatis, paniculis confertis axillaribus.
Icica heptaphylla. *Aubl. guian. v.* 1. *p.* 337. *t.* 130.
Icica. *Marcgr. braſ. p.* 98. *Piſ. braſ. p.* 59 ?
Terpentinboom. *Surinam.*
*Habitat* in India orientali ad littora maris. ♄.
*Arbor* alta.
*Folia* alterna, pinnata: foliolis quinque ſ. ſex, ovato-oblongis, acutis, glabris.
*Petioli* baſi gibbi.
*Flores* albo-flaveſcentes.

*Perian-*

*Perianthium* minimum, quadridentatum.
*Petala* quatuor, lanceolata, acuta, erecta, apice patula.
*Filamenta* octo, erecta, filiformia, calyce dimidio breviora, tubo inserta.
*Antheræ* oblongæ, luteæ.
*Germen* superum, subgloboſum.
*Stylus* cylindricus.
*Stigma* capitatum, depreſſum, tetragonum.
*Fructus* ovatus, obliquus, quadrilocularis, Lauri ſimilis.
*Nucleus* cortice fragili, quadrilocularis, ſ. officula quatuor pulpa viſcoſa rubra obvoluta.

Arbor tota odoratiſſima, detruncata fundit balſamum album, odoratiſſimum, cujus uſus eſt in Dyſenteria, pro doſi drachma una in vino rubro.

Fructus ruber, pulpa viſcoſa, odore & ſapore balſamico, quæ indureſcit in Reſinam griſeam, ad ſuffimenta utilem.

Rouelle apud Aubletium demonſtrat Reſine de Coumier ex hac arbore ortam & credit Ambram griſeam ſuccum reſinoſum huius, qui per terram colatus tandem aqua marina in Ambram transformatur. Eadem etiam Rumphius in Herbario amboinenſi, v. 2. p. 164. Hoc confirmare videtur ſententiam antiquorum. Dioſcorides & Plinius jam ſuo tempore exiſtimarunt, Ambram gummi aut reſinam arboris aliquo modo mutatam eſſe.

*excorticata.* FUCHSIA pedunculis axillaribus unifloris, foliis ovatis alternis.
Skinnera excorticata. *Forſt. gen. n.* 29.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.* ♄.
*Arbor* glaberrima.
*Folia* alterna, longe petiolata, ovata, ſubtus caneſcentia, tenuiſſime ſerrata.
*Pedunculi* axillares, ſolitarii, uniflori.
*Flores* pénduli, maiores.
*Germen* inferum, oblongum.

*Corolla* monopetala, infundibuliformis.
*Tubus* baſi globoſus, poſtea cylindricus & ſenſim ampliatus in limbum.
*Limbus* octofidus.
*Laciniæ quatuor alternæ* lanceolatæ, patentes.
*quatuor alternæ* triplo minores, erectæ.

*imperfoliata.* CHLORA corollis ſexfidis.
*Habitat* in extrema Italia. ☉.
*Caulis* herbaceus, ſimpliciſſimus, erectus, tetragonus, lævis, palmaris: articulis foliis longioribus.
*Folia* oppoſita, ſeſſilia, ſubamplexicaulia, ovata, lævia, acuta.
*Flos* pedunculatus, terminalis, flavus, folio maior.
*Calyx* monophyllus, campanulatus, longitudine corollæ, ultra medium bifidus, patulus, perſiſtens: laciniis lanceolatis.
*Corolla* monopetala, hypocrateriformis.
*Tubus* brevis, patulus.
*Limbus* longior, ſexfidus: laciniis ovalibus.
*Filamenta* ſex, ſubulata, tubo impoſita, eoque paulo longiora.
*Antheræ* ſubrotundæ.
*Germen* oblongum.
*Styli* duo, conglutinati.
*Stigmata* obtuſa.
Genus dubium ignoto etiamnum fructu.
Facies Chloræ, ſed differt calyce ad baſin diviſo, nec laciniis linearibus; corolla ſexfida; ſtylis duobus conglutinatis.

*anguſtifolia.* DODONÆA foliis linearibus.
*Habitat* in India auſtrali. ♄. H. U.
Similis D. viſcoſæ, ſed folia lanceolato-linearia.
*Fructificatio* polygama.

*viſcoſa.* DODONÆA foliis oblongis.
Dodonæa viſcoſa. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 299.

LAWSO-

*Acronychia.* LAWSONIA inermis, foliis longe-petiolatis cuneiformibus.
Acronychia lævis. *Forſt. gen. n.* 27.
*Habitat* in Nova Caledonia. ♄.
Non reperio characterem, quo diſtinguatur a Lawſoniæ genere.
Differt a L. inermi foliis longe petiolatis, ad inſertionem ſubarticulatis; calyce omnium minimo; petalis non planis, ovatis, ſed linearibus, apice ungue reflexo.

*inermis.* LAWSONIA inermis, foliis ſubſeſſilibus ovatis utrinque acutis.
Lawſonia inermis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 300.

*Sparrmanni.* ERICA foliis quaternis imbricatis ciliatis, capitulis quadrifloris, corollis tubuloſis ſtrigoſo-hiſpidis, antheris muticis.
Erica Sparrmanni. *Act. holm. ann.* 1778. *p.* 24. *t.* 2.
*Habitat* in Africa remote a Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
Singularis eſt capitulis florum ſemper diviſis in flores quatuor.
*Capitulum* antequam flores elongantur globoſum, echinatum inſtar Achyranthidis apparet, ex patentiſſimis luteis ſetis foliorum involucri & calycis.
*Corollæ* hirſutiſſimæ: ore quadrifido: laciniis breviſſimis.
Plura vide in Actis holm. l. c. ubi hanc deſcripſi & figuram dedi, quamvis fateor non bonam.

*faſcicularis.* ERICA antheris ariſtatis, corollis groſſis, ſtylo incluſo, floribus faſciculatis, foliis pluribus linearibus truncatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Equ. Bäck.* ♄.
*Caulis* fruticoſus, erectus, compoſitus, bipedalis.
*Folia* conferta, ſparſa, ut vix pateat quot e regione, linearia, fere filiformia, pollicaria, lævia, baſi capillaria, erecto-patula, apice fere glandulata.

*Flores*

*Flores* in fascículo terminali, fastigiato.
*Calyx* brevior, quadripartitus, linearis, erectus.
*Corolla* grossa, cylindrica, purpurea: ore quadrifido, luteo, erecto.
*Antheræ* aristatæ, longitudine corollæ.
*Stylus* longitudine staminum.

*retorta.* ERICA antheris subcristatis, foliis quaternis recurvis, corollis ovato-oblongis, stylo mediocri.
Erica retorta. *Mont. Act. holm. ann.* 1774. *p.* 297. *t.* 7.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *D. D. Thunberg.* ♄.
*Caulis* frutescens, scabriusculus, determinate-ramosus.
*Folia* quaterna, oblongo-ovata, recurvata, setula terminata, supra convexa, glabra, lucida.
*Flores* terminales, corymbosi, subsessiles.
*Calyx* coloratus, ruber, lanceolatus: arista terminali.
*Corolla* longa, ovato-oblonga, inflata, viscida.
*Faux* globosa.
*Limbus* quadripartitus, acuminatus, brevis.
*Filamenta* linearia, membranacea.
*Antheræ* intra faucem, oblongæ, acuminatæ, basi lanatæ, vix cristatæ, muticæ.
*Germen* oblongum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* obtusum, antheris paulo longius.

*Thunbergii.* ERICA antheris muticis mediocribus, corollis planis: tubo globoso, stylo exserto, foliis ternis.
Erica Thunbergii. *Mont. Act. upsal. v.* 2. *p.* 290. *t.* 9. *f.* 2. mala.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *D. D. Thunberg.*
*Caulis* rufescens, teres, rarius ramosus.
*Folia* terna, linearia, lævia, sessilia, acuta, fere appressa.
*Flores* terminales, pedunculati.
*Bracteæ* duæ, alternæ, scariosæ, lanceolatæ.
*Calyx* lævis: foliolis ovatis, scariosis, acutis, flavis.
*Corollæ Tubus* subglobosus.
*Limbus* quadripartitus, longitudine calycis: laciniis ovatis, acutis, patentibus.
*Antheræ* extra faucem eminentes, purpureæ, bifidæ, basi interiore gibbæ.
*Stylus* staminibus longior.
*Stigma* simplex, obtusum.

*veſpertina.* ERICA foliis ternis, corollis campanulatis, antheris ariſtatis, ſtylo exſerto.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.*
*Frutex* erectus: ramis ternis.
*Folia* terna, triquetra, lævia, adpreſſa.
*Panicula* floribus nutantibus, alternis, albis.
*Pedunculi* albi, pubeſcentes.
*Bracteæ* ovatæ, alternæ, albæ.
*Calyx* foliolis ovatis, carinatis, acutiuſculis, longitudine tubi.
*Corollæ* campanulatæ, calyce duplo longiores, latæ, acutæ, fere E. cubicæ.
*Antheræ* biariſtatæ, nigræ, bipartitæ, ſupra faucem.
*Stylus* purpuraſcens, corolla fere longior.
*Stigma* obtuſum.

*Paſſerinæ.* ERICA foliis oppoſitis, corollis campanulatis, antheris incluſis muticis, piſtillo exſerto.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Flores* ſolitarii, terminales, pedunculati.
*Pedunculi* albo-tomentoſi, floribus fere longiores.
*Calyx* campanulatus, obtuſiuſculus, quadripartitus: foliolis ovatis.
*Corolla* campanulata, calyce duplo maior.
*Filamenta* omnium breviſſima.
*Antheræ* muticæ.
*Germen* albo-tomentoſum.
*Stylus* exſertus.
*Stigma* ſubcapitatum.
*Herba* Paſſerinæ Ericoidis, & nulla nota ab illius diſtinguenda, ut Paſſerina Ericoides tota eſt herba Ericæ, floribus Paſſerinæ.
Manifeſta in his miſcela generum Paſſerinæ & Ericæ, quæ non rara in plurimis generibus capenſium.

*Maſſoni.* ERICA antheris muticis incluſis, corollis cylindricis groſſis, floribus capitatis, foliis octofariis imbricatis pubeſcentibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Equ. & Arch. Bäck.* ♄.
*Caules* fruteſcentes, filiformes, foliis undique tecti.

*Folia*

*Folia* quaterna, octofariam imbricata, breviſſima, elliptica, conferta, obtuſa, ciliata, unde villoſa apparent.
*Flores* in capitulo terminali, ſeſſili.
*Calyx* brevior, linearis, piloſus.
*Corolla* cylindrica, groſſa: ore quadrifido, erecto, acutiuſculo.
*Antheræ* muticæ, corolla breviores.
*Piſtillum* longitudine ſtaminum.

*ſeſſiliflora.* ERICA antheris ariſtatis, foliis quaternis, ſtylo exſerto, ſpica floribus ſeſſilibus deflexis oblongis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Frutex* fuſcus, ſcaber, determinate ramoſus, rigidulus, facie Pini ſylveſtris minoris.
*Folia* quaterna, confertiſſima, linearia, acuta, ſaturate viridia.
*Spica* terminalis, undique ambiens, oblonga.
*Flores* ſeſſiles, imbricati, latiuſculi.
*Corollæ* foliis longiores, clavatæ, obtuſæ, ſepius cernuæ.
*Stamina* non exſerta.
*Stigma* parum exſertum.

*hiſpidula.* ERICA antheris muticis incluſis, corollis ſubrotundis, foliis ſubternis ovatis acutis ciliatis, caule hiſpido.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Caules* decumbentes, ſemipedales, ſtrigoſi ſ. piloſi.
*Folia* ovata, acuta, ſubciliata, ſubſeſſilia, horizontalia, patula, lævia.
*Flores* parvi, campanulati, verſus terram flexi, rarius ſparſi.
*Antheræ* incluſæ.
*Stylus* corolla longior.

*cernua.* ERICA foliis quaternis, ſtylo incluſo, corolla ovata, calyce ciliato, floribus octonis cernuis.
Erica cernua. *Montin. Act. upſ. v. 2. p. 291. t. 9. f. 3.* mala.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
Criſtata eſt.

*tetragona.* ERICA foliis ternis, ſtylo incluſo, corolla tetragona oblonga, calyce lineari, floribus racemoſis ſecundis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Flores* lutei, E. luteæ, ſed longiores.

*grandiflora.* ERICA foliis quaternis, ſtylo exſerto, corolla cylindrica, calyce ſimplici, floribus lateralibus ſubcurvatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Similis E. curvifloræ, ſed folia longiora.

*leucanthera.* ERICA foliis ternis, ſtylo exſerto, corolla campanulata, calyce albo, floribus ternis, ſtaminibus muticis exſertis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Singularis corolla alba & antheris muticis, exſertis, albis.

*Monſoniana.* ERICA foliis ternis, ſtylo incluſo, corolla oblonga inflata, calyce calyculato, floribus terminalibus ramulorum obtuſorum.
*Habitat* in interiore parte Africæ. *Thunberg.*
Rariſſima & Ericarum ſpecioſiſſima, floribus magnis, albis, ſtaminibus ariſtatis.

*fœtida.* DAPHNE glabra, floribus terminalibus congeſtis ſeſſilibus, foliis oppoſitis petiolatis ovato-oblongis acutis.
*Habitat* in Taheiti. *Equ. Bäck.*
Hanc diſtinguit Forſter, ſed an diſtincta a D. Indica?

*rotundifolia.* DAPHNE hirſuta, floribus terminalibus congeſtis ſeſſilibus, foliis oppoſitis ellipticis ſubpetiolatis obtuſis glabris.
*Habitat* in Tonga Tabu. *Equ. Bäck.*
*Rami* tomentoſi, cani.

*dioica.* DAPHNE floribus axillaribus geminis, foliis lineari-lanceolatis.
Daphne dioica. *Gouan. bot.* 27. *t.* 17. *f.* 1.
Thymelæa foliis chamelææ minoribus ſubhirſutis. *Bauh. pin. p.* 463.

Sana-

Sanamunda prima. *Cluſ. hiſt.* 88.
*Habitat* in Pyrenæis locis apricis. ♄.
*Frutex* pedalis, ramoſus, rigens: cortice ſuberoſo, cicatricibus exaſperato.
*Folia* conferta, imbricata, glabra, lineari-lanceolata.
*Flores* axillares, bini, albo-flaveſcentes, quadrifidi, acuti, tubo ventricoſo, dioici. *Gouan.*

*Obſervatio.*

Daphnarum cortices vim cauſticam corrodendi præbent omnes.

*capitata.* GNIDIA foliis ſparſis lanceolatis glabris, floribus capitatis bracteis obvallatis, pedunculo nudo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Caulis* fruticoſus: ramis erectis, teretibus, purpuraſcentibus.
*Folia* anguſtiora, lanceolata, remotiora, lævia.
*Flos* aggregatus, terminalis, pedunculatus.
*Involucrum* octophyllum, lanceolatum, æquale, floſculis dimidio brevius.
*Floſculi* ſedecim, ſeſſiles, pubeſcentes, cani.
*Tubus* filiformis.
*Limbus* brevis, quinquepartitus.
*Stamina* decem: quinque extra faucem; quinque intra faucem.
Flos Paſſerinæ ſimilis.
Forte Dais.

*filamentoſa.* GNIDIA foliis elliptice ovatis glaberrimis approximatis, floribus capitatis, filamentis capillaribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Ill. Equ. Bäck.* ♄.
*Frutex* glaberrimus, cicatricibus foliorum tuberculatus.
*Folia* alterna, ſeſſilia, elliptica, integerrima, avenia.
*Capitula* florum ſolitaria, ſeſſilia.
*Involucrum* glabrum.
*Corolla* villoſa: limbo quadripartito.
*Filamenta* capillacea: quatuor longitudine corollæ; quatuor ad faucem breviora.
*Varietas* foliis anguſtioribus, ſed filamentis facile cognoſcitur.

*imbricata.* GNIDIA foliis oblongis quadrifariam imbricatis sericeis, floribus terminalibus in axillis foliorum.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*pinifolia.* GNIDIA foliis lineari-subulatis supra planis acutis, floribus binis axillaribus.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *Sparrmann.* ♄.
*Rami* læves, nec tomentosi.
*Folia* lineari-subulata, acuta, non pungentia, subtus convexa, supra plana, lævia, patula.
*Flores* e summis ramulis, bini, glabri.
*Limbus* acutus: tubo duplo longiore.
*Antheræ* quatuor supra faucem, pilis cinctæ, & quatuor intra tubum, minores.

*Daphnæfolia.* GNIDIA decandra, foliis oblongis planis integerrimis, capitulo terminali pedunculato involucrato, floribus quinquefidis.
*Habitat* in Madagascar. *Thouin.*
Habitus, folia, inflorescentia, eiusque involucrum, calycis figura & hirsuties Daidis Cotinifoliæ est, structura vero & situs partium floris est exacte Gnidiæ, sed non numerus
*Folia* sunt alterna, nec opposita ut in genere Daidis.
*Involucrum* florum est ut in Daide, sed pentaphyllum.
*Varietates* binas communicavit amicissimus Thouin:
hirsuta. α. foliis oblongis spathulatis hirsutie canis, floribus minoribus.
glabra. β. foliis oblongis versus basin attenuatis nudiusculis, floribus majoribus.

## *Annotatio.*

Genera Dais & Gnidia adeo conveniunt, ut vix limites reperiantur, uti etiam Daphnæ cum Passerinis valde conveniunt.

*Anthyloides.* PASSERINA foliis ovatis villosis, floribus capitatis hirsutis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Flores* extus hirsutissimi, albi, intus in viva planta lutei, in sicca nigri.

*ſpicata.* PASSERINA foliis ovatis villoſis, floribus lateralibus ſolitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Ramulis floriferis refert ſpicam folioſam.

*laxa.* PASSERINA foliis ovatis ſparſis, floribus capitatis, ramis laxis cernuis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Similis P. Ericoidi, ſed differt floribus capitatis.

*grandiflora.* PASSERINA glaberrima, foliis oblongis acutis concavis extus rugoſis, floribus terminalibus ſeſſilibus ſolitariis.
*Habitat* in Africa.
*Rami* uniflori.
*Folia* oppoſita, ſubimbricata, obtuſa cum acumine, extus quaſi venis elevatis rugoſa, intus concava, glaberrima.
*Stamina* octo, ſupra tubum.
*Stigma* capitatum, extra tubum.
Diſtinguitur facile magnis florum limbis, extus ſericeis.

*Gnidia.* PASSERINA diandra, glaberrima, foliis lanceolatis acutis.
Bankſia Gnidia. *Forſt. gen. n.* 4. *Forſt. Act. upſ. v.* 3. *p.* 173.
*Habitat* in Nova Zeelandia ad fiſſuras rupium, in littore maris & in ſummis montium cacuminibus. *Forſter.*
*Folia* hujus rigidiora & Gnidiæ ſimillima.

*piloſa.* PASSERINA diandra, piloſa, foliis linearibus obtuſis.
Bankſia tomentoſa. *Forſt. gen. n.* 4.
Bankſia piloſa. *Forſt. Act. upſ. v.* 3. *p.* 174.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Forſter.*

PASSE-

*proſtrata.* PASSERINA diandra, piloſa, foliis ovatis.
Bankſia proſtrata. *Forſt. gen. n.* 4. *Forſt. Act. upſ. v.* 3. *p.* 175.
*Habitat* in Novæ Zeelandiæ montibus aridis. *Forſter.*

*Obſervatio.*

Paſſerinæ diandræ odorem florum Syringæ habent & ſempervirentes ſunt.
Cur genus maxime naturale ob ſolum numerum ſtaminum ſeparandum?
Huc non male etiam referrentur Struthiolæ; feciſſem, niſi nectaria adfuiſſent.

# DIGYNIA.

*Africana.* GALENIA erecta, fruticoſa, foliis linearibus carnoſis.
Galenia africana. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 310.

*procumbens.* GALENIA procumbens, foliis ovatis canaliculatis: apice patulo recurvato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*racemoſa.* WEINMANNIA foliis ſimplicibus ovatis ſerratis utrinque glaberrimis, ſtipulis nullis.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.*
Inflorescentia cum reliquis convenit, at foliis ſimplicibus, maioribus diſtinctiſſima.

*trifoliata.* WEINMANNIA foliis ternatis: foliolis elliptice lanceolatis ſerratis glaberrimis, paniculis compoſitis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Facie* non multum aliena videtur a Pteleis.
*Frutex* glaberrimus.
*Folia* oppoſita.
*Paniculæ* axillares.

*tomentoſa.* WEINMANNIA foliis pinnatis: foliolis ovatis integerrimis ſubtus tomentoſis, ſtipulis caducis.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.
*Arbor* cortice fuſceſcente, valde ramoſa, folioſaque.

*Folia* oppoſita, ſubtus tomentoſa, pinnata cum impari.
*Petiolus communis* alatus, articulis obovatis.
*Foliola* undecim ad tredecim, parva, craſſiuſcula, ſubtus valde tomentoſa, ovata, integerrima, regularia.
*Stipulæ* ſolitariæ utrinque, foliolis maiores, deciduæ.
*Racemi* verſus apicem denſiſſimi, quaſi ſpicæ: pedicellis breviſſimis.
*Nectarium* campanulatum, ſtamina cingens, integerrimum, membranaceum.

*glabra.* WEINMANNIA foliis pinnatis: foliolis obovatis crenatis lævibus.
Weinmannia pinnata. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 310.

*montana.* CODIA.
Codia montana. *Forſt. gen. n.* 30.
*Habitat* in Nova Caledonia. *Equ. Bäck.* ♄.
*Folia* oppoſita, petiolata, elliptica, glaberrima, integra, obtuſa.
*Capitula* globoſa, terminalia & axillaria, breviſſima, pedunculata.
Forte Bruniæ ſpecies, foliis ellipticis.

# TRIGYNIA.

*Sibiricum.* POLYGONUM floribus octandris trigynis racemoſis, foliis ovato-lanceolatis undulatis ſcabris, ſtipulis hirtis.
*Habitat* in Sibiria. ♃. H. U.
Simillimum P. divaricato.

*Chinenſis.* SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis laciniatis.
Sapindus chinenſis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 315.
Kölreuteria paniculata. *Laxmann. Act. petrop. v.* 16. *p.* 561. *t.* 17.
*Habitat* in China.
*Calyx* pentaphyllus, inferus: foliolis ovatis, concavis, membranaceis, inæqualibus, infimi lateris divergentibus.
*Petala* quatuor, oblonga, æqualia, ſurſum verſa, apice recurvata, flava: unguibus longitudine perianthii.

*Necta-*

*Nectarium* squamæ singulæ ad apicem singuli unguis, undulatæ, erectæ, cinnabarinæ, corollam coronantes, antheras cingentes.
*Filamenta* octo, subulata, germinis columnæ insidentia, petalis paulo breviora.
*Antheræ* oblongæ.
*Germen* triquetrum.
*Stylus* adscendens.
*Stigma* trifidum, parvum, patens.
*Capsula* columnæ insidens, oblonga, trilocularis.

# TETRAGYNIA.

*prostrata.* HALORAGIS.
Haloragis prostrata. *Forst. gen. n.* 31.
*Habitat* in Nova Caledonia ad maris littora. *Equ. Bäck.*
*Rami* tetragoni, glabri.
*Folia* opposita, sessilia, oblonga, basi attenuata in insertionem, undulata, glabra.
*Fructus* globosi, axillares, solitarii, pedicellati.
Primo habitu, fructu maturo referebat Ammanniam latifoliam, ut fere iuraſſem illam.

# ENNEANDRIA.
## TRIGYNIA.

*Tataricum.* RHEUM foliis cordato-ovatis integris planis glaberrimis, petiolis semiteretibus angulatis, panicula sulcata.
*Habitat* in Tataria minori. ♃. H. U.
*Folia* glaberrima, plana, magna, radicalia humo incumbentia.
*Petioli* rubri, semiteretes.
*Nervi foliorum* valde dilatati.
*Inflorescentia* vix foliis altior.
*Racemi* sulcati.

# DECANDRIA.

## MONOGYNIA.

*tetraptera.* SOPHORA foliis pinnatis: foliolis numerosis obovatis emarginatis, leguminibus tetragonis: angulis membranaceis.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *D. D. Sparrmann.* H. U.
*Arbuscula* glabra.
*Foliola* parva, fere cuneiformia.
*Flos* magnus, luteus.
*Legumen* compressum, torulosum, dorso & ventre planum, lateribus membranis longitudinalibus carinatum, ut in Loto tetragonolobo.

*grandis.* CASSIA foliis vigintiiugis subholosericeis eglandulatis.
Arbor siliquosa, brasiliana, siliqua hispida ferruginea, ceratoniæ facie. *Breyn. cent. t.* 14.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dahlberg.* ♄.
*Arbor* robusta, valida: ramis subtilissime holosericeis.
*Folia* circiter vigintiiuga, absque glandulis.
*Foliola* oblonga, obtusa, æqualis latitudinis, secundum longitudinem subtilissime holosericea.
*Siliquæ* sesquipedales, compressiusculæ, digitos tres latæ, ponderosissimæ, acuminatæ: futuris elevatis, teretibus, extantibus: altera geminata.

*longisiliqua.* CASSIA foliis quadriiugis: foliolis extimis lanceolatis, glandula subulata infra infima interque extima.
Cassia arborescens diffusa, siliquis longis compressis. *Brown. iam. p.* 223.
*Habitat* in America. ♄. H. U.
*Caulis* erectus, teretiusculus, obtuse sulcatus: ramis vix pubescentibus.
*Folia* quadriiuga.
*Foliola* viridia, glaberrima, subtus pallidius viridia, ovato-oblonga; extima gradatim longiora, ut linearia potius quam lanceolata.
*Glandula* inter vel infra infimum par oblonga, subulata; inter extimum par acutior; raro ulla inter paria intermedia.
*Petiolus* erectus, teretiusculus.
*Stipulæ* lineares, acutæ, breves.

*Legu-*

*Legumen* tetragonum, hirtum, brevius.
Nocte obdormit arcte petiolo erigato, foliolis pendulis prope caulem.

*tomentosa.* CASSIA foliis sex- s. octoiugis, foliolis linearibus basi oblique rotundatis supra hirtis, paniculis axillaribus, leguminibus villosis.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.
*Arbor* ramis lignosis, teretibus, flexuosis, villo denfiori, molli, albo, in siccis luteo, tectis.
*Folia* petiolata, pinnata, sex- ad octoiuga.
*Foliola* opposita, lineari-lanceolata, acuta, integerrima, basi oblique rotundata, supra viridia, hirta, subtus alba s. lutea & tomentosa: margine interiori obliterato.
*Petiolus* tomentosus.
*Stipulæ* semilunares s. lanceolatæ, tomentosæ, deciduæ.
*Paniculæ* axillares, in summitate caulis, solitariæ.
*Pedunculi* tomentosi.
*Flores* magnitudine mediocri, lutei.
*Siliquæ* rectæ, compressæ, valde tomentosæ.

*hirsuta.* CASSIA foliis sexiugis late ovatis acuminatis lanatis.
Cassia hirsuta. *Syst. veg. ed* 13. *p.* 327.

*bacillaris.* CASSIA foliis biiugis ovatis obliquis, glandula obtusa inter infima, racemis axillaribus pedunculatis, siliqua tereti longa.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Frutex* duodecim pedum, glaberrimus.
*Folia* alterna, petiolata, biiuga.
*Foliola* latere interiore obliqua, utrinque glaberrima.
*inferiora* exquisite ovata.
*superiora* magis elongata.
*Glandula* conica, obtusa, inter inferiora foliola.
*Stipulæ* nullæ.
*Racemi* axillares, solitarii, pauciflori, erecti.
*Pedicelli* dependentes, angulati.
*Flores* aurantiaci, mediocres.
*Legumen* omnino C. fistulæ, ut distingui nequeat, subcurvum, cylindricum, glaberrimum, acumine filiformi terminatum, longitudine pedale, interius isthmis interceptum, quod externe tamen non apparet.

*bracteata.* CASSIA foliis decemiugis oblongis obtusis eglandulatis, racemis elongatis, bracteis ovatis tumidis imbricatis, legumine quadrangulari compresso.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.*
*Folia* plus quam pedalia, octo-f. decemiuga.
*Foliola* palmaria, linearia, apice rotundata, subtus mollia, cana.
*Petiolus* compressus, inter paria canaliculatus.
*Racemus* maximus, ex floribus dense congestis, inter bracteas ovatas, magnas, tumidas, imbricatas, nervosas, pubescentes, statim ante explicationem floris caducas.
*Flores* lutei.
*Rudimenta leguminum* erant incurva, compressa: angulis quatuor.

*Capensis.* DICTAMNUS foliis simplicibus, caule ramoso.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *Equ. Bäck.*
Simillimus D. albo.
*Folia* alterna, simplicia, foliolis D. albi simillima.
*Racemus* ut in D. albo.

*albus.* DICTAMNUS foliis pinnatis, caule simplici.
Dictamnus albus. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 330.

*pinnata.* RUTA foliis pinnatis triiugis: foliolis lanceolatis: impari serrato, petalis planis subcrenulatis.
*Habitat* in rupibus circa Puerto de la Orotava. *Fr. Masson.*
*Caulis* ut in reliquis speciebus.
*Folia* pinnata, triiuga cum impari.
*Foliola lateralia* opposita, linearia, integra s. crenulata, punctata.
*Foliolum impar* subovatum, serratum.

*cordifolium.* ZYGOPHYLLUM foliis simplicibus oppositis cordato-orbiculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*microphyllum.* ZYGOPHYLLUM foliolis ovalibus minutis, capsulis emarginatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *D. Thunberg.* ♄.
*Caulis* fruticosus, erectus: ramis sæpius alternis.
*Folia* opposita, subpetiolata, coniugata: foliolis ovalibus, carnosiusculis, planis, lævibus.

*Pe-*

*Pedunculi* capillares, laterales, longitudine foliorum, ſolitarii.
*Petala* oblonga, flava.
*Capſula* utrinque retuſa, quinquangularis: angulis valde compreſſis, rotundatis.

*peruiferum.* MYROXYLON.
Hoitziloxitl. *Hern. mex. p.* 51. cum figura ſatis bona.
Cabureiba. *Piſ. braſ.* 57. 119. absque figura.
*Habitat* in calidiſſimis provinciis Terræ Firmæ Americæ meridionalis. *Mutis.* ♄.
*Arbor* pulcherrima: cortice lævi, craſſo, valde reſinoſo, ut omnes arboris partes.
*Folia* alterna, abrupte pinnata.
*Foliola* biiuga, ſuboppoſita, petiolata, ovato-lanceolata: apice producto, obtuſo, emarginato; integra, venoſa, glaberrima.
*Rachis* per longitudinem inferioris paginæ folii currens, elevata, pubeſcens.
*Petiolus* communis teres, pubescens.
*Racemi* axillares, erecti, ſecundi, foliis longiores: pedunculo tretiuſculo, pubeſcente; floribus ſparſis.
*Bractea* ſingulum pedunculum ſuffulciens, minima, ovata, erecta, concava, nudo oculo tuberculum referens.
*Pedicelli* erecti.
*Calyx* campanulatus, viridi-caneſcens, cinctus extra orificium petalis antherisque albis, intra continens legumen viride, quod in flore ſingularem faciem repræſentat.
Foliorum ſubſtantia plena punctis linearibus, translucentibus, reſinoſis, ut folia Citri.

Nihil magis deſideraverat b. m. Parens, ad inventa ſua augenda, quam extricationem originis Balſami peruviani; pluresde hac re rogaverat, at nullus ex his provinciis, eruditis Europæis inacceſſibilibus, deſideratis illius ſatisfacere potuit; ſed acutiſſimo & indefeſſo primario Indiæ Botanico, Ioſepho Cæleſtino Mutis, hæc arbor abſcondi haud potuit; ille ramulum cum foliis floribusque hac æſtate mihi communicavit ut rariſſimum & deſideratiſſimum.

*Simaruba.* QUASSIA floribus monoicis, foliis abrupte pinnatis: foliolis alternis ſubpetiolatis, petiolo nudo, floribus paniculatis.

Simarouba *Aublet. Act. pariſ. ann.* 1776.

Simaruba amara. *Aublet. guian. v.* 2. *p.* 859. *t.* 331. 332.

*Habitat* in locis arenoſis Cayennæ, Guianæ, in Carolina, & in inſulis Sandominicana, Iamaica. ♄.

*Truncus* cortice lacteſcente, amaro, luteſcente.

*Folia* abrupte pinnata: foliolis utrinque duobus ad novem, oblongis, acutis, glaberrimis, ſubſeſſilibus. *Petiolus* cylindricus.

*Paniculæ* axillares, amplæ.

*Flores* in eadem panicula maſculi & feminei, mixti.

*Flores maſculi:*

*Perianthium* monophyllum, quinquedentatum.

*Petala* quinque, albicantia, lanceolata, calyci inſerta.

*Nectarium* Squamula ſubrotunda, villoſa, ſingula filamenti baſi interiori adnata.

*Filamenta* decem, longitudine corollæ.

*Germen* ſterile, in receptaculo carnoſo patulo, depreſſum, quinqueſtriatum, nectariis tectum.

*Stylus* nullus.

*Stigma* nullum.

*Flores feminei:*

*Perianthium* ut in maſculis.

*Petala* ut in maſculis.

*Nectarium* Squamulæ decem, villoſæ, in orbem locatæ.

*Stamina* nulla.

*Germina* quinque, connexa.

*Stylus* quinqueſtriatus.

*Stigmata* quinque, patentia.

*Drupæ* ovatæ, ſubcarnoſæ, nigræ, receptaculo carnoſo orbiculato lateraliter affixæ.

*Semina* ſolitaria: teſta fragili.

Cortex Simarubæ officinarum eſt cortex radicis. Barbari utuntur decocto huius amaro purgante in Febribus & Diarrhoeis curandis. Ex his cognitionem huius corticis habuerunt Europæi, quo Diarrhoeas & Dyſenterias tam facile curarunt.

QUAS-

*amara.* QUASSIA floribus hermaphroditis, foliis impari-pinnatis: foliolis oppositis sessilibus, petiolo articulato alato, floribus racemosis.

Quassia amara. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 333.

*Habitat* in Surinamo. ♄.

*Arbor* alta.

*Folia* alterna, interrupte-pinnata cum impari, bi-iuga.

*Foliola* opposita, ad articulos petioli, elliptica, utrinque acuminata, iutegerrima, glaberrima, venosa.

*Petiolus* biarticulatus, more Citri alatus membranula versus articulorum apices sensim dilatata, rotundata, ad apicem articuli primi foliolis duobus sessilibus, ad ultimi tribus æqualibus instructus.

*Racemi* elongati, secundi.

*Flores* remoti, bracteati.

Facillime cognoscitur foliis, a reliquis omnibus diversissimis.

Figura floris in Dissertatione Parentis de Quassia vera est, sed ramulus cum foliis ad aliam pertinet.

Magnum dederat hæc arbor Pharmacopolis remedium ex ligno radicis, sed nunc, more consueto medicamentorum, eviluit & transmutatum est in lignum vile, leve, debile ramulorum.

*inclinata.* IUSSIEUA erecta, glabra, floribus tetrapetalis octandris pedunculatis.

*Habitat* in Surinami paludosis. *C. G. Dalberg.* ☉.

*Planta* annua, erecta, tota glabra.

*Caulis* simplex, teres, crassus, porosus, aquaticus, ad articulos inferiores radicans.

*Folia* obovata, obtusa, petiolata, petiolis vix longiora, costata, glabra, alterna.

*Pedunculi* solitarii, axillares, uniflori, petiolo paulo longiores.

*Germen* pedunculo paulo brevius, læve, incrassatum, tetragonum, acutangulum.

*Calyx* foliolis ovatis, persistentibus.

*Petala* quatuor, ovata, maiora, venosa, tenerrima.

*Antheræ* octo.

MELASTO-

*fragilis.* MELASTOMA foliis quinquenerviis reticulatis, racemis floribus ſecundis ſeſſilibus.
Groſſulariæ fructu non ſpinoſa. *Sloan. jam. v. 2. t.* 196. *f.* 1.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Frutex* rigidulus.
*Folia* oppoſita, brevius petiolata, ovata, quinquenervia, lævia, ſerrata, ciliata, reticulata, fragiliſſima.
*Racemus* terminalis, brachiatus: racemulis trifidis, e baſi floriferis.
*Flores* ſurſum ſecundi.
*Antheræ* in fundo umbilici, decem.
*Fructus maiores* globoſi, piſiformes, glabri, umbilico excavato.
*minores* umbilico clauſo ſquamis quinque.

*groſſa.* MELASTOMA foliis integerrimis quinquenerviis ſubcordatis ſcabris.
*Habitat* in Nova Granada. *D. Mutis.* ♄.
*Arbor* ramis rigidiuſculis, teretibus, hiſpidis.
*Folia* cordata, ovata, integerrima, quinquenervia: hirſutie rigidula, denſiſſima, quaſi tomentoſa.
*Flores* in apice ramorum, ſubſeſſiles, groſſi.
*Calyx* validus, pilis ſtrigoſus.
*Corolla* extus parum piloſa.

*ſtrigoſa.* MELASTOMA foliis integerrimis trinerviis ſtrigoſis ovatis, floribus ſolitariis.
Caaghiyvyo. *Marcg. braſ. p.* 59.
*Habitat* in Nova Granada *Mutis.* ♄.
*Frutex* caule ſtrigis adpreſſis ſcabro.
*Folia* oppoſita, ſubpetiolata, ovata, trinervia, integerrima, ſupra ſtrigoſa, ſubtus ſolis nervis ſtrigoſa.
*Pedunculi* oppoſiti aut terminales, uniflori, cernui, ſæpius diphylli.
*Calyx* valde ſtrigoſus.
*Corolla* purpurea.

RHODO-

*Chryſanthum.* RHODODENDRON foliis oblongis inpunctatis ſupra ſcabris venoſiſſimis, corolla rotata irregulari, gemma florifera ferrugineo-tomentoſa.

Rhododendron Chryſanthum. *Pall. it. v.* 3. *p.* 729. *t. N. f.* 1. 2. *Kölpin. monogr.* cum figura Pallaſii.

Andromeda foliis ovatis utrinque venoſis, corollis campanulatis obliquis. *Gmel. ſibir. v.* 4. *p.* 121. *t.* 54.

*Habitat* in iugis alpinis frigidiſſimis Dauriæ, totiusque Sibiriæ. *Pallas.* ♄.

*Frutex* parvus, diffuſus: cortice fuſco.

*Folia* oblonga, utrinque attenuata, venoſo-reticulata, margine reflexo, ſubtus pallidiora.

*Rami* inter folia ſquamis ſtipulæformibus ferrugineis tecti, & terminantur pedunculis pluribus, ex axillis ſuperiorum ſquamarum, unifloris.

*Flos* magnus, luteus, rotatus, nutans, figura Rh. daurici.

Adeo ſimilis R. daurico, ut verear illius ſolam varietatem eſſe, & pro diſtincta ſpecie vix recipiſſem, niſi in Medicina innotuiſſet ut antarthriticum experimentis cum illa inſtitutis a Cl. D. Kölpin.

*anaſtomoſans.* ANDROMEDA foliis ovatis ſubſerratis ſubtus anaſtomoſibus punctatis.

*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.

*Frutex* determinate ramoſus: ramis piloſis.

*Folia* alterna, conferta, ſubpetiolata, ovata, acuta, lucida, vix manifeſte ſerrata, ſubtus venis anaſtomoſantibus puncto elevato.

*Racemi* ad genicula annotina, conferti, congeſti ex racemis foliaceis: foliolis caulinis ſimilibus, ſed parvis.

*Corollæ* ovatæ.

*Antheræ* ariſtis duabus, ſingulis iterum biariſtatis.

*Capſulæ* obtuſæ: angulis dehiſcentibus.

*rupeſtris.* ANDROMEDA foliis oblongis alternis ſerrulatis.

*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.*

*Flores* huius non vidi.

*aerea.* ANDROMEDA pedunculis axillaribus ſolitariis diphyllis unifloris, foliis alternis ovatis ſerratis.
*Habitat* in Taheiti. *Equ. Bäck.* ♄.
Similis A. racemoſæ, ſed glabra eſt.
*Folia* breve petiolata.
*Corolla* campanulata.
*Antheræ* oblongæ, luteæ, dorſo bicornes.
Suaſu Forſteri ad hoc genus poſui.

*ferruginea.* ARBUTUS arboreſcens, foliis oblongis obtuſis glabris integerrimis, racemis terminalibus.
*Habitat* in America. *Mutis.* ♄.
*Rami* angulati, ſimplices, glabri.
*Folia* alterna, petiolata.
*Racemi* in axillis foliorum, ramum terminantes, ſolitarii.
*Pedicelli* ramoſi, patentes, in medio bracteis binis, oppoſitis, ovatis, glabris.
*Flores* remoti, nutantes.
*Calyx* quinquedentatus, patentiuſculus.
*Corolla* magis quam in reliquis ſpeciebus elongata, fere ut in Andromeda.
*Piſtillum* corolla longius.
Flores ſiccati nigreſcentes.
Suaſu Mutiſii, qui dixit fructum baccam eſſe, ad hoc genus amandavi.

*laurifolia.* ARBUTUS arborea, foliis oblongis utrinque acuminatis acute ſerratis glabris, racemis axillaribus ſecundis ſeſſilibus ſolitariis.
*Habitat* in America ſeptentrionali. ♄.
Simillima A. Unedoni, ſed differt ſerraturis acutis, cuſpidatis; racemis axillaribus, ſimpliciſſimis, ſecundis, folio brevioribus.

*Unedo.* ARBUTUS caule arboreo, foliis glabris obtuſe ſerratis, panicula terminali, baccis polyſpermis.
Arbutus Unedo. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 339.

ARBUTUS

*mucronata.* ARBUTUS caule fruticoſo, foliis alternis ovatis ſerratis mucronatis, pedunculis axillaribus unifloris.

*Habitat* in Tierra del Fuego. *Eques Bäck.* ♄.

*Frutex* rigidiſſimus.

*Folia* alterna, breviſſime petiolata, ovata, plana, rigida: margine cartilagineo, ſerrato: ſerraturis utrinque quatuor; acuta, mucrone pungente, avenia.

*Gemmæ* in axillis foliorum, ſquamis paucioribus, concavis, imbricatis, unde exeunt pedunculi ſolitarii, interdum ſquamoſi, uniflori.

*Flores* cernui.

*pumila.* ARBUTUS caulibus diffuſis, foliis alternis diſtichis oblongis integerrimis, floribus lateralibus ſolitariis.

*Habitat* in Tierra del Fuego. *Equ. Bäck.*

*Planta* pumila, fruticoſa.

*Folia* minutiſſima, fere Empetri, ſupra glaberrima, ſubtus carinata.

*Pedunculi* e ſquamis gemmæ axillaris, nudi, elongati, uniflori.

*Flores* cernui.

Quantum non delectaret, Suecum Botanicum deſcribere plantam ex terra maxime auſtrali, more creſcendi, habitu, facie & genere cum Lapponicis ſimillimam, rigidosque illius ramulos prope radicem Lichenibus intermixtos? Quis, cui patria ejus ignota eſſet, non alpinam Lapponicam crederet?

*edulis.* INOCARPUS.

Inocarpus edulis. *Forſt. gen. n.* 33.

*Habitat* in Taheiti. *Eques Bäck.* ♄.

*Arbor.*

*Folia* alterna, dodrantalia, oblonga, ſubcordata, breviſſime petiolata, integerrima, glabra, venoſa.

*Spicæ* axillares, ſolitariæ, parvæ, hirſutæ.

*Flores* parvi, alterni, bracteis parvis ſuffulti.

DIGY-

# DIGYNIA.

*polyandra.* ROYENA foliis ovatis ſubtus tomentoſis, ſtaminibus plurimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Polygama & polyandra.

*ſarmentoſa.* SAXIFRAGA foliis radicalibus ſubrotundis cordatis crenatis, ſarmentis axillaribus radicantibus, corolla irregulari, racemo compoſito.
*Habitat* in Iaponia. *Gordon, Hortul. Londin.* ♃. H. U.
*Statura plantæ* omnino Heucheræ.
*Folia radicalia* petiolata, cordato-ſuborbiculata, piloſa, crenata lobulis obtuſis, oleracea, ſupra venis albis, ſubtus hepatici coloris.
*Petioli* teretiuſculi, folio longiores.
*Stipulæ* nullæ.
*Caulis* herbaceus, teres, ſesquipedalis, fere aphyllus, uti tota herba pilis extantibus pubeſcens, totus racemus compoſitus: racemis partialibus ante antheſin apice cernuis.
*Sarmenta* ramoſa, e ſingulis foliorum radicalium alis, longiſſima, copioſa, radicantia propaginibus.
*Petala tria minora* albida, rubro inquinata.
*duo maiora* alba.
*Nectarium* luteum.
*Stamina* alba, ſuperne craſſiora, longitudine minorum petalorum.
*Styli* longitudine minorum petalorum.
Stamina duo deflorata reflectuntur pone corollam.

*rupeſtris.* DIANTHUS floribus ſolitariis, ſquamis calycinis obtuſiſſimis binis, petalis crenatis.
Caryophyllus primus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 282. figura tenuis.
*Habitat* in alpibus Europæ auſtralis. ♃.
*Folia* linearia, anguſtiſſima, triquetra, canaliculata, rigidula, in ceſpites connata, margine carinaque ſcabra.
*Caulis* filiformis, proſtratus, uni-ſ. biflorus.
*Flores* remoti, odori.
*Calycis ſquamæ* tantum duæ, orbiculatæ, appreſſæ.
*Petala* ſanguinea, crenata, nec plumoſa aut villoſa.
*Styli* duo, exſerti, recurvati.

TRIGY-

*orchidea.* SILENE floribus fasciculatis fastigiatis, petalis quadrifidis, foliis ovatis glabris.
Lychnis græca, bellidis folio, verna, flore parvo, dilute purpurascente. *Tourn. cor. p.* 24.
*Habitat* in Oriente. *La Tourette.* ☉.
*Caulis* erectus, dichotomus, superne subviscosus, inferne ramosus.
*Folia* oleracea, glabra.
*inferiora* spathulata, glanduloso-ciliata.
*superiora* sessilia.
*Flores* terminales, dichotomi, fasciculati, fastigiati.
*Calyx* erectus, clavatus.
*Corolla* amœne-purpurea, fascia alba, fauce coronata.
*Petala* ovata, bifida, basi utrinque ad faucem dente s. lacinia tenuiore.

*Ægyptiaca.* SILENE petalis emarginatis utrinque dentatis, foliis subtomentosis.
*Habitat* in Ægypto. H. U.
*Caulis* herbaceus, palmaris, brachiatus, levissime tomentosus.
*Folia* obovata, basi angustata, vix carnosa, lævia, acutiuscula.
*Flores* terminales, unus alterve, pedunculati, erecti.
*Calyx* clavatus, subpubescens: dentibus brevibus.
*Petala* obcordata s. emarginata, obtusa, incarnata, calyce breviora, dente utrinque acuto, adeoque quadrifida.
*Coronula* brevissima, obtusa, emarginata.
*Stamina* decem, in fauce.
*Styli* tres, obliqui.

*liniflora.* ARENARIA caulibus erectis inferne ramosis sufruticosis, foliis subulatis, floribus geminis.
Arenaria liniflora. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 355.
*Habitat* in Europa australi. ♄.
*Caules* perennantes, breves, plures, ramosi, distorti.
*Rami* erecti, simplicissimi, teretes, spithamæi.
*Folia* subulata s. linearia, teretia, acuta, lævia.
*Pedunculi* terminales, uniflori, subpubescentes, bini, unus post alterum.

*Calyx* foliolis lanceolatis, biſtriatis, ſubpubeſcentibus.
*Corolla* magnitudine Lini, alba.
*Petala* ovata, obtuſa, ſtriata, calyce duplo longiora.
*Stamina Piſtillaque* alba, longitudine calycis.
Differt ab A. grandiflora foliis non plano-gramineis, calyce foliolis non multiſtriatis, caule multo longiore, baſique ſuffruticoſo.

# PENTAGYNIA.

*papillaris.* COTYLEDON foliis oppoſitis tereti-ovatis, floribus corymboſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*mamillaris.* COTYLEDON foliis alternis tereti-ovatis, floribus alternis ſubſeſſilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*triflora.* COTYLEDON foliis obovatis integris, floribus ſubpedunculatis ternis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Cacalioides.* COTYLEDON foliis teretibus, floribus corymboſis, caule fruticoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Flores lutei referunt Cacaliam.

*reticulata.* COTYLEDON fruticoſa, foliis teretibus, floribus reticulato-corymboſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Refert Staticem reticulatam.

*paniculata.* COTYLEDON fruticoſa, foliis oblongo-ovatis ſeſſilibus, panicula divaricata racemoſa.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Populifolium.* SEDUM foliis petiolatis cordatis dentatis, floribus paniculatis.
Sedum populifolium. *Pall. it. v. 3. p. 732. t. o. f. 2.*
*Habitat* in Sibiria.
*Caulis* herbaceus, ramoſus, erectus, patulus, lævis, pedalis.

*Folia*

*Folia* alterna, petiolata, remota, ad ramificationes tantum, petiolata, cordata, dentata, obtusa, carnosa, glabra.
*Paniculæ* breves, nec foliis longiores.
*Calyx* parvus.
*Petala* lanceolata, sessilia, alba, immaculata, patentia.
*Antheræ* rubræ.
Simillima Saxifragæ rotundifoliæ, sed folia cordata, crassa, carnosa, & fructificatio Sedi.

*glomerata.* BERGIA foliis obovatis crenulatis, floribus glomeratis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *D. D. Bergius.*
Differt a B. Capensi foliis minutis, glomeratis, itidem crenulatis; floribus minutis, glomeratis; caule magis diffuso, ramoso.

*Capensis.* BERGIA foliis lanceolatis s. ellipticis, floribus verticillatis.
Bergia capensis. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 359.

*compressa.* OXALIS scapis unifloris, foliis ternatis, foliolis obcordatis, petiolis dilatato-planatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*sericea.* OXALIS caulescens, pedunculis umbelliferis, foliolis obcordatis tomentosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Differt ab O. lanata pedunculis multifloris.

*punctata.* OXALIS scapo unifloro, foliis ternatis obcordatis punctatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *König. Thunberg. Sparrmann.*
Differt ab O. Acetosella foliis, si attente observas, confertim excavato-punctatis & radice non dentata sed bulbosa; minor etiam est & tenella.

*natans.* OXALIS scapo unifloro, foliis ternatis natantibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei, in fossis natans. *D. Sparrmann.*
*Caulis* filiformis, tenuissimus, pro aquæ profunditate, apice foliosus.

*Folia* alterna, conferta, ternata, petiolata, lævia, patentia.
*Foliola* ſubrotunda, integerrima, uno alterove interdum emarginato, ſeſſilia.
*Petioli communes* vix foliorum longitudine.
*Scapi* inter folia, uniflori, longitudine foliorum.
*Calyx* ſimplex.
*Petala* alba, baſi flaveſcentia.

*tomentoſa.* OXALIS ſcapo unifloro, foliis digitatis tomentoſis.
Oxys corniculata villoſa. *Pluk. mant. p.* 143. *t.* 350. *f.* 6.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Folia* utrinque tomentoſa: foliolis duodecim ad viginti, obovatis.
*Calyx* lanceolatus.
*Corolla* alba ſ. flaveſcens.

*lanata.* OXALIS ſcapo unifloro, foliis ternatis obcordatis tomentoſis.
Oxys bulboſa africana, folio cordato, parvo luteo umbellato flore. *Raj. ſuppl.* 548.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.* ♃.
*Radix* filiformis.
*Folia* ſupra viridia, hirta: pilis albis; ſubtus alba ſ. purpurea, denſe tomentoſa.
*Scapi* longi, uniflori: pedicellis cernuis.
*Calyx* laciniis lanceolatis.
*Corolla* flava.

*alpeſtris.* LYCHNIS petalis quadrifidis coronatis, foliis recurvis.
Lychnis quadrifida. *Scop. carn. ed.* 2. *n.* 519.
Lychnis alpina, foliis anguſtis reflexis, petalis quadripartitis. *Segu. ver.* 3. *p.* 186. *t.* 5. *f.* 1.
Viſcago foliis teneris recurvis, petalis quadrifidis. *Hall. hiſt. n.* 918.
Alſine alpina glabra, folio reflexo. *Pluk. alm.* 23. *t.* 75. *f.* 5.
*Habitat* in Auſtria. Jacquin. ♃.
*Radix* perennis.
*Caules* ſpithamæi, erecti, læves.

*Folia*

*Folia* lineari-lanceolata, lævia.
*Flores* e panicula dichotoma.
*Calyx* lævis: dentibus obtusis.
*Petala* quadrifida, alba, longitudine calycis.
*Styli* quatuor s. quinque.
*Capsula* calyce longior.

*candida.* FORSKOHLEA foliis dentatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *D. Thunberg.*
*Caulis* suffruticosus, lævis, similis F. tenacissimæ.
*Folia* ovalia, petiolata, alterna, tribus s. quatuor angulis s. dentibus utrinque, F. tenacissimæ multo minora, subtus niveo-tomentosa, supra scabritie adhærentia ut in F. tenacissima.
*Flores* axillares, sessiles, similes F. tenacissimæ sed minores.
*Petala* alba.

*tenacissima.* FORSKOHLEA foliis ovatis serratis.
Forskohlea tenacissima. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 363.

# DODECANDRIA.

## MONOGYNIA.

*Surinamensis.* DODECAS.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Frutex* Lycii barbari facie, lævis, subtetragonus: ramis oppositis, brevibus.
*Folia* opposita, obovato-oblonga s. cuneata, subpetiolata, lævia, obtusa, integerrima.
*Stipulæ* nullæ.
*Pedunculi* axillares, uniflori, breves, solitarii, longitudine calycis.
*Bracteæ* binæ, minutæ, sub calyce.
*Calyx* ante explicationem tetragonus, quadrivalvis, inferne turbinatus, teres.
*Petala* calyci inserta, ad divisuras.
*Stamina* receptaculo inserta iuxta germen, nec calyci.

*triplinervia.* BLAKEA ecalyculata, foliis triplinerviis.
Blakea quinquenervia. *Aubl. guian. p.* 525. *t.* 210.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Arbor* ſedecimpedalis.
*Folia* oppoſita, petiolata, triplinervia, ſpithamæa, ſubtus itidem coſtata & nervo marginali.
*Pedunculi* triflori.
*Flores* magnitudine Punicæ, diſtincti, absque perianthio infero.
*Perianthium* campanulatum, tri-ſ. quinquefidum, coriaceum, receptaculo a peripheria ad centrum ſtriato, perſiſtens.
*Petala* circiter ſeptem ovato-oblonga, calyci inſerta, ſeſſilia, lutea, intus alba, carnoſa.
*Filamenta* circiter duodecim ſ. quindecim, ſubcylindrica, calyci inſerta, deſinentia in antheras.
*Antheræ* ovatæ, compreſſæ, parallelæ, incurvæ, dorſo planiuſculæ, corolla breviores, quaſi truncatæ, non concatenatæ, e filamentis continuatæ & non filamentis inſidentes.
*Germen* inferum.
*Stylus* clavatus, teres, longitudine petalorum, deflexus ad latus inferius corollæ, extra circulum ſtaminum.
*Stigma* capitatum, ſtriatum.
*Bacca* ſubrotunda, multilocularis, coronata calyce, diſco concavo, annulo crenato, centro umbilicato.
*Semina* minuta.
Fructus luteus, ſapidus.
Raro flos in Herbario conſervari poteſt, quin frangatur.

*trinervia.* BLAKEA bicalyculata, foliis enerviis transverſim ſubtiliſſime ſtriatis.
Blakea trinervia. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 368.

*reſinoſa.* BEFARIA foliis ovatis, floribus congeſtis.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* 1. *t.* 8.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.
*Arbor* ramis proliferis, cortice rudi, tenello, ſubpubeſcente.

*Folia*

*Folia* ſparſa, ſubpetiolata, ovata, lævia, perennia, integerrima, longitudine pollicaria.
*Flores* e ſummitate ramorum, congeſti: pedunculis pubeſcentibus, unifloris, in racemis minime elongatis.
*Corolla* purpurea, valde reſinoſa ſ. viſcoſa.
*Stamina* prope baſin pubeſcentia.

*æſtuans.* BEFARIA foliis lanceolatis, floribus racemoſis.
Befaria æſtuans. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 368.
Icon *Mutiſ. amer. v.* 1 *t.* 7.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.
Similis B. reſinoſæ, altior.
*Folia* ſimilia B. reſinoſæ ſed lanceolata.
*Pedunculi* racemoſi, pedicellis longitudine floris, nec ut in B. reſinoſa brevioribus.

*Obſervatio.*

Befariæ ſaporem peculiarem amarum habent.
Affinitas cum Rhododendris.

*Canella.* WINTERANIA.
Winterania Canella. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 369.
Quantum differat a genere Drimys non dum bene ſcio. Flores Herbarii proprii adeo ſiccati ſunt, ut ad examinandum non valuerint. Obtinui vero ſequentem deſcriptionem a Cel. Botanico noſtro L. Montin, ex planta illius Herbarii factam:
*Flores* terminales, paniculati.
*Perianthium* coriaceum, forte monophyllum, licet lobi ſint ad baſin fiſſi, & lateribus unus alteri dextrorſum incumbat, campanulato-patens, trilobum.
*Lobi* rotundati, obtuſiſſimi, concavi, margine membranacei, ciliis minutiſſimis ciliati.
*Corolla* ni fallor pentapetala, licet inter plus quam viginti flores nec unica corolla expanſa ſit, & humefacta non absque vi dividi poſſit in quinque partes.
*Petala* ovalia, cymbiformia, obtuſa, coriacea, margine membranacea.
*Filamenta* nulla.

*Antheræ* viginti vel ultra, lanceolato-lineares, parallelæ, diſtinctæ, fere triquetræ, latere exteriori canaliculatæ, interiori angulo adnatæ ſuperiori parti nectarii, cui dimidio breviores, apice atropurpureæ, conniventes.
*Nectarium* tubuloſum, longitudine corollæ, infra ſtamina ventricoſum, germen includens, ſuperne conicum, obtuſe rotundatum.
*Germen* ſuperum, ovato-conicum, definens in Stylum breviſſimum vel fere nullum, nectario brevius & minime illud tranſiens.
*Stigma* ſimplex, truncatum.
Cortex huius arboris eſt Canella alba Officinarum.
Si planta genere a Drimys diverſa, locanda eſt in Monadelphia.

*meridiana.* PORTULACA foliis ellipticis carnoſis planis, geniculis piloſis, floribus ſeſſilibus terminalibus.
Portulaca curaſſavica lanuginoſa procumbens. *Herm. parad. t.* 215. non vero deſcriptio.
*Habitat* in India orientali. ☉. H. U.
*Caules* ſtatura Sedi acris, filiformes, herbacei, repentes, articulati, ramoſi, teretes, laxi, rubentes.
*Genicula* pilis aliquot adſperſa, radicantia.
*Folia* elliptico-lanceolata, lævia, ſubcarnoſa, terminalia. oppoſita, etiam quaterna.
*Flores* lutei, terminales, ſolitarii, ſeſſiles, cincti lana foliisque quatuor.
*Calyx* bivalvis, tenerrimus: foliolis ovatis, acutis, rubicundis.
*Stamina* quatuor ad octo, numero inconſtantia.
Floret hora duodecima per diem.
Genus novum ex hac conſtituit b. m. Parens & Meridianam vocavit; at differentia non tanta mihi viſa, quin cum Portulaca combinari poſſet, conſentiente affinitate. Polymorphum valde eſt Portulacæ genus quoad fructificationem & numerum partium. Si itaque una ſepararetur ſpecies, ſeparandæ etiam plures.

*Cuphea.* LYTHRUM foliis oppositis petiolatis ovato-oblongis scabriusculis, floribus dodecandris.
Cuphea viscosissima. *Iacqu. hort. v. 2. p. 83. t. 177.*
Balsamona Pinto. *Vandell. fasc. 1771. p. 15. t. 3.*
*Habitat* in Brasiliæ umbrosis humentibus. *D. La Tourette.* ☉. H. U.
*Radix* fibrosa, annua.
*Caulis* herbaceus, teres, erectus, pedalis, pubescenti-viscidus, purpurascens.
*Rami* alterni, simplices.
*Folia* opposita, petiolata, ovato-oblonga, integerrima, lævia.
*Flores* purpurei, laterales, brevissime pedunculati, solitarii, decumbentes.
*Calyx* monophyllus cylindricus, duodecim striatus, sexdentatus: dente superiori latiore; basi superiori producta; pubescenti viscidus.
*Corolla* hexapetala, petalis calycis fauci infertis, superioris lateris duobus maiusculis.
*Nectarium* Squamula reflexa, intra gibbum calycis.
*Stamina* duodecim, in fauce calycis.
*Capsula* oblongiuscula, unilocularis.
*Semina* plura, lentiformia, tandem nigra.
Capsula una cum calyce ante maturitatem longitudinaliter rumpitur, & exit adscenditque receptaculum seminum cum immaturis seminibus a latere interiori, ut nuda matureſcant, more Phrymæ.

*triflorum.* LYTHRUM glaberrimum, foliis oppositis subsessilibus lanceolatis integris, pedunculis axillaribus oppositis capitulo trifloro.
*Habitat* in America. ♃.
A reliquis facile distinguitur pedunculis filiformibus, terminatis bracteis binis, lanceolatis, canaliculatis, patentibus, flore longioribus, inter quas flores tres, æquales, brevius pedicellati, cærulei, parvi.

*Pemphis.* LYTHRUM fruticosum hirsutum, foliis oppositis oblongis integris, floribus axillaribus pedunculatis solitariis, capsula circumscissa unilocular.
Pemphis acidula. *Forst. gen. n. 34. t. 34.*
*Habitat* ad littora maris Zeylonæ. *König.* ♄.
*Frutex* canus,

*Folia* approximata, in ſummitate ramorum.
*Calyx* duodecimdentatus: denticulis inæqualibus.
*Petala* ſex, calyci inſerta, alba.
*Stamina* duodecim.
*Capſula* turbinata, unilocularis, circumſciſſa.
Genus videtur diverſum ob fructum unilocularem circumſciſſum, ſed ſi una valeret differentia ad genus ſeparandum, nimis multiplicarentur genera; Botanicus, quantum permittat differentia generica, genera naturalia ſeparare non debet.

*racemoſum.* LYTHRUM diffuſum, foliis oppoſitis petiolatis ovatis, racemis terminalibus, floribus oppoſitis.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
*Planta* ſuffruticoſa, diffuſa.
*Folia* ovata, integerrima, venoſa.
*Racemi* ex dichotomia ſ. terminales, longi.
*Flores* remoti, per paria oppoſiti, longi, pedicellati, erecti, bracteati.
*Bracteæ* ovatæ.
Apices ramulorum, Calyces & Pedicelli piloſo-viſcidi.

*dipetalum.* LYTHRUM hiſpido-viſcoſum, foliis ternis ſ. oppoſitis ſeſſilibus ovatis, floribus axillaribus nutantibus dipetalis.
*Habitat* in America. *Mutis.* ♄.
*Frutex* hiſpido-viſcoſus, fuſcus.
*Rami* alterni.
*Folia* ſeſſilia, ovato-oblonga, integerrima, utrinque hiſpiditate ſcaberrima, ſupra ſplendentia.
*inferiora* verticillata, quaterna, trina.
*ramulorum* oppoſita.
*Flores* axillares, pedicellati, nutantes.
*Calyx* linearis, hiſpidus, viſcoſus.
*Petala* bina, maiora, margini ſuperiori calycis inſerta, erecta, obovata, violacea ſ. cærulea.
Floribus ſpecioſa & diſtincta planta.

# DIGYNIA.

*decumbens.* AGRIMONIA foliis pinnatis hirſutis, caule procumbente, fructibus undique hiſpido-uncinatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Folia* radicalia Potentillæ Anſerinæ, pinnata.
*Foliola* circiter viginti, æqualia, ſerrata, ovata, villoſiſſima.
*Caules* pedales, procumbentes, ſubaphylli, ſimpliciſſimi, transeuntes in racemum.
*Fructus* ovati, tomentoſi, undique adhærentes, ſtimulis uncinatis, inferi plerumque monoſpermi, monogyni.

# TRIGYNIA.

*Mocanera.* VISNEA.
Mocanera. *Canar.*
*Habitat* in ſylvis montoſis inſularum Canarienſium. *Franc. Maſſon.* ♄.
*Frutex* parvus.
*Caulis* ſubverrucoſus, teres.
*Folia* alterna, erecta, breve petiolata, elliptica, glaberrima, venoſa, ſerrata, conſiſtentia Lauri.
*Pedunculi* axillares, ſolitarii, nutantes, vix petiolo longiores, nudi, uniflori.
*Flores* parvi.
*Corolla* lutea.
Flore foecundato erigitur pedunculus, calyx clauditur & incraſſatur, eiusque foliola tria exteriora fuſca piloſa evadunt.

*pinnatifida.* TACCA.
Tacca pinnatifida. *Forſt.* gen. n. 35.
Tacca littorea. *Rumph. amb.* v. 5. p. 328. t. 114.
Tacca ſativa. *Rumph. amb.* v. 5. p. 324. t. 112.
*Habitat* in India orientali & in Taheiti. *Sparrmann.* ♃.
Foliis ſimilis Dracontio polyphyllo.

PALLA-

*Caſpica.* PALLASIA.
Pterococcus aphyllus. *Pall. it. v. 2. p.* 738. *t.* S.
*Habitat* inter Wolgam & Iaicum in campis arenoſis verſus mare Caſpicum. ♄.
*Frutex* quadripedalis, ramoſiſſimus, aphyllus, articulatus: articulis interceptis ut Ephedræ.
*Folia* nulla.
*Flores* laterales ad genicula, glomerati, albi, parvi.

# ICOSANDRIA.

## MONOGYNIA.

*acida.* SONNERATIA.
Pagapata. *Sonnerat. voyag. p.* 16. *t.* 15. 16.
*Habitat* in uliginoſis Novæ Guineæ. ♄.
*Arbor.*
*Folia* oppoſita, ſubſeſſilia, oblonga, integerrima, venoſa, glaberrima, Hyperici.
*Flores* terminales, ſolitarii, magni.
*Petala* rubra.
*Fructus* ſimilis Meſembryanthemi, ſucco acido, veſiculoſo.

*Decaſpermum.* PSIDIUM foliis ovatis acuminatis planis, pedunculis unifloris bracteatis.
Decaſpermum fruticoſum. *Forſt. gen. n.* 37.
*Habitat* in Taheiti. *Sparrmann.* ♄.
*Frutex* glaber.
*Folia* petiolata, parva, integerrima, venoſa, non lineata.
*Pedunculi* axillares, foliis ſeſqui breviores, bracteati: bractea una ſ. altera, oblonga; ſericei, uniflori.
*Flores* parvi, albi.
*Calyces* ſericei.
*Capſula* ſ. *Bacca* parva, globoſa, toruloſa, calyce perſiſtente coronata.

*Penſylvanica.* PRUNUS umbellis ſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis, ramulis pallide punctatis.
*Habitat* in America ſeptentrionali. ♄. H. U.
*Facies* P. Ceraſi, ſed ramuli punctis albidis adſperſi, ut in P. virginiana.

*Folia*

*Folia* P. Cerasi, lanceolato-ovata, serrulata, lævia, basi glandulis duabus, sæpe rubris.
*Umbellæ* sessiles.
*Flores* P. Cerasi minores.

*pedunculata.* PLINIA floribus pedunculatis polyandris.
Plinia rubra. *Syst. veg. ed.* 13. p. 386.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dahlberg.* ♄.
*Arbor.*
*Folia* opposita, petiolata, simplicia, lævia myrtina, ovata.
*Flores* pedunculati, longitudine foliorum, subumbellati.
*Perianthium* foliolis quatuor, ovatis, concavis, patentibus, coloratis, reflexis.
*Petala* quatuor s. octo, obovata, sessilia, calyce duplo longiora.
*Filamenta* plurima, capillaria, longitudine petalorum, receptaculo inserta.
*Antheræ* subrotundæ.
*Germen* inferum, subrotundum, angulatum.
*Stylus* filiformis, longitudine staminum.
*Stigma* simplex.
*Bacca* subrotunda, magnitudine Pruni, octotoruloſa, unilocularis, calyce quadridentato umbilicata, P. croceæ simillima, rubra, sapida.
*Semen* unicum, subglobosum.

# DIGYNIA.

*maura.* CRATÆGUS foliis oblongis apice dentatis.
*Habitat* in Mauritania. *S. M. Wänström.* ♄.
*Statura* & *Facies* C. Oxyacanthæ.
*Frutex* cortice cinereo.
*Spinæ* in meo nullæ.
*Folia* oblonga s. sublanceolata, obtusa, lævia, apice tridentata s. quinquedentata: dentibus acutis.
*Flores* in corymbis ramosis, similes C. Oxyacanthæ.

PENTA-

# PENTAGYNIA.

*Xantho-carpus.* MESPILUS ſpinoſa, foliis ſubcuneiformibus crenatis, floribus ſolitariis, laciniis calycinis ſubfoliaceis inciſo-ferratis longis reflexis, fructibus ſubturbinatis punctato-verrucoſis.

*Habitat* in America ſeptentrionali. *Ehrhart.* ♄.

*Fruticulus* rigidus, ſpinoſus,

*Folia* ſubcuneiformia, crenata, craſſiuſcula, ſubtomentoſa, ſeſquipollicaria.

*Petiolus* breviſſimus.

*Pedunculus* ex apicibus ramulorum, ſolitarius, tomentoſus, longitudine germinis.

*Bracteæ* duæ ſ. tres, lineari-lanceolatæ, ſerratæ, deciduæ.

*Germen* tomentoſum.

*Laciniæ calycinæ* ſubfoliaceæ, lanceolatæ, inciſo-ſerratæ, reflexæ, germine longiores.

*Styli* quinque.

*Fructus* ſubturbinatus, pallide luteus, verrucis nigris punctatus, profunde umbilicatus, magnitudine drupæ Pruni inſititiæ.

*Nuces* quinque, oſſeæ.

*Phænopyrum.* MESPILUS ſpinoſa, foliis cordatis tri-quinque-ſ. ſeptemfidis ſerratis glabris, floribus corymboſis, ſegmentis calycinis deciduis, fructibus depreſſo-globoſis late-umbilicatis, nucibus apice denudatis.

*Habitat* in America ſeptentrionali. *Ehrhart.* ♄.

*Arbor* mediocris.

*Rami* ſpinoſi, albo-maculati.

*Folia* cordata, triſida, quinquefida ſ. ſeptemfida, acuminata, acute-ſerrata, glabra, magnitudine Betulæ albæ.

*Petiolus* tenuiſſimus, folio brevior.

*Corymbus* compoſitus.

*Bracteæ* ad baſin pedunculorum, ſolitariæ, ſubulatæ, minimæ, deciduæ.

*Flos* Cratægi Oxyacanthæ paulo minor.

*Dentes*

*Dentes calycini* breviſſimi, obtuſi, fructu maturo decidui.
*Styli* quinque.
*Fructus* depreſſo-globoſus ſ. verticilliformis, coccineus, magnitudine Ribis rubri: umbilico laxo, nudo.
*Nuces* quinque, oſſeæ: apicibus umbilicum replentibus, nudis.
*Floreſcentia* ſerotina & ultima huius generis.

*nivalis.* PYRUS foliis integerrimis, floribus corymboſis.
Pyrus nivalis. *Iacqu. auſtr. v. 2. p. 4. t. 107.*
*Habitat* in Auſtria. ♄.
*Arbor* ramulis craſſiuſculis.
*Folia* elliptica ſ. ovalia, petiolata, integerrima, ſubtus ſericea albidaque.
*Flores* terminales, corymboſi.
*Fructus* globoſus, acerbiſſimus, ſed maturus putreſcens dulciſſimus. *Iacquin.*

*ſalicifolia.* PYRUS foliis lineari-lanceolatis canis ſubtus albotomentoſis, floribus axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus.
Pyrus ſalicifolia. *Pall. it. v. 3. p. 734. t. N. f. 3.*
Pyrus ſylveſtris orientalis, folio oblongo incano. *Tourn. coroll. p. 43.*
*Habitat* in arenoſis deſertorum Sibiriæ. ♄.
*Arbor* primo vere florens.
*Fructus* habet pyriformes, turbinatos, parvos.

*Botryapium.* PYRUS inermis, foliis ovato-oblongis ſerratis acutis, racemis ſimplicibus elongatis.
Meſpilus canadenſis. *Syſt. veg. ed. 13. p. 388.*
*Habitat* in Virginia, Canada. *Ehrhart.* ♄.
*Arbor* decem-ſ duodecimpedalis, inermis.
*Folia* ovato-oblonga, ſerrata, acuta, tripollicaria: iuniora tomentoſa; adulta nuda, glabra.
*Racemi* ſimplices, elongati, ex apicibus ramulorum.
*Pedunculi* tomentoſi.
*Bracteæ* ſubulato-filiformes, villoſæ, caducæ.

*Petala*

*Petala* lineari-lanceolata, obtusa.
*Styli* quinque.
*Fructus* cæruleo-nigrescens, magnitudine baccæ Ribis nigri, quinquelocularis, succulentus, dulcis, gratissimus.
*Semina* decem, interdum pauciora, brunnea.
*Gemmæ* P. communis s. Populi tremulæ: squamis interne villosis.

*Amelanchier.* PYRUS inermis, foliis ovalibus obtusis serratis subtus tomentosis calvescentibus, stipulis subulatis lateralibus deciduis, racemo simplici paucifloro, petalis sublinearibus.
Mespilus Amelanchier. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 388.
*Habitat* in Helvetiæ, Austriæ, Galloprovinciæ, Germaniæ rupibus. *Ehrhart.* ♄.
*Frutex* orgyalis, inermis.
*Ramuli præteriti anni* epidermide alba soluta tecti.
*Folia* ovalia, obtusa, serrata, juniora subtus valde tomentosa, adulta calvescentia, vix pollicaria.
*Stipulæ* laterales, petiolo adnatæ, subulatæ, deciduæ.
*Racemus* simplex, quadri-s. quinqueflorus, tomentosus.
*Pedunculli* bracteati.
*Bracteæ* subulato-filiformes, tomentosæ, caducæ.
*Flores* P. Botryapii: interiores exteriores paulo superantes.
*Petala* lineari-lanceolata, obtusa.
*Styli* quinque.
*Fructus* cæruleo-nigrescens, magnitudine baccæ Ribis rubri, quinquelocularis, succulentus, dulcis, sapidus.
*Semina* decem, in quovis loculamento duo, fusca.
*Gemmæ* ovatæ, pubescentes, rufæ: squamis interne villosis.

*Arbutifolia.* PYRUS inermis, foliis ovato-lanceolatis tenuissime serratis: rachi supra glandulifera, corymbo composito.
Mespilus arbutifolia. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 388.
*Habitat* in Virginia. *Ehrhart.* ♄.
*Fruticulus* inermis.

*Folia*

*Folia* ovato-lanceolata, interdum obovata ſ. cuneiformia, tenuiſſime ſerrata, ſubtus villoſa, ſeſquiaut bipollicaria: adulta pagina ſuperiori rubra, inferiori lutea.
*Rachis* ſupra tota glandulifera.
*Glandulæ* confertæ, ſubulato-cylindricæ, luteo-rufeſcentes.
*Serraturæ* apice glanduloſo-cartilagineæ.
*Stipulæ* laterales, petiolo adnatæ, ſubulatæ.
*Corymbus* compoſitus, tomentoſus, ſex- ad duodecimflorus.
*Bracteæ* ſubulatæ, caducæ.
*Flores* vix magnitudine Cratægi Oxyacanthæ.
*Petala* obovata, alba, extus rubella.
*Antheræ* rubræ.
*Styli* quinque.
*Fructus* ſubgloboſus, quinquelocularis.
*Semina* in quovis loculamento duo, oblonga, fuſca.

rubra. α. fructu rubro.
*Folia* magis tomentoſa, minora.
*Fructus* ruber, magnitudine baccæ Ribis rubri, acerbus.

nigra. β. fructu nigro.
*Folia* minus tomentoſa, maiora.
*Fructus* niger, magnitudine fructus Cratægi Ariæ.

*Ivæfolia.* TETRAGONIA erecta, glabra, foliis petiolatis ovato-lanceolatis ſerratis, petalis deciduis.
Cerodea erecta. *Thouin lit.*
*Habitat* *Thouin.* ♄. H. U.
*Suffrutex* bipedalis, ramoſus, paniculatus, erectus.
*Caulis* tetragonus: angulis elevatis, rotundatis, ſcabris; ruber.
*Rami* oppoſiti.
*Folia* oppoſita, petiolata, horizontalia, ovato-lanceolata, inæqualiter ſerrata: ſerraturis pungentibus; ſcabra, plana, venoſa, pollicaria.
*Petioli* foliis triplo breviores, ſemiteretes, canaliculati.
*Stipulæ* nullæ.
*Flores* in ſummitate ramorum, axillares, terni, pedunculati, parvi, viridi-rubicundi.
*Pedunculi* breves, teretes, ſcabri, poſt floreſcentiam reflectuntur infra folia.

*Corolla* tetrapetala: petalis lanceolatis, medio dilatatis, inter foliola calycis exſertis, patentiſſimis, calyce longioribus, caducis.
*Stamina* plerumque duodecim, foliolis calycinis inſerta.
*Styli* margine planitiei germinis prope calycem inſerti.
Floruit mihi hoc autumno 1779 menſe Novembri, flores habuit cum & ſine petalis.
Differt hæc a Tetragoniis ut Ammannia latifolia cum petalis ab apetala.

*hirſuta.* TETRAGONIA herbacea, hirſuta, procumbens, foliis ovatis villoſis, floribus axillaribus ternis ſeſſilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſpicata.* TETRAGONIA glabra, herbacea, erecta, foliis inferioribus ovatis, ſupremis lanceolatis glabris, floribus racemoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*apetalum.* MESEMBRYANTHEMUM foliis lineari-ſublanceolatis ſubtus muricatis, caulibus proſtratis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. H. U.
*Caules* herbacei, proſtrati, teretes, rubentes: punctis obſoletis, papuloſis, nitentibus, ut tota planta, obtecti.
*Folia* oppoſita, linearia, parumque lanceolata, ſuccu-lenta, ſupra canaliculata, ſubtus ſemicylindrica, papulis ſubmuricata, obtuſa.
*Pedunculi* breves, papuloſi, uniflori.
*Calyx* foliolis inæqualibus, ſubulato-cylindricis.
*Petala* viginti quatuor, alba, diſtantia, ſetacea, breviſſima, quaſi totidem filamenta absque antheris, germini incumbentia.
*Filamenta* ſubulata, petalis ſimillima, ſed breviora.
*Antheræ* fuſceſcentes.
*Germen* inferum, orbiculatum, magnum, convexum, ſupra læve.
*Styli* quinque, approximati, breves.
*Stigmata* recurva.

MESEM-

*papulo-ſum.* MESEMBRYANTHEMUM foliis oppoſitis ſpathulato-oblongis papuloſis, floribus pedunculatis, calycibus linearibus.

Meſembryanthemum Aitonis. *Iacqu. hort. v.* 3. *p.* 8. *t.* 7.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ⊙. H. U.

*Caules* & *Rami* depreſſi, teretes, papuloſi ut omnes plantæ partes una cum calyce, apice dichotomi.

*Folia* oppoſita, amplexicaulia, fere connata, ſpathulato-oblonga, obtuſiuſcula.

*Flores* ex dichotomiis, ſolitarii, erecti, pedunculati: pedunculis filiformibus, deflexis.

*Calyx* laciniis inæqualibus, lineari-ſubulatis.

*Corolla* vix calyce longior, lutea.

*Capſulæ* depreſſæ, nudæ.

Differt a M. cryſtallino, cui papulis cryſtallinis ſimillimum, caule graciliore; foliis oppoſitis, anguſtioribus; laciniis calycinis ſubulatis, nec ovatis, latiſſimis; corolla multo minori, lutea, quæ in M. cryſtallino magna, alba.

*cryſtallinum.* MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis ovatis papuloſis, floribus ſeſſilibus, calycibus late ovatis acutis retuſis.

Meſembryanthemum cryſtallinum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 389.

*Calyx* formatur ſolummodo ex tribus laciniis, reliquæ duæ tam parvæ, ut ab his tribus latis excludantur.

*criniflorum.* MESEMBRYANTHEMUM foliis ovatis, ſcapis unifloris.

*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Montin.*

*Planta* magnitudine Bellidis perennis.

*Folia* ovato-oblonga, petiolata, punctis cryſtallino-papilloſis.

*Scapus* pollicaris, uniflorus.

*Calyx* profunde-quinquefidus: laciniis oblongis, obtuſiſſimis.

*Petala* quinque, oblonga, pedicellata, calyce longiora, alba.

*Stamina* ſetacea, alba, longiſſima.

*cordifolium.* MESEMBRYANTHEMUM foliis cordatis obtusis, caulibus proſtratis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Montin.*
*Caules* herbacei, proſtrati, pedales, utrinque ſulco exarati.
*Folia* oppoſita: oppoſitionibus remotis; petiolata, cordata, obtuſa, pollicaria.
*Flores* laterales, alterni, ſolitarii, pedicellati, longitudine foliorum, forte albi.
*Germina* ut in M. bienni, maiuſcula.
*Calyx* foliolis oppoſitis: maioribus ovatis; reliquis minoribus.

*pinnatifidum.* MESEMBRYANTHEMUM foliis pinnatifidis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.* ⊙. H. U.
*Caulis* herbaceus, dichotomus, craſſitie fili groſſioris, depreſſus, ſanguineus.
*Folia* oppoſita, oblonga, lyrata ſ. pinnatifida.
*Lobi laterales* utrinque tres, obtuſi: ſinubus patulis, obtuſis, non coſtam attingentibus.
*Lobus terminalis* impar, maior, acutior.
*Baſis foliorum* hinc dilatata, tamquam orta e ſtipula lata.
*Flores* axillares ramorum, ſolitarii, pedunculati, parvi, flavi.
*Pedunculus* deflexus, folio brevior.
*Petala* lanceolata.
*Fructus* turbinatus, pentagonus: vertice plano, reticulato, tamquam quinquevalvi.
Tota planta adſperſa micis veſicularibus, verſus autumnum tota rubra.
Planta pulchra & in hoc genere valde ſingularis.

*capillare.* MESEMBRYANTHEMUM foliis connatis teretibus papuloſis, caule erecto, ramulis unifloris filiformibus glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſarmentoſum.* AIZOON foliis linearibus filiformibus, panicula dichotoma, floribus ſolitariis pedunculatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Sparrmann.*
*Caules* proſtrati, ſarmentoſi, pedales.

*Folia*

*Folia* linearia, oppoſita, remota, lævia: baſi approximata, latiuſcula, perſiſtente.
*Flores* verſus ſummitatem caulis alterni, axillares: pedunculo unifloro, longitudine foliorum; pubeſcentes.

*paniculatum.* AIZOON hirſutum, foliis lanceolatis, floribus ſeſſilibus, ramis erectis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*perfoliatum.* AIZOON tomentoſum, foliis obovatis connatis cryſtallino-punctatis, floribus pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Glinoides.* AIZOON hirſutum, herbaceum, procumbens, foliis ovatis, floribus ſeſſilibus diſtinctis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſecundum.* AIZOON hirſuto-canum, herbaceum, procumbens, foliis ovatis, floribus ſeſſilibus imbricatis ſecundis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*fruticoſum.* AIZOON fruticoſum, erectum, glabrum, foliis lanceolatis, floribus ſeſſilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thuuberg.*

*rigidum.* AIZOON fruticoſum, procumbens, tomentoſum, foliis ovatis, floribus ſeſſilibus remotis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*argentea.* SPIRÆA fruticoſa, racemis compoſitis, foliis ſericeis cuneiformibus lineatis apice ſerratis ſubplicatis.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.
*Frutex* ramis ſtriatis, erectis: ramulis brevibus.
*Folia* alterna, petiolata, lanceolata, cuneiformia, utrinque albo-ſericea, lineata, apice ſerrata.
*Racemi* compoſiti, terminales, ramulis longiores.
*Flores* reliquis ſpeciebus minores, pentagyni: germinibus villoſis.

*palmata.* SPIRÆA foliis pinnatis: impari lateralibusque lobatis biſerratis, floribus cymoſis.
Spiræa palmata. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 393. *Pall. it. v.* 3. *p.* 735. *t. Q. f.* 1.
Spiræa lobata. *Iacqu. hort. v.* 1. *p.* 38. *t.* 88.
Spiræa foliolo impari maiore multifido. *Gmel. ſib. v.* 3. *p.* 192.
*Habitat* in Sibiria. ♃.
*Statura* & *Facies* S. Ulmariæ.
*Radix* odorata.
*Herba* inodora.
*Folia* fere S. Ulmariæ: foliolis lobatis.
*Flores* rubri.
*Fructus* S. Filipendulæ, nec contortus, ſed rectus.

*Ulmaria.* SPIRÆA foliis interrupte pinnatis: foliolis ovatis biſerratis ſubtus canis, floribus cymoſis.
Spiræa Ulmaria. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 393.

*Filipendula.* SPIRÆA foliis interrupte pinnatis: foliolis lanceolatis interrupte ſerratis glaberrimis, floribus cymoſis.
Spiræa Filipendula. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 393.

*Iaponica.* SPIRÆA frutieoſa, caule pubeſcente, foliis lanceolatis acutis ſerratis nudis, corymbo terminali compoſito.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.*
Similis S. ſalicifoliæ, at ab illa differt foliis acutis, corymbo & caule pubeſcente.

# POLYGYNIA.

*pumila.* ROSA germinibus ovatis, petiolis pedunculisque hiſpidis, caule ſuperne aculeatiſſimo.
Roſa pumila. *Cluſ. hiſt.* 117. *Iacqu. auſtr. v.* 2. *p.* 59. *t.* 198.
Roſa ſylveſtris pumila rubens. *Bauh. pin. p.* 483.
*Habitat* in Auſtria. ♄.
*Ramuli* aculeis copioſiſſimis, qui in caulibus decidunt.
*Fructus* magni, pyriformes.

*microphyllus.* RUBUS fruticosus, aculeatus, glaber, foliis simplicibus cordatis ovatis obtusis sublobatis, pedunculis solitariis unifloris.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.* ♄.
Similis R. parvifolio, sed ille tomento canescit & habet folia semper ternata subtus alba.
*Caules* glaberrimi, teretes, rarius aculeati.
*Folia* parva, petiolata, cordata, obtusa, subtriloba, serrata, inermia.
*Petioli* & *Pedunculi* inermes.
*Flores* parvi, magnitudine Potentillæ.

*corchorifolius.* RUBUS fruticosus, aculeatus, tomentosus, foliis simplicibus oblongis cordatis serratis, pedunculis solitariis unifloris.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* in caule, petiolis, & rarius sub foliis, aculeatus.
*Caulis, Folia subtus, Petioli, Pedunculi, Calycesque* tomento cani.
*Petala* calyce vix longiora.

*Iaponicus.* RUBUS fruticosus, inermis, glaberrimus, foliis simplicibus cordatis oblongis acuminatis duplicato-serratis, pedunculis solitariis unifloris.
Rubus iaponicus. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 395.
*Frutex* inermis, glaberrimus.
*Folia* valde acuminata, exacte duplicato-serrata.
*Petala* calyce multo maiora.

# POLYANDRIA.

## MONOGYNIA.

*grandis.* CAPPARIS arborea, mitis, foliis ovatis acutis glabris, corymbis terminalibus, fructu globoso.
*Habitat* in Zeylona. *König.* ♄.
*Arbor* magna, cana.
*Folia* alterna, ovata, integerrima, acuta, venosa, glabra.
*Stipulæ* nullæ.
*Corymbi* terminales: fructiferi in racemum elongati.
*Flores* luteo-albidi.
*Fructus* maiores, globosi.

*horrida.* CAPPARIS arborea, ſtipulis aculeatis, ramis flexuoſis, foliis ovato-lanceolatis mucronatis glabris, floribus axillaribus binis.
*Habitat* in Zeylona. *König.* ♄.
*Arbor* rigida: ramis flexuoſis: aculeis binis, ſtipularibus, ab exortu foliorum rubicundis, rigidis.
*Folia* petiolata, baſi ovata, ſenſim attenuata, ſpinula terminata.
*Pedunculi* bini, axillares, uniflori.

*meridionalis.* TERNSTRÖMIA.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* 1. *t.* 9.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.
*Arbor* ramis determinatis: ramulis ſimplicioribus, rigidulis; cortice cinereo.
*Folia* alterna, ſubpetiolata, coriacea, perennia, ovalia, obtuſa, ſubemarginata, margine ſubrecurvata, integerrima, avenia.
*Stipulæ* nullæ.
*Pedunculi* axillares, groſſiores, compreſſo-ancipites, foliis dimidio breviores, cernui.
*Calyx* rigidus, fere cartilagineus.
*Corolla* ſæpius quinquepartita, rarius ſexpartita, alba, primo globoſa, dein campanulata.
*Bacca* ſicca, quia matura caſu abſque valvulis rumpitur, atque adeo conſtantem nullam valvularum ſtructuram retinet.
*Semina* ſanguinea, ſericea.

*Theæformis.* ALSTONIA.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.
*Frutex* glaberrimus, Theæ Boheæ ſimilis habitu, foliis, calycibusque imbricatis, ſitu florum etc.
*Folia* alterna, breviſſime petiolata, approximata, elliptica, obtuſiuſcula, baſi integra, a medio ad apicem obtuſe ſerrata, rigida, venoſa.
*Stipulæ* nullæ.
*Flores* axillares, tres ſ. quatuor, ſeſſiles.
*Calyx* glaberrimus: ſquamis rotundatis, viridibus, margine membranaceis.
*Corollæ* albæ, patentes.
Folia ſiccata & maſticata ſalivam tingunt virideſcentem, & ſaporem Theæ omnino reddunt. An uſui Theæ inſervire poſſent?

MYRI-

*officinalis.* MYRISTICA.
Le Muſcadier. *Sonnerat. voyag. t.* 116. 117. 118.
Nux Myriſtica mas. *Rumph. amb. v.* 2. *p.* 24. *t.* 5.
*Hoſpitatur* in Inſula Banda. *Nordberg.* ♄.
*Arbor.*
*Folia* alterna, petiolata, ovata, acuta, venoſa, glabra, integerrima, ſubtus albida.
*Pedunculi* axillares, cernui, uniflori.
*Flores* parvi.
*Fructus* magnitudine & figura Pyri communis minoris, luteo-vireſcentes, glabri.
Hanc deſcriptionem feci ſecundum proprium ſiccatum ſpecimen ab Inſula Banda miſſum, cui adfuit unicus flos fere perditus. Figuram & deſcriptionem D. Sonnerati vidi omnino convenire. Siccam hanc plantam nomine Myriſticæ miſſam veram eſſe, teſtati ſunt plurimi fructus qui adfuerunt. Miror itaque ſimilitudinem fructus Virolæ ſebiferæ Aubl. guian. p. 904. t. 345. & magnam diſſimilitudinem partium fructificationis & figuræ foliorum. At plures habet ſpecies Myriſticæ Rumphius, diverſiſſima forma. Deſcriptionem, quam feci, corrigent Autoptæ; meliorem præſtare occaſio mihi data non fuit.

*Africana.* SPARRMANNIA.
*Habitat* in Africa. *Sparrmann.* ♄.
*Frutex* ramis alternis, erectis, piloſis, teretibus.
*Folia* alterna, longe petiolata, dependentia, cordata, ovata, ſublobata, ſerrata, acuminata, novemnervia, utrinque hiſpida.
*Petioli* teretes, piloſi.
*Stipulæ* laterales, ſubulatæ, piloſæ, erectæ.
*Pedunculi* oppoſitifolii, petiolis longiores, erecti, piloſi, terminati in umbellam more Geraniorum: involucro polyphyllo, ſubulato, breviſſimo.
*Pedicelli* piloſi.
*Calyces* piloſi, ſimpliciſſimi, non ariſtati.
*Petala* arcte reflexa, flava.
*Nectaria* lutea.
*Stamina* atropurpurea.
*Piſtilla* ſtaminibus multo longiora, lutea.

*Capſula* echinata, fuſca.
*Semina* nigra.
Flores ante floreſcentiam pedunculis deflexis, ſub floreſcentia eriguntur pedunculi, at flores nutant, peracta floreſcentia eriguntur flores pro germine maturando, eodem modo ac in Dodecatheo.
Herba ſimilis Triumfettis ſ. Commerſoniæ exactius, pedunculus & infloreſcentia Geraniorum, fructus Hibiſci, at aculeatus ut in Geis; inde quaſi a pluribus generibus compoſita.

*ſtipularis.* VALLEA.
Icon. *Mutiſ. amer. v. 7. t.* 10.
*Habitat* in Nova Granada ſub temperie frigida. ♄.
*Arbor* biorgyalis.
*Folia* alterna, petiolata, cordata, integerrima, ſubtus ſubtomentoſa.
*Petioli* foliis breviores.
*Stipulæ* ſeſſiles, reniformes, amplexicaules, integerrimæ, majusculæ.
*Panicula* trifaria, ramorum, terminalis.
*Flores* ſanguinei.
Numerus partium fructificationis communiter quaternarius, variat quinario.

*ſerratus.* ELÆOCARPUS monogynus, foliis alternis oblongis ſerratis, racemis axillaribus.
Elæocarpus ſerratus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 410.
Dicera dentata. *Forſt. gen. n.* 40.

*Dicera.* ELÆOCARPUS tetragynus, foliis oppoſitis ovatis duplicato-ſerratis, racemis lateralibus oppoſitis.
Dicera ſerrata. *Forſt. gen. n.* 40.
*Habitat* in Nova Zeelandia
Structura floris convenit cum E. ſerrato, at differt ſtylis quatuor, fructu baccato, quadriloculari: loculis diſpermis.

DI-

# DIGYNIA.

*alnifolia.* FOTHERGILLA.

Fothergilla Gardeni. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 418.
*Habitat* in Carolina. *Garden.* ♄.
*Arbor* facie & foliis Betulæ Alni.
*Folia* alterna, petiolata, cuneiformia, integra, apice ſerrata: ſerraturis maioribus, paucioribus; ſupra viridia, ſubtus cana: iuniora ſubtus albido-tomentoſa.
*Flores* ſpicati, terminales, congeſti, quaſi in capitulum oblongum, albi.
*Capſulæ* magnæ, ovatæ, hirſutiſſimæ, acutæ, biloculares.
*Valvulæ* aperiuntur in cuſpides quatuor, dum ſemina matura ſunt.
Flores primo vere e gemmis terminalibus ante folia proveniunt.

# TRIGYNIA.

*puniceum.* DELPHINIUM labellis bipartitis piloſis, nectarii cornu recto, foliis multipartitis; bracteis calycinis nullis.

Delphinum puniceum. *Pall. it. v.* 3. *p.* 96.
*Habitat* in Sibiria. *Pallas.* ☉. H. U.
Differt ab omnibus reliquis ſpeciebus fuſco-rubente colore florum ut in Veratro nigro.
In omnibus D. elato ſimillima, ſed differt: Caule, Petiolis & Pedunculis pubeſcentibus, Petalis corollæ æqualibus, Corolla magis regulari quam in D. elato, labellis profunde partitis, rectis, Cornu recto, lævi, longitudine pedicellorum, Bractea ſubulata utrinque ad baſin corollæ nulla. Primum credidi varietates eſſe, poſtea vero comparatis partibus plurimas vidi differentias.

PEN-

# PENTAGYNIA.

*Iuniperina.* BRATHYS.

*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.

*Frutex* facie media inter Ericam & Iuniperum, valde ramoſus, erectus: ramis foliis tectis.

*Folia* oppoſita, confertiſſima, linearia, aceroſa, pollicaria, acuta, inermia, perennia.

*Flores* terminales ramorum, nonnulli ſimul, ſeſſiles.

# HEXAGYNIA.

*Acoroides.* STRATIOTES foliis enſiformibus planis glaberrimis, ſpatha apice barbata.

Acorus marinus. *Rumph. amb. v.* 6. *p.* 191. *t.* 75. *f.* 2.

*Habitat* inter Inſulas Zeylonicas. *König.*

*Radix* repens, parum ramoſa, articulata, ut in Acoro.

*Folia* radicata, conferta, linearia, plana, marginata, apice rotundata, integerrima, apicem verſus ſubſerrata, ſubcoriacea, quadripedalia.

*Margo* elevatus, obtuſus, glaberrimus.

*Vaginæ* membranaceæ, tenerrimæ, foliis adnatæ.

*Scapus* interfoliaceus, ſimpliciſſimus, ſolitarius, erectus, filiformis, verſus florem incraſſatus, glaber, nudus, tri-ſ. quadripedalis, uniflorus.

*Spatha* linearis, compreſſa, fuſco-viridis, diphylla.

*Foliola* membranacea, patentia, complicata, obtuſa, carina apicem verſus fibrillis barbata.

*Flos* ſuperus.

*Perianthium* triphyllum, corolla brevius.

*Foliola* concava, membranacea, obſcure viridia, punctis ſanguineis conſperſa.

*Petala* tria, linearia, acuta, plicis transverſalibus undulata, flaccida, alba, rubro-fucata, præſertim in apicibus.

*Filamenta* vix ulla.

*Antheræ* duodecim, lineares, acuminatæ, compreſſæ, alternæ breviores, extus ſanguineo-punctatæ, interiori latere virides, hirſutæ.

*Germen* inferum, lineare, compreſſum, ſquamis fimbriatis undique imbricatum, viride, baſi flaveſcens.

*Drupa*

*Drupa* ovata, compreſſa, fibris hirſuta, magnitudine ovi Gallinæ, quadri-ſ. ſexlocularis.
*Semina* quatuordecim ſ. plura.

# POLYGYNIA.

*Granadenſis.* DRIMYS pedunculis axillaribus elongatis, trifidis, piſtillis octo.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.
Hanc ſolam varietatem D. Winteri a climate calidiori cauſatam eſſe puto.
*Rami* longiores.
*Folia* oblonga, ſubtus magis glauca, ut fere albida, longiora.
*Pedunculi* axillares, ſolitarii, bini ſ. terni, filiformes, elongati, foliis tamen breviores, ſupra medium trifidi.
*Pedicelli* uniflori.
*Calyx* ut in D. Winteri.
*Petala* ut in D. Winteri, ſed duodecim, magis oblonga, unde flores maiores: interiora exterioribus minora.
*Stamina* ut in D. Winteri.
*Germina* octo, a quo numero flores rarius variant.
*Baccæ* totidem ac piſtilla.
*Semina* ſubbina, nitida.
Corticis ſapor idem cum D. Winteri.
Ex hac Pater b. m. novum fecerat genus, quod ſi male huc reductum, crimen eſt meum. Numerus quidem partium, ſed non Natura negaret hanc a me factam conjunctionem.

*Winteri.* DRIMYS pedunculis aggregatis terminalibus, piſtilis quatuor.
Drimys Winteri. *Forſt. gen. n.* 42. *Forſt. Act. upſal. v.* 3. *p.* 181. *Medical obſerv. v.* 5. *p.* 41. *t.* 1. figura bona. *Miller faſc.* figura pulcherrima.
Periclymenum rectum foliis laurinis, cortice aromatico acri. *Act. angl. ann.* 1693. *n.* 204. *p.* 922. *t.* 1.
*Habitat* in Americæ auſtralis vallibus ſoli expoſitis. *Forſter.* ♄.

*Arbor*

*Arbor* ſempervirens.
Ex hac Cortex Winteranus Offic. verus, diverſiſſimus a Canella alba officinali figura, qualitatibus & vi.

*axillaris.* DRIMYS pedunculis ternis axillaribus, piſtillo unico.
Drimys axillaris. *Forſt. gen. n.* 42. *Forſt. Act. upſ. v.* 3. *p.* 182.
*Habitat* in Novæ Zeelandiæ nemoribus. *Forſter.* ♄.
Sapor totius plantæ & inprimis corticis acerrimus eſt & pungens.
Floret menſe Novembri.
Proxima affinitate Micheliis.

*diſcreta.* UNONA.
Peyricoboom. *Surinam.*
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Arbor* ramis virgatis, anguſtis, flexilibus.
*Folia* bifaria, alterna, petiolata, liguſtrina, glabra, integerrima, digitalia.
*Petioli* breviſſimi.
*Pedicelli baccarum* intra corollam, umbellati.
Flos Annonæ, ſed Fructus diverſus, purpureus, ſapidus, aromaticus, qui diſtinguit genus uti in Theobroma & Ambroma.

## *Annotatio.*

Unona, Annona, Xylopia floris characſtere ſimillimæ, potius Gynandris aſſociandæ, cum ſtamina germini inſideant.

*hexapetala.* ANNONA floribus hexapetalis.
*Habitat* in China. ♄.
*Colitur* in India orientali.
*Arbor* ſimillima pluribus Annonis.
*Folia* elliptica, glabra.
*Calyx* triphyllus, minutus.
*Petala* ſex, æqualia, oblonga.
*Fructus* mihi ignotus.

*tenuifolia.* ATRAGENE foliis duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

CLEMA-

*hexapetala.* CLEMATIS foliis compositis: foliolis ovatis serratis, pedunculis diphyllis, corolla patente hexapetala.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.*
Scandens, simillima reliquis.
*Flores* lutescentes.

*staminеum.* THALICTRUM staminum filamentis petaliformibus lanceolatis.
*Habitat* in Sibiria.
*Radix* fibrosa, nigra.
*Caulis* pedalis, simplex, ramo sæpe unico, substriatus, basi violaceus.
*Folia* triternato-pinnata: radicalia duo s. tria; caulinum unicum.
*Pinnæ* parvæ, ovatæ, obtusæ: extimæ certe tripartitæ.
*Panicula* alba, congesta.
*Pedunculi* uniflori.
*Calyx* ut in reliquis.
*Filamenta* petaloidea, lanceolata, colorata, nervosa, patentia.
*Antheræ* angustissimæ.

*styloideum.* THALICTRUM foliis tripartito-pinnatis, stylis basi alatis.
*Habitat* in Sibiria. ♃.
*Caulis* folio uno, alterove.
*Folia* radicalia & caulina tripartita: foliolis bipinnatis.
*Pinnæ* subcordatæ, tri-aut quinquedentatæ.
*Panicula* terminalis.
Species distinctissima stylis subulatis, utrinque basi in alam semiorbicularem verticalem dilatatis.

*filia.* ADONIS foliis bipinnatis: foliolis linearibus pinnatifidis.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei.
Filia Adonis Capensis, cui adeo similis, ut ne quidquam differat caule, umbella, calyce, petalis, staminibus & pistillis.
*Folia* umbellatarum (Dauci,) pinnata.
*Folia partialia inferiora* longius petiolata.
*Folia propria* pinnatifida.
*Pinnæ* inæqualiter dentatæ.

*Capenſis.* ADONIS foliis biternatis: foliolis ſubcordatis.
Adonis capenſis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 427.

*veſicatoria.* ADONIS foliis biternatis: foliolis ſerratis glabris, floribus decapetalis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Folia Afris pro Veſicatoriis adhibentur.

*Penſylvanicus.* RANUNCULUS calycibus reflexis, caule erecto, foliis ternatis trifidis inciſis ſubtus piloſis.
*Habitat* in Penſylvania. ⊙. H. U.
*Caulis* erectus, ramoſus, teres: pilis patulis.
*Folia* ternata, ſublineata, ſubtus uti petioli piloſa.
*Foliola* trifida, acuta, inciſa, ſerrataque.
*Pedunculi* teretes, læves, vagi.
*Calyx* reflexus: foliolis ovatis, concavis.
*Petala* quinque, lutea, vix calycis magnitudine.
*Stamina* parva, longitudine corollæ.
*Germinum capitulum* ovatum, corolla longius.
*Semina* ovata, compreſſa, mucronata.

# DIDYNAMIA.
## GYMNOSPERMIA.

*lavendulacea.* NEPETA foliis ovatis inciſo-ſerratis lineatis, ſpica compacta.
*Habitat* in Sibiria. ♃. H. U.
*Radix* perennis.
*Caulis* erectus, brachiatus, teres, purpuraſcens, albido-piloſus, ſpithamæus ſ. pedalis.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, lineata, obtuſiuſcula, profunde obtuſe ſerrata, Veronicæ officinalis ſimilia: infima integerrima.
*Petioli* longitudine fere foliorum.
*Spica* terminalis, obtuſiuſcula, ovato-oblonga.
*Bracteæ* arctæ, ovatæ, acutæ, longitudine calycis.
*Flores* omnino ſeſſiles.
*Calyx* fuſco-cæruleſcens, piloſus.
*Corolla* violacea, in hoc genere maxima.
*Labium ſuperius* acute bifidum.
*inferius* vix crenatum.
*Stamina duo* longitudine labii ſuperioris.
*duo* extra faucem.
*Antheræ* bipartitæ.

*multifida.* NEPETA foliis bipinnatis linearibus, floribus ſpicatis.

Nepeta multifida. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 442.
*Habitat* in Sibiria. *Gmelin.* ☉. H. U.
*Caulis* erectus, brachiatus, quadrangularis.
*Folia* bipinnata, linearia, nuda, cordata: laciniis obtuſis.
*Spica* terminalis, hexagona, alba, ſeſſilis.
*Flores* albi, parvi.
*Labium ſuperius* acute bifidum, erectum.
*inferius* trifidum: laciniis lateralibus emarginatis; media biloba, ſubcrenata.

*Amboinica.* NEPETA foliis cordatis obtuſis crenatis, bracteis ovatis.

Nepeta indica rotundiore folio. *Moriſ. hiſt. v.* 3. *p.* 415. *ſ.* 11. *t.* 6. *f.* 7.
Katu-Kurka. *Rheed. mal. v.* 10. *p.* 179. *t.* 90.
*Habitat* in Amboina. ♄.
*Caulis* ſuffruticoſus.
*Rami* erecti, tetragoni, pubeſcentes, inferne atropurpuraſcentes.
*Folia* oppoſita, petiolata, cordata, obtuſa, obtuſe crenata, ſupra lineata, molliſſime ſubtomentoſa, viridia, ſubtus venoſa.
*Petioli* apice dilatati, breves.
*Flores* ſubverticillati.
*Bracteæ* duæ, minutæ, ovatæ, acutæ, integerrimæ.
*Corollæ Labium ſuperius* album, breve.
*inferius* violaceum.

*carnoſa.* LAVANDULA foliis cordatis crenatis glaberrimis carnoſis.

*Habitat* intra rupes prope Sadraſſam. *König.* ♄. H. U.
Planta tempore florendi aphylla.

*plumoſa.* MENTHA caule fruticoſo, foliis ovatis petiolatis ſerratis ſubtus albo-tomentoſis, paniculis dichotomis terminalibus.

*Habitat* in Teneriffa circa Puerto de la Orotava. *F. Maſſon.*

Dubius valde ſum an hæc non ſola ſit varietas vel eadem cum M. canarienſi, quamvis plumoſis paniculis diverſiſſima eſſe videtur.

*Caule Foliisque* illa ſimillima, niſi quod folia huius ſubtus tomento albidiora.

*Paniculæ* terminales & axillares per totum caulem dichotomæ, per plures ſeries diviſæ, divaricatis ramulis rotundam conſervant formam, piloſæ, tandem folia obtegunt, ut vix appareant in ſummitatibus ramorum.

*Calyces* plani, ſtellati: radiis ſubulatis, villoſiſſimis: pilis patentibus.

*Corolla* parva.

*Receptaculum* villoſum.

*nepetifolia.* PHLOMIS foliis cordatis acutis ſerratis ſubtomentoſis, calycibus ſex-ſ. octodentatis: dente ſupremo infimoque maiori, caule herbaceo.

Phlomis nepetifolia. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 451.

*Habitat* in India orientali & occidentali. ☉. H. U.

*Caulis* tetragonus, quadriſulcatus, erectus, ſexpedalis, lævis: ſulcis inter folia iſthmo interceptis.

*Folia* oppoſita, petiolata, cordata, groſſe ſerrata, venoſa, vix villoſa aut glabra, Lamii albi.

*Verticilli* globoſi, ad apicem duo ſ. tres.

*Bracteæ verticillorum* foliaceæ, diphyllæ, longiores, dependentes, binæ.

*Calycis Tubus* villoſus.

*Limbus* dentibus vix pungentibus, ſex ſ. octo: ſupremo & infimo maiore; reliquis inter ſe æqualibus, acutis.

*Corolla* Ph. Leonuri, fulva, holoſericea.

*Labium inferius* nudum, trifidum, obtuſum, parvum, mox marceſcens.

*grandiflorum.* DRACOCEPHALUM foliis crenatis: radicalibus cordatis, caulinis orbiculatis ſeſſilibus, bracteis acuminato-dentatis.

Dracocephalum grandiflorum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 454.

Dracocephalum altaienſe. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 454. *Laxmann. Act. petrop. v.* 15. *p.* 555. *t.* 29. *f.* 2.

*Habitat* in Sibiriæ alpibus. ♃. H. U.

*Caules* ſemipedales, tetragoni, ſimpliciſſimi, ſubpubeſcentes.

*Folia*

*Folia radicalia* Betonicæ, petiolata, cordata, obtuſa, obtuſe ſerrata, rugoſa, pubeſcentia.
*Folia caulina ſ. ſuperiora* fere cuneata, rotundata, obtuſiſſima, crenato-dentata.
*Bracteæ* utrinque binæ, obtuſiſſimæ, longitudine calycis, acuminato-dentatæ, præter *Bracteolas* florum lateralium duas, minutas, lanceolatas.
*Verticilli* floribus utrinque ternis.
*Calyces* ſubpedunculati, tubuloſi, quinquefidi: dentibus tribus ſuperioribus minus diviſis.
*Corollæ* magnæ, cæruleæ.
*Faux* valde inflata, dorſo utrinque ſtria elevata.
*Labium ſuperius* bifidum, obtuſum.
*inferius* trifidum: laciuia media maiore, atro-cærulea, reflexa, apice barbata.
*Stamina* quatuor, ſub labio ſuperiore.
*Antheræ* oblongæ.
*Stigmata* duo, acuta.
Planta in Speciebus plantarum deſcripta huius mera varietas fuit.

*punctatum.* OCYMUM caule tereti, foliis ovatis rugoſis, floribus ſpicatis.
*Habitat* in Abyſſinia. ⊙.
Facies Perillæ minoris. *Flores reſupinati* Ocymi.
*Caulis* herbaceus, omnino teres, pedalis, inferne divaricate-ramoſus, ſubhiſpidus, rufo-punctatus: punctis oblongis.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, ſerrata, rugoſa, lineata, piloſa.
*Stipulæ* nullæ.
*Spicæ* terminales, pedunculatæ.
*Bracteæ* ovatæ.
*Flores* cernui.
*Corollæ* cæruleſcentes, magnitudine Thymi, reſupinatæ.
*Labium ſuperius* quadrifidum, albidum.
*inferius* compreſſum.
*Stamina* Ocymi.

*verticillatum.* OCYMUM racemo elongato nudo, floribus verticillato - quaternis pedunculatis, foliis obtuſis.
*Habitat* in India. *D. Montin.*
*Caulis* pedalis, totus lævis, racemo brevior, adſcendens.
*Folia* oppoſita: oppoſitionibus quinque ſ. ſex; petiolata, ovata, obtuſa, lævia: ſerraturis utrinque duabus.
*Petioli* longitudine foliorum.
*Racemus* erectus, herba longior, nudus, filiformis.
*Flores* verticillati, ut Hottoniæ, quaterni.
*Pedicelli* capillares, longitudine fere florum.
*Bracteæ* ad pedicellos binæ, ovatæ, minutæ, læves.
*Calyx* campanulatus, acutus, quinquedentatus, ſubæqualis, absque ullo dente latiore incumbente.
*Corollæ* reſupinatæ, curvatæ: labio latiore, reflexo.
*Stamina duo* longitudine corollæ.
*duo* breviora.

*capitellatum.* OCYMUM herbaceum, foliis ovatis, floribus aggregatis, petiolis lateralibus.
Koſaria. *Forſk. arab.* 164. *n.* 34. *t.* 20. ſed flores minores noſtris.
*Habitat* in China. H U.
*Caulis* oleraceus, obtuſe - tetragonus, biſulcatus, parce ramoſus, pedalis.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, obtuſe ſerrata, coſtata, rugoſa, Lamii, lævia, non nitida.
*Petiolus* ſenſim deſinens in folium.
*Pedunculi* axillares, ſolitarii, capitulo floribus aggregatis magnitudine nucis Coryli.
*Calyx communis* penta-ad decaphyllus, longitudine floris.
*Perianthia propria* tubuloſa, quinqueſida, raro quadriſida, æqualia.
*Corollæ* albæ, minimæ, oculo nudo vix diſcernendæ.
*Tubus* tenuis, longitudine calycis.
*Limbus* quadrifidus: lacinia ſuperiore vix concava, bifida; inde totus quinqueſidus, reflexus.

*dehiſcens.* PHRYMA calycibus tandem longitudinaliter dehiſcentibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.*
*Caules* baſi ſuffruticoſi.
*Rami* oppoſiti, pauci, erecti.
*Folia* oppoſita, ſubpetiolata, cuneata, ſuperne rotundata, latitudine & longitudine æqualia, novemdentata, craſſiuſcula.
*Racemi* terminales, ſolitarii, ſimpliciſſimi, erecti, breviſſime pedicellati.
*Bracteæ* minutæ, ſubulatæ, ſolitariæ.
*Calyx* monophyllus, teres, quinqueſulcatus, truncatus, quinquedentatus, matureſcens latere extero longitudinaliter dehiſcens.
*Corolla* Verbenæ, monopetala.
*Tubus* longitudine calycis.
*Limbus* quinquefidus, parvus, ſubæqualis: laciniis rotundatis.
*Stamina* quatuor, didynama.
*Germen* oblongum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* obtuſiuſculum.
*Semen* unicum, calycem replens, rumpens, compreſſiuſculum, teretiuſculum, baſi compreſſo-cuneiforme, biloculare.
*Seminulum* lineare, ſolitarium.
Semen unicum ut in P. Leptoſtachya, ſed biloculare.
Calyx & Corolla regulares ſunt.
Matureſcente fructu calyx longitudinaliter rumpitur, ut ſemen nudum iaceat fere modo Lythri Cupheæ.
Evitaturus multiplicationem Generum hanc Phrymæ aſſociavi, usque certiora innoteſcant, quamvis ſpecies aliena.

*Leptoſtachya.* PHRYMA foliis ovatis ſerratis petiolatis, calyce monophyllo quinquefido.
Phryma Leptoſtachya. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 458.
Verbenis affinis.

# ANGIOSPERMIA.

*Gymnandra.* BARTSIA diandra, foliis radicalibus binis petiolatis, caule ſubdiphyllo uniſpicato: ſpica lineari obtuſa, verticillis bracteatis coarctatis.

Gymnandra borealis. *Pall. it. v.* 3. *p.* 710. *t. A. f.* 1.

Lagotis glauca. *Gärtner. Act. petrop. v.* 14. *p.* 533. *t.* 18.

Veronica foliis inferioribus ovatis crenatis, ſuperioribus rotundis mucronatis, caule ſpica terminato. *Gmel. ſib. v.* 3. *p.* 219. *n.* 13.

Gerberia. *Steller. manuſcr.*

*Habitat* in terris arcticis, circa Obum, in alpibus Dauriæ ſummis, in Kamtſchatcæ rupibus calvis frigidiſſimis, earumque latus boreale, ubi nulla alia planta creſcit, amans. ♃.

*Radix* ſubhorizontalis, craſſiuſcula, ſapore dulciſatuo.

*Folia radicalia* bina, petiolata, craſſiuſcula, ſucculenta, ovalia, integra ſ. ſerrata, glaberrima.

*Caulis* palmaris, teres, erectus, glaber, ſimpliciſſimus, diphyllus.

*Folia* in medio caulis, alterna, ovata, ſeſſilia.

*Spica* conſtat ex verticillis coarctatis.

*Bracteæ* ovatæ, cæruleſcentes.

*Calyx* coloratus, compreſſus, tridentatus: laciniis lateralibus emarginatis.

*Corolla* dilute cærulea.

*Labium inferius* bi-ſ. trifidum.

*Capſula* compreſſa, apice quadridentata.

*Variat* magnitudine & figura foliorum a climate & ſolo; etiam foliis connatis duplicato-ſerratis.

Ob ſolum numerum ſtaminum hanc a Bartſiæ genere, quocum in ceteris convenit, ſeparare nolui, cum tamen facilitas methodi inde non læderetur.

*Obſervatio.*

Difficile ſeparantur Genera Bartſiæ & Rhinanthi.

*Nigrina.* GERARDIA ſcabra, foliis lanceolatis inferne ſerratis, caule tetragono.

Nigrina viſcoſa. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 167.

Melaſma ſcabrum. *Berg. cap. p.* 162. *t.* 3. *f.* 4.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

A Gerardiis ſeparari nequit Nigrinæ genus.

GERAR-

*tubuloſa.* GERARDIA lævis, foliis linearibus integris acutis, tubo calyce longiore.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſcabra.* GERARDIA hiſpida, ſcabra, foliis oblongis pinnatifidis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Ruelloides.* CHELONE foliis radicalibus petiolatis ovatis ſerratis, caulinis oppoſitis amplexicaulibus, pedunculis elongatis, calycibus ciliatis.
*Habitat* in Tierra del Fuego. *Equ. Bäck.* ♃.
*Folia radicalia* bina, alterna, longe petiolata, ſubtus cinerea, ſubnervoſa.
*Caulis* decumbens, vix folio altior: foliis remotis, oppoſitis.
*Pedunculi* axillares, oppoſiti, elongati, uniflori.
*Calycis laciniæ* obtuſæ, ciliatæ.
*Corolla* curva, purpurea.
Suadente Forſtero ad hoc genus amandavi.

*Lagopodioides.* ANTIRRHINUM foliis ſparſis mollibus apice recurvis, ſpicis ovatis villoſis.
Linaria maritima minima viſcoſa, foliis hirſutis, floribus luteis. *Moriſ. hiſt. v. 2. p.* 499. *Rai. hiſt. p.* 755?
*Habitat* in Sibiria.
*Caules* herbacei, vix pedales, erecti, pubeſcentimolles, ſuperne ramulis alternis.
*Folia* ſparſa, lanceolato-linearia, erecta, apice parum recurva, margine reflexa, mollia, fere tomentoſa, pallida.
*Spicæ* ramos terminantes, ſolitariæ, ovatæ ſ. oblongæ, denſe villoſæ.
*Calyces* conferti, æquales, Lagopi.
*Corollæ* reſpectu reliquarum ſpecierum parvæ, luteæ.
*Labium ſuperius* pallide flavum.
*Palatum* intus punctis duobus fulvis.

*unilabiatum.* ANTIRRHINUM ecaudatum, callis duobus, foliis alternis pinnatifidis, caule paniculato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*aphyllum.* ANTIRRHINUM ſcapo aphyllo capillari.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Singularis quam maxime hæc eſt planta, & non herbam crederes.
Refert Splachnum, aphylla, nec folia radicalia invenies.
Vix Splachno maior.

*pinnatum.* ANTIRRHINUM foliis oppoſitis pinnatifidis, caule erecto, floribus racemoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſabuloſa.* HEMIMERIS diandra, foliis oppoſitis pinnatifidis, caule proſtrato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*diffuſa.* HEMIMERIS didynama, foliis alternis oppoſitisque pinnatifidis, caule patulo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Forte varietas prioris.

*montana.* HEMIMERIS diandra, foliis oppoſitis ovatis ſerratis, caule erecto.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*bivalvis.* BESLERIA calycibus bivalvibus laceris.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.*
*Caulis* herbaceus, longiſſimus, debilis, repens, piloſus, teres.
*Folia* oppoſita, petiolata, venoſa, piloſa, nervoſa, palmaria.
*Pedunculi* laterales, oppoſiti, folio breviores, ex ſingula ala bini, uniflori.
*Bacca* ovalis: Nucleo oſſeo, biloculari.
Simillima foliis ut & calyce B. criſtatæ, ſed fructu & defectu perianthii pentaphylli diverſiſſima.

*meridionalis.* SCROPHULARIA foliis oblongo-ovatis ſerratis glabris, pedunculis unifloris.
*Habitat* in Nova Granada. *D. Mutis.*
*Caulis* quadrangulus, herbaceus: ramis oppoſitis.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata ſ. parum oblongiora, lævia, æqualiter ferrata, petiolis longiora.

*Racemi*

*Racemi* terminales, ſolitarii.
*Bracteæ* foliaceæ, ſed minores, ſæpius integerrimæ, remotæ: inferiores oppoſitæ; ſuperiores alternæ.
*Pedunculi* uniflori, aphylli, flore longiores.
*Corollæ* ovatæ, magnitudine S. ſambucinæ.

*Cretica.* CELSIA foliis radicalibus lyratis, caulinis ſubcordatis amplexicaulibus. floribus ſubſeſſilibus.
Celſia cretica. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 470.
Verbaſcum foliis radicalibus ovatis petiolatis, caulinis oblongis ſeſſiiibus ſerratis, ſubtus tomentoſis. *Mill. icon. p.* 182. *t.* 273.
Blattaria perennis, cretica, incana, foliis binis coniugatim poſitis, uno maiore extremum claudente. *Morij. hiſt. v.* 2. *p.* 488.
*Habitat* in India, Creta. ♂.
*Caulis* bipedalis, herbaceus, ſimplex, erectus, teres, pubeſcens.
*Folia radicalia prioris anni* & *infima caulis* petiolata, lyrata.
*Foliola* quinque: impar maius, cordatum.
*Folia caulina* ſeſſilia, amplexicaulia, alterna, ſimplicia, cordato-ovata, rugoſa, ſerrata, ſubtus pubeſcentia.
*Racemus* terminalis, erectus, pubeſcens, longitudine caulis.
*Flores* ſubſeſſiles.
*Bracteæ* cordatæ, acuminatæ, acutius ſerrratæ, unifloræ, longitudine florum.
*Calyx* pentaphyllus: foliis ovatis, acutis, ſerratis, extus pubeſcentibus.
*Corolla* magna, Blattariæ maior, rotata, quinquefida, flaviſſima, macula ferruginea ad baſin laciniarum ſuperiorum limbi notata.
*Filamenta* quatuor.
*ſuperiora duo* breviſſima, atropurpurea, ſuperne luteo-hirſuta:
*Antheris* reniformibus.
*inferiora duo* pallida, declinata, lævia, longitudine corollæ:
*Antheris* linearibus.
*Stylus* filiformis, declinatus inter ſtamina inferiora.

*ambigua.* DIGITALIS calycinis foliolis lanceolatis, corollis galea emarginata, foliis subtus pubescentibus.
Digitalis ambigua. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 470.
Digitalis ochroleuca. *Iacqu. austr. v.* 1. *p.* 36. *t.* 57.
Digitalis foliis calycinis lanceolatis, galea incisa, faucibus maculosis. *Hall. hist. n.* 331.
Digitalis lutea, magno flore. *Bauh. pin. p.* 244. *Riv. mon.* 104. *Besl. eyst. æst.* 1. *f.* 3.
*Habitat* in Europæ australis montibus. ♃.
Similis D. luteæ, sed differt corollis maioribus.

*Sceptrum.* DIGITALIS fruticosa, foliis oblongis spathulatis serratis, spicis terminalibus ovatis pedunculatis coma bractearum terminatis, calycinis foliolis subulatis, corollis quadrifidis.
*Habitat* in sylvis umbrosis Ribeira de Tria Maderæ. *Masson.* ♄.
*Planta* speciosissima.
*Rami* hirti.
*Folia* approximata, subpedalia, sessilia, a basi sensim dilatata in oblonga, in medio serrata, acuminata, supra glabra, subtus hirta & albicantia.
*Pedunculus* ramum terminans, solitarius, teres, erectus, palmaris vel ultra, intus porosus, terminatus in spicam ovatam floribus dependentibus.
*Bracteæ* lineares, flore longiores, & ante explicationem florum comam spicæ formantes.
*Laciniæ calycinæ* subulatæ, hirsutæ.
*Corolla* fere magnitudine D. ferrugineæ, infra gibba.
*Limbus* quadrifidus: labio obtuso.

*Chelonoides.* BIGNONIA foliis pinnatis cum impari: foliolis ovatis integerrimis acuminatis pubescentibus, corollis barbatis semipentandris.
Padri. *Rheed. mal. v.* 6. *p.* 47. *t.* 26.
Padre-Pu-Maran. *Tamul.*
*Habitat* in Indiis. *Cl. König.* ♄.
*Arbor* magna, cortice cinereo-albicante.
*Folia* patentia, pinnata cum impari, petiolata, subquinqueiuga.
*Foliola* opposita, ovato-oblonga, acuminata, integerrima, utrinque pubescentia, petiolellata.

*Panicula*

*Panicula* terminalis: pedicellis oppositis, dichotomis.
*Flores* ex dichotomiis solitarii.
*Calyx* pubescenti - canus.
*Corollæ Limbus* subfornicatus, hirtus, ruber, quinquefidus.
*Laciniæ duæ superiores* reflexæ, bipartitæ, denticulato - crispæ, flavæ: punctis sanguineis.
*Laciniæ inferiores* margine crispatæ: disco undulato, albo: venis rubris; hirtæ.
*Faux* hirta.
*Filamenta* quatuor, didynama, cum Rudimento filamenti quinti, tubo floris inserto, decurrente, sterili.
*Antheræ* bipartitæ.
*Siliqua* linearis, plana, curvata, striata.
Flores recentes aqua immersi aquam grate olentem reddunt, qua templa matutino tempore conspergutur, ut a mucido quieto aëre purgentur.

*Spathacea.* BIGNONIA foliis impari-pinnatis: foliolis ovatis hirtis, calyce monophyllo spathaceo, corolla hypocrateriformi.
Lignum Equinum. *Rumph. amb. v.* 3. *p.* 73. *t.* 46.
Nür Pongelion. *Rheed. mal. v.* 6. *p.* 53. *t.* 29.
Will - Padri. *Tamul.*
Buux - horn. *Belg.*
*Habitat* in Iavæ, Malabariæ, Zeylonæ sylvis prope aquas. *König.* ♄.
*Arbor* inter maiores.
*Folia* sparsa, sæpe opposita, pinnata cum impari, triuga.
*Foliola* ovata, subcordata: interiora sæpe cordata; integerrima, hirta.
*Flores* in summitate caulis, axillares, pedunculati.
*Calyx* monophyllus, latere superiori longitudinaliter dehiscens, oblongus, subcoriaceus, glaber, caducus.
*Corolla* hypocrateriformis, alba.
*Limbus* planus, quinqueplicatus, repandus & inæqualiter dentatus.
*Stamina* quatuor cum Rudimento quinti.

*Siliqua*

*Siliqua* linearis, plana, ſtriata, curvata & parum toruloſa.
*Semina* linearia, undulata, apicibus alata.
Arbor didynama cum ſiliqua feminibus alatis farcta denotat Bignoniam, quamvis ſtructura floris in reliquis diverſiſſima ſit.
Lignum cinereum ſ. rubens, læve, & ad utenſilia varia utiliſſimum in Indiis.

*lanceolata.* CAPRARIA foliis oppoſitis lanceolatis, corymbo terminali compoſito.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*undulata.* CAPRARIA foliis alternis ovatis undulatis, racemis ſecundis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*divaricata.* SELAGO foliis filiformi-linearibus faſciculatis glabris, capitulis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*caneſcens.* SELAGO foliis filiformibus faſciculatis glabris, ſpicis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*geniculata.* SELAGO foliis linearibus faſciculatis glabris margine reflexo, ſpicis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Rami* in hac magis patuli & divaricati.

*triquetra.* SELAGO foliis triquetris imbricatis recurvato-reflexis glabris, ſpicis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*hiſpida.* SELAGO foliis linearibus ſparſis reflexis hiſpidis, ſpicis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Polygaloides.* SELAGO foliis linearibus glabris margine reflexo, ſpicis terminalibus, bracteis calycibusque carinatis, laminibus ſcabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Habitus Polygalæ, longis & linearibus foliis & ſpicis pendulis.

SELAGO

*cinerea.* SELAGO foliis linearibus faſciculatis glabris margine reflexo, corymbo compoſito.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima S. corymboſæ, forte illius varietas.

*rotundifolia.* SELAGO foliis ovatis glabris obtuſis, corymbo compoſito.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ciliata.* SELAGO foliis ovatis ciliatis acutis, floribus ſpicatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Verbenacea.* SELAGO foliis oblongis glabris, ſpicis faſciculatis, caule tetragono rectangulo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*hirta.* SELAGO hirta, foliis obovatis, ſpicis longiſſimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*microphylla.* MANULEA foliis ovatis faſciculatis glabris integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*integrifolia.* MANULEA foliis ovatis ſparſis glabris integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*heterophylla.* MANULEA foliis linearibus ſparſis villoſis integris dentatisve.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*cærulea.* MANULEA foliis linearibus oppoſitis tomentoſis dentatis, floribus racemoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*cuneifolia.* MANULEA foliis elliptice-ovatis glabris dentatis, ſpicis oblongis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*capillaris.* MANULEA foliis caulinis obovatis glabris dentatis, ramis linearibus, ſpicis ovatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Plantaginis.* MANULEA foliis ovatis subdentatis integrisque glabris, capitulis ovatis, ramis diffusis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Refert Plantaginem.

*capitata.* MANULEA foliis ovatis serratis villosis, capitulis globosis, ramis diffusis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*Antirrhinoides.* MANULEA foliis ovatis dentatis glabris, floribus alternis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Refert Antirrhinum.

*thyrsiflora.* MANULEA foliis obovatis tomentosis dentatis, corymbo terminali elongato composito.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*corymbosa.* MANULEA foliis oblongis dentatis glabris, corymbo fastigiato.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Caulis* nudus.

*altissima.* MANULEA foliis lanceolatis subdentatis villosis, spica ovata.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Nudicaulis & folia solummodo radicalia.

*rubra.* MANULEA foliis lanceolatis villosis serrātis, floribus racemosis remotis.
Nemia rubra. *Berg. cap. p.* 161.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*argentea.* MANULEA foliis obovatis cuneiformibus serratis argenteo-punctatis, floribus axillaribus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*pinnatifida.* MANULEA foliis ovatis incisо-pinnatifidis: pinnis dentatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*Erinoides.* HEBENSTREITIA foliis oblongis serratis pilosis, bracteis integris hispidis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

HEBEN-

*fruticoſa.* HEBENSTREITIA foliis lanceolatis dentatis glabris, bracteis integris, caule fruticoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*maritimus.* ERINUS foliis lanceolatis integerrimis glabris, limbi laciniis ſemibifidis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Lychnidea.* ERINUS foliis lanceolatis ſerratis, limbi laciniis ſemibifidis.
Selago Lychnidea. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 476.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*triſtis.* ERINUS foliis oblongis inciſis dentatis, limbi laciniis emarginatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Flores* colore triſti, ſuaveolentes.

*cordifolia.* BÜCHNERA caule tetragono, foliis oppoſitis cordatis trinerviis ſerratis, racemis terminalibus ſubſpicatis.
*Habitat* Tanſchaur ad margines hortorum raro. *König.*
Fide Cl. Königii plantam, habitu longe alienam potius Verbenis ſimilem, ad hoc retuli genus.

*grandiflora.* BÜCHNERA ſcabra, foliis oppoſitis ſeſſilibus oblongis integris, pedunculis axillaribus unifloris diphyllis, calyce infundibuliformi.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
*Planta* pulcherrima.
*Caulis* erectus, glaber, ſimpliciſſimus.
*Folia* ſeſſilia, oblonga, quinquenervia, integra, utrinque ſcabra.
*Pedunculi* in ſummitate caulis, axillares, ſolitarii, foliis breviores, uniflori, medio bracteati.
*Bracteæ* binæ, oppoſitæ, lineari-ſubulatæ.
*Calyx* cylindricus, infundibuliformis, longus, quinquedentatus, tubo corollæ dimidio brevior.

*Corollæ*

*Corollæ Tubus* palmaris, ſenſim dilatatus in *Limbum* planum, magnum, quinquelobum: lobis rotundatis.
Fructum non vidi, ideo an planta huius generis ſit non perſuaſus ſum.
Gerardiis non adeo diſſimilis, etiam ſiccata tota nigreſcit ut Gerardia Nigrina.

*cuneifolia.* BÜCHNERA foliis cuneiformibus glabris apice ſeptemdentatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*pinnatifida.* BÜCHNERA foliis pinnatifidis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*evolvulacea.* SIBTHORPIA foliis reniformibus integerrimis.
*Habitat* in Nova Granada. *D. Mutis.*
*Planta* facie Falkiæ ſ minoris Convolvuli, ſed floribus Sibthorpiæ, cuius ideo ſpeciem iudico, licet flores fere viſum fugiant.
*Caules* herbacei, proſtrati, repentes, teretes.
*Folia* alterna, petiolata, reniformia, emarginata, integerrima, ſubtus ſubtomentoſa.
*Petioli* folio fere longiores.
*Flores* axillares, figura & magnitudine S. Europææ.

*purpurea.* OROBANCHE caule ſimplici ramoſoque, corollis quadrifidis, ſtaminibus calcaratis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Purpureo-rubra, floribus magnis.
Siccata nigreſcit.

*hirſuta.* LIPPIA hirſuta, foliis oblongis latis rugoſis ſerratis ſubtus tomentoſis, paniculis axillaribus: capitulis ovatis.
*Habitat* in America. *Mutis.*
*Caulis* tetragonus, hirſutie canus.
*Folia* oppoſita, petiolata, oblonga, longa, ſerrata, rugoſa, ſupra piloſa, ſubtus tomento cana.
*Pedunculi* axillares, plures, elongati in paniculam, ramificantes.
*Pedicelli* terminantes in *Capitula* ovata, bracteis binis ſuffulta.
*Flores* minuti, albi.

RUEL-

*littoralis.* RUELLIA fruticoſa, cana, foliis cuneiformibus ſerratis retuſis glabris, floribus axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus.

*Habitat* prope Sadraſs ad littora maris, aqua marina tempore pluvioſo inundata, vulgatiſſima. *König.* ♄.

Fruticoſa, ramoſiſſima, depreſſa.

*Rami* tetragoni, articulati, albicantes.

*Folia* faſciculata per propagines, parva, breve petiolata, rigida, cuneiformia, emarginato-retuſa, ſerraturis remotioribus ſerrata, ſubcarnoſa, punctata, farina caneſcente conſperſa.

*Flores* ſeſſiles, axillares.

*Calyx* quinquangularis, tubuloſus, quinquefidus: laciniis ſtriatis, acutis, canis.

*Corolla* tubuloſa.

*Limbus* campanulatus, anguloſus, venoſus, quinquefidus: laciniis inæqualibus.

*Stamina duo maiora* baſi denticulo notata.

*Capſula* lineari-oblonga, calyce longior.

*difformis.* RUELLIA diffuſa, hirſuta, foliis linearibus dentato-ſinuatis integris, floribus verticillatis axillaribus.

Nir-Schulli. *Rheed. mal. v. 2. p. 89. t. 46.* forte huius varietas.

*Habitat* in India.

*Folia* lanceolata, anguſta, integra, alia ſerrata, alia profundius quaſi dentata: dentibus acutis.

*balſamica.* RUELLIA erecta, glabra, foliis petiolatis lanceolatis ſerratis, verticillis ſeſſilibus.

*Habitat* in agris oryzaceis Indiæ vulgatiſſima, imprimis meſſe finita. *König.*

*Caules* erecti, tetragoni, glabri, articulati, carnoſi, colorati.

*Folia* patula, lanceolato-oblonga, tenuiſſime ſerrata, glabra, glutinoſa.

*Bracteæ* integerrimæ, ſæpe ciliatæ.

*Calycis Laciniæ quatuor* lanceolatæ:
*quinta superior* latior.
*Corolla* ringens, lutea.
*Antheræ* cæruleſcentes.
*Stylus* hirtus.
Planta in India odorem fortem terebinthinaceum ſpirat.

*uliginoſa.* RUELLIA diffuſa, hirſuta, foliis ſeſſilibus oblongis integris, ſpicis terminalibus tetragonis.
*Habitat* in Tranquebar & prope Allam-parvam in agris oryzaceis vulgatiſſima. *König.*
*Planta* parva, Ianuario & Februario florens.

*piloſa.* RUELLIA foliis oppoſitis ovatis integris ciliatis, floribus terminalibus ſolitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*depreſſa.* RUELLIA foliis oppoſitis petiolatis obovatis integris, caule arcte depreſſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Singularis caule terræ arcte adpreſſo.

*noctiflora.* BARLERIA ſpinis axillaribus ramoſis, foliis lanceolatis integerrimis cuſpidatis, bracteis ovatis ſcarioſis, tubo elongato.
*Habitat* in aridis Tanſchaur. *König.*
*Spinæ* ramoſæ.
*Folia* lanceolata, in apicem mucronatum terminata.
*Bracteæ* glabræ, nec hirſutæ.
*Flores* cærulei, ſimiles B. buxifoliæ, ſed longiores.
Floret nocte.

*pungens.* BARLERIA foliis ovatis acutis pungentibus, bracteis ciliatis, ſpina nulla.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*longiflora.* BARLERIA inermis, foliis ovatis ſericeis, bracteis cordatis ſcarioſis, corollis longiſſimis.
*Habitat* ad montem Sti. Thomæ Malabariæ. *König.* ♄.
*Caulis* ſuffruticoſus: ramis ſæpius oppoſitis, ſericeis, teretibus.

*Folia*

*Folia* oppoſita, petiolata, exacte ovata, ſericeo-molliſſima, integerrima.
*Flores* terminales.
*Bracteæ* binæ ſ. bivalves, cordatæ, parallelæ, reticulatæ, ſcarioſæ, obtuſiuſculæ, ſeſſiles, magnitudine fere foliorum, ſub quibus bracteæ aliæ quatuor, cruciatim poſitæ, lineares, longitudine foliorum, patentes, ſericeæ.
*Corollæ* longæ.
*Tubus* filiformis.
*Limbus* patens, quinquefidus.

*hortenſis.* MILLINGTONIA.
Oviedæ affinis. *König. lit.*
*Habitat* . . . . ♄.
*Colitur* in hortis Tanſchaur, ubi *König* eam obſervavit, ſed ſemper ſine fructu.
*Arbor* grandis & ſpecioſiſſima.
*Folia* compoſita, bipinnata.
*Pinnæ inferiores* elongatæ, cum impari pinnatæ.
*Foliola* ovato-acuminata, integerrima, venoſa, utrinque glabra.
*Panicula* terminalis, magna, glabra: floribus oppoſitis.
*Corollæ* longiſſimæ, albæ, odoratiſſimæ.
*Antheræ* ſingulares cum dente curvo e latere exteriori antheræ enato.
Figura corollæ Oviedam refert.

*Mutiſii.* DURANTA foliis ellipticis integerrimis.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.
In nullis aliis a D. Plumieri & D. Elliſia differt quam foliis.

## *Obſervatio.*

Omnes ſpecies Durantæ ſpinas ſupraaxillares habent, inflorescentia, ſtructura coloreque floris adeo ſimiles, ut facile crederem omnes unius eiusdemque eſſe ſpeciei.

*scandens.* VOLKAMERIA foliis petiolatis cordatis ovatis integerrimis, panicula corymbosa terminali: ramulis dichotomis.

*Habitat* in vastis sylvis Zeylonæ, circa flumen magnum Monesi-Moti-Kandel. *König.* ♄.

*Arbor* scandens: ramis longioribus, flexuosis, tetragonis, summitate tomentosis.

*Folia* magna, glaberrima, opposita, cordato-ovata, obtusa.

*Panicula* corymbosa, terminalis, tomentosa.

*Flores* non longi ut in V. inermi.

*Calyces* obtusi, tomentosi.

*Capsula* oblonga, conica.

Super altissimas arbores scandit, easque coronat floribus suis niveis.

*Phlomidis.* CLERODENDRUM foliis ovatis serratis canis.

*Habitat* in India. *König.* ♄.

*Frutex* canus.

*Folia* petiolata, opposita, parva, exacte ovata, medio serrata: serraturis paucioribus; pubescentia cana.

*Paniculæ* in summitate ramorum, axillares, solitariæ, oppositæ, paucifloræ, dichotomæ, quæ conjunctim magnam paniculam constituunt.

*Bracteæ* ad omnem dichotomiam binæ, ovatæ, integræ.

*Calyx* ad medium fissus: laciniis subulatis, campanulatis, patulis.

*Tubus* gracilis, albus.

*Capensis.* THUNBERGIA.

*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*Planta* singularis, quam nullus crederet a Barleriis diversam, nisi ad calycem duplicem attenderet.

*Caulis* tetragonus, hirsutus, diffusus.

*Folia* opposita, brevissime petiolata, ovata, integerrima, obtusa, quinquenervia, venosa, supra glabra, infra hirsuta, erecta.

*Pedunculi*

*Pedunculi* longitudine foliorum ſ. longiores, ſolitarii, uniflori.
*Bracteæ* binæ, ovatæ, hirtæ, longitudine tubi.
*Calyx* in fructum grandeſcens.
*Corolla* lutea.
*Capſula* glabra, ſubulata, bipartita.

*fiſſifolia.* CASTILLEIA foliis linearibus integris apice trifidis, floribus racemoſis interſperſis bracteis trifidis.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* I. *t.* II.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.
*Caulis* herbaceus ſ. ſuffruticoſus, tripedalis, erectus, teretiuſculus, ſubramoſus.
*Folia* alterna, ſeſſilia, patentia, linearia, trinervia, pollicaria, apice tri-ſ. ſeptemfida.
*Rudimenta ramulorum* foliis faſciculatis ex alis.
*Stipulæ* nullæ.
*Racemus* terminalis: pedicellis ſolitariis, unifloris.
*Calyx* auritus, fere modo Ari, corollæ galeam quaſi carina ſuffulciens.
*Corollæ labium inferius* potius glandulæ binæ, trifidæ, tubuloſæ, minutæ, unde facies ſingularis.
*Antheræ* octo in filamentis quatuor.

*integrifolia.* CASTILLEIA foliis lineari-ſubulatis integerrimis, bracteisque indiviſis.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* I. *t.* 12.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
Simillima priori, at minor, racemo magis elongato.
Forte præcedentis varietas.

*Leucoxylon.* VITEX foliis digitatis quinatis: foliolis petiolatis oblongis integerrimis, paniculis dichotomis, bacca monoſperma.
*Habitat* in vaſtis ſylvis Zeylonæ. *König.*
Simillima V. trifoliæ, ſed differt foliis utrinque glaberrimis, panicula dichotoma a prima diviſione.

*trifolia.* VITEX foliis ternatis quinatisque: foliolis ovatis acutis integerrimis ſubtus caneſcentibus, panicula rachi recta: pedicellis dichotomis.
Vitex trifolia. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 483.
Foliola duo petiolo proxima minora.

*altiſſima.* VITEX foliis ternatis integerrimis, panicula verticillata: ſpicis verticillatis, bacca triſperma.
*Habitat* in vaſtis ſylvis Zeylonæ. *König.*
*Foliola* ovata, utrinque acuminata, ſupra glabra, ſubtus pubeſcentia.

*rotundifolia.* VITEX foliis ſimplicibus obovatis integerrimis, pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris breviſſimis.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.* ♄.
*Arbor* facie & colore ſimilis V. Agno caſto, foliis exceptis.
*Folia* fere ſubrotunda, bipollicaria.
*Pedunculi* axillares, breves, uniflori.

*erecta.* AMASONIA.
*Habitat* in Surinamo.
*Caulis* herbaceus, tripedalis, ſimpliciſſimus, teres.
*Folia* alterna, petiolata, remota, elliptico-lanceolata, ſubſerrata, ſcabra.
*Racemus* terminalis, ſimplex, pedalis: pedicellis ſubtrifloris.
*Bracteæ* ovatæ, floribus paullo longiores, ſeſſiles.
*Flores* ſecundi, nutantes, lutei.

*cardui-folius.* ACANTHUS foliis ſinuato-dentatis ſpinoſis, ſpica florum radicali.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Planta* palmaris.
*Caulis* breviſſimus, ut fere nullus.
*Folia* plurima, ſubradicalia, ſinuata more Cardui: laciniis terminatis ſpina tomentoſa aut nuda.
*Spicæ* radicales, oblongæ, longitudine foliorum, aut paullo longiores, imbricatæ Bracteis nervoſis, rigidis, ſexſpinoſis.
*Calyces* mutici, membranacei.

*integri-folius.* ACANTHUS foliis oblongis integris, caule herbaceo procumbente.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*procumbens.* ACANTHUS foliis oblongis ſerrato-ciliatis, caule procumbente fruticoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*furcatus.* ACANTHUS foliis oblongis dentato-ſpinoſis, caule fruticoſo, bracteis ſpina trifurcata terminatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Capenſis.* ACANTHUS foliis oblongis dentatis ſpinoſis, caule fruticoſo erecto, bracteis ſpina ſimplici terminatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Rami* fruticoſi, teretes, oppoſiti, cineraſcentes.
*Folia* oppoſita, ſublanceolata, ſeſſilia, rigida, ſemipollicaria, ſpinis duabus utrinque lateralibus præter terminalem.
*Folia axillaria* molliora, longiora, petiolata, etiam ſpinoſa.
*Spicæ* terminales, ſolitariæ, ſeſſiles.
*Bracteæ* folio ſimilis, ſed pluribus utrinque ſpinis.
*Calyx* bivalvis, lævis: valvula ſuperiore longiore.
*Corolla* labio unico, trifido.

# TETRADYNAMIA.

## SILICULOSA.

*Ceratocarpon.* THLASPI glaberrimum, caule ſulcato, foliis ſagittatis lanceolatis ſubſerratis, ſiliculis bilobatis.
Thlaſpi Ceratocarpon. *Murray Comm. gætt. v.* 5. *p.* 21. *t.* 1.
*Habitat* in Sibiria. *Pallas.* ⊙. H. U.
*Planta* ſpithamæa.
*Caulis* erectus, teres, ſulcatus, apice ramificatus in corymbos.
*Folia* ſeſſilia, ſagittata, lanceolata, leviſſime ſerrata, venoſa, glaberrima.
*Corymbi* elongati in Racemos.
*Flores* parvi, albi.
*Siliculæ* ovatæ, apice emarginatæ: emarginatione rotundata; lobis divaricatis, productis, acutis; ſemina Ceratocarpi referentes.

*alliacea.* PELTARIA foliis amplexicaulibus oblongis indiviſis.
Peltaria alliacea. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 494.

*Capenſis.* PELTARIA foliis caulinis quinato-pinnatis linearibus ſubcarnoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. H. U.
*Caulis* erectus, ramoſus, teres, lævis, pedalis, foliatus.
*Folia* alterna, pinnata: laciniis quinis; linearia, ſubcarnoſa, glabra, acuta.
*Racemi* longi, pedunculis & calycibus vix pubeſcentibus.
*Petala* alba, ſubemarginata, calyce quadruplo maiora, patentia, ſeſſilia.
*Antheræ* flavæ.
*Stylus* breviſſimus.
*Stigma* capitatum.
*Silicula* plana, ſubrotunda, ovata, compreſſa, integra: diſſepimento parallelo.
*Semina* in centro, ut in Clypeola, ſolitaria in quovis loculo, compreſſa.

# SILIQUOSA.

*ſtrictus.* CHEIRANTHUS foliis linearibus acutis glabris, caule fruticoſo erecto.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*calloſus.* CHEIRANTHUS foliis lanceolatis integris calloſis, caule angulato fruticoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*digitata.* HELIOPHILA foliis palmato-pinnatifidis villoſis: pinnis linearibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* valde incraſſatus, unde facies ſingularis.

*amplexicaulis.* HELIOPHILA foliis amplexicaulibus integris glabris, ſiliquis moniliformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*filiformis.* HELIOPHILA foliis ſubulatis filiformibus glabris, ſiliquis pendulis, ramis divaricatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ☉. H. U.
*Caulis* ſemipedalis, herbaceus, iunceus: ramis erectis, brevioribus.

*Folia*

*Folia* in tota planta omnino ſubulata.
*Racemi* horizontales: pedicellis horizontalibus: fructibus pendulis.
*Calyx* patentiſſimus, alternans cum petalis: foliolis linearibus, canaliculatis, obtuſis.
*Petala* patentia omnino ut calyx, ſed triplo fere maiora, pallida, ſtriata.
*Stamina* tetradynama.
*Germen* cylindricum.
*Stigma* capitatum.
*Siliqua* ſubulata, ſtricta, lævissima.

*puſilla.* HELIOPHILA foliis linearibus, ſiliquis moniliformibus erectis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ☉.
*Planta* ſpithamæa, erecta, ramoſa, ſtatura Arabis thalianæ.
*Folia caulina* linearia, lævia.
*Siliquæ* patulæ, pedunculatæ, moniliformes: articulis diſcretis, orbiculatis, compreſſis.

*pinnata.* HELIOPHILA foliis trifidis pinnatisque: foliolis linearibus, ſiliquis moniliformibus erectis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima præcedenti, ſed foliis ramoſis ſ. pinnatis, linearibus.

*flava.* HELIOPHILA foliis linearibus, caulibus frutico-ſis iunceis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Planta* Geniſtæ facie, erecta, parce ramoſa, ſtricta, ſuffruteſcens.
*Folia* alterna, remota, lineari-lanceolata, lævia.
*Racemi* terminales, longi, ſimplices: floribus diſtantibus.
*Calyx* breviſſimus, ovatus, clauſus, obtuſus: margine ſubſcarioſo.
*Petala* obovata, magnitudine Braſſicæ, flava, venoſa: unguibus calyce longioribus.
*Stamina* longitudine calycis.
*Germen* ovatum.
*Siliqua* longitudine petalorum, cylindrico-tetragona.
*Variat* corollis rubris.
An huius generis ſpecies naturalis?

*Circæoides.* HELIOPHILA foliis cordatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Caulis* fragilis, ramoſus, herbaceus.
*Folia* cordata, ſubangulata.
*Calyx* foliolis clauſis, linearibus, baſi dehiſcentibus: duobus oppoſitis baſi ſubcalcaratis, gibbo foliolis ſuis dimidio breviore; deciduis.
*Corolla* tetrapetala: petalis obliquis: paribus magis conniventibus.
*Stamina* tetradynama.
*Filamenta* ſubulata.
*Antheræ* apice reflexæ.
*Germen* ovato-oblongum.
*Stylus* brevis.
*Stigma* capitatum.
*Siliqua* bilocularis, bivalvis.
*Valvulæ* convexæ, gibbæ, ſuccoſæ.
*Diſſepimentum* exſertum, carnoſum, globoſum.
*Semina* tria ſ. quatuor, ſubrotunda.

*hiſpida.* ARABIS foliis hiſpidis: radicalibus runcinatis, caulinis lanceolatis.
Arabis hiſpida. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 501.
*Habitat* in Auſtriæ rupibus. *D. Mygind.* ♃.
Statura A. thalianæ, ſimillima A. lyratæ, ſed diverſa.
*Radix* perennis.
*Caulis* palmaris, erectus.
*Folia radicalia* copioſiſſima, ſublyrata, runcinata, hiſpida.
*caulina* ſub ramis ſolitaria, parva, lanceolata.
*Calyx* ſubclauſus.
*Corolla* alba: petalis erectis.

*lucida.* ARABIS foliis amplexicaulibus lucidis.
*Habitat* in Pannonia. ♃.
*Caulis* palmaris, ſimpliciſſimus, teres, lævis.
*Folia* lucida, integerrima, conſiſtentia.
*radicalia* obovata, petiolata, obtuſa.
*caulina* alterna, ſeſſilia, amplexicaulia, cordata ſ. cordato-oblonga.
*Corymbus* terminalis, racemoſus evadens.

*Calyx*

*Calyx* glaber, hians.
*Petala* erectiuſcula, alba, linearia, integra, calyce duplo longiora, baſi anguſtiora.
*Stamina* longitudine petalorum.
*Antheræ* flavæ.
*Stigma* obtuſum.

*Erucoides.* RAPHANUS ſiliquis ovatis gibbis, roſtro longitudine ſiliquæ.
Eruca ſylveſtris lutea, burſæ paſtoris folio, italica. *Barr. rar.* 422. *t.* 1016. mala.
*Habitat* in Italia. ♂.
*Radix* ſimplex, vix caule craſſior.
*Caulis* ſeſquipedalis, ſcaber, baſi purpuraſcens, ſuperne ramis ſimplicibus.
*Folia* petiolata, runcinata, lævia.
*Laciniæ* acuminatæ, margine anteriore denticulatæ: terminalis anguſtior.
*Flores* racemoſi.
*Calyx* patulus ſ. dehiſcens, nec clauſus.
*Petala* lutea, emarginata.
*Stamina* longitudine petalorum.
*Siliqua* ovata, gibba, carnoſa, lævis, non articulata, bivalvis.
*Roſtrum* conicum, ancipiti-tetragonum, longitudine ſiliquæ.
*Semina* quatuor ad ſeptem utrinque, depreſſa: diſſepimento membranaceo, albo, inter ſemina ſe inſinuante.

*fruticoſa.* CRAMBE fruticoſa, foliis ovatis pinnatifidis ſerratis canis, racemis in panicula effuſa dichotoma.
*Habitat* Maderæ in rupibus altiſſimis iuxta Pico. *Maſſon.* ♄.
*Frutex* ligneus, rigidus.
*Rami* folioſi.
*Folia* alterna, petiolata, ovata, profunde dentata ſ. pinnatifida ſ. pinnata: laciniis ſerratis; cana.
*Ramuli* terminantur in Paniculam magnam, diffuſam: ramulis alternis, divaricatis, racemoſis: racemis brevibus.

CLEOME

*Chelidonii.* CLEOME polyandra, hirſuta, foliolis quinis ſ. ſeptenis cuneiformibus ſcabris, racemis terminalibus, filiquis filiformibus.
*Habitat* prope Tanſchaur. *König.*
*Folia* longe petiolata, digitata: foliolis quinque ſ. ſeptem, cuneiformibus, acutis, ſcabris.
*Calyx* tri-ſ. quinquepartitus, ſtrigis hiſpidus.
*Corolla* rubra & figura Chelidonii hybridi.
*Stamina* lutea.
*Siliqua* filiformis, glaberrima.
*Semina* hiſpida.
Certe affinitas Chelidonii ſumma, niſi folia digitata Cleomes, calyx plus quam diphyllus & petala quinque.

*felina.* CLEOME polyandra, hiſpida, foliis ternatis cuneiformibus ſtrigoſis, floribus axillaribus ſolitariis pedunculatis, ſiliquis linearibus compreſſis.
*Habitat* in Zeylona. *König.*
Tota herba una cum calyce valde ſtrigoſa.
*Folia* cuneiformia, ſubretuſa.
*Corolla* angularis, parva, rubra.
*Siliquæ* breves, lineares, compreſſæ, glabræ.
Singularis eſt hæc parvula foliis hiſpidis: pilis baſi valde dilatatis, rigidiſſimis, foliis adpreſſis, ad apicem verſis, ut exacte his linguam referant felinam.

*iuncea.* CLEOME fruticoſa, aphylla, corymbis lateralibus, genitalibus elongatis gynandris octandris, ſiliqua lineari tomentoſa.
Cleome iuncea. *Sparrmann. Act. upſ. v. 3. p. 192.*
*Habitat* in Africa. *Sparrmann.* ♄.
Sui generis diſtinctiſſima.
*Rami* rigidi, apice obtuſe pungentes, aphylli.
*Folia* vix ulla, niſi parvæ ſquamulæ.

*tenella.* CLEOME foliis ternatis filiformibus linearibus.
*Habitat* in India orientali. ☉.
*Planta* ſpithamæa, ramoſa, erecta.
*Folia* ternata: foliolis ſeſſilibus, longitudine petalorum.
*Siliquæ* lineares.

MONA-

# MONADELPHIA.

## TRIANDRIA.

*Hydnora.* APHYTEIA.

Aphyteia Hydnora. *Plant. aphyt. p.* 10. *f.* 1-6.
Hydnora africana. *Thunb. Act. holm. ann.* 1775. *p.* 69. *t.* 2. *& ann.* 1777. *p.* 144. *t.* 4. *f.* 1. 2.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei in radicibus Euphorbiæ mauritanicæ paraſitica. *Thunberg.*

*Vegetabile* absque foliis & caule & radice paraſiticum, terreſtre, ſola fructificatione conſtans, uti Lathræa clandeſtina, quæ tamen floribus plurimis donata, hoc vero ſolitarium florem habet.

*Flos* palmaris, ſeſſilis, coriaceus, ſucculentus.

*Calyx* magnus limbo trifido, erecto, quaſi ex laciniis duplicatis, interiore latere picto figura ſcutiformi, alba.

Odor floris & fructus maturi non ingratus.

In deliciis Vulpium & Viverrarum eſt.

Cruda & cineribus aſſata editur ab Hottentottis.

# PENTANDRIA.

*denudata.* HERMANNIA foliis lanceolatis acutis lævibus ſuperne ſerratis.

*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.* ♄.

*Caules* erecti, teretes, læviuſculi, ſtricti, ſuffruticoſi.

*Folia* petiolata, alterna, remota, lævia, ſubtus trinervia, acuta, ſuperne dentato-ſerrata.

*Folia floralia* integerrima.

*Stipulæ* lanceolatæ, petiolis vix longiores, nervoſæ.

*Flores* e ſummitate, ex alternis oppoſitionibus ſtipularum ſ. pedunculo bifloro, pedunculati.

*Calyx* lævis, ſemiquinquefidus.

*Corolla* lutea.

*glabrata.* HERMANNIA foliis lanceolatis acutis inciſo-ſerratis glabris, floribus cernuis.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſalvifolia.* HERMANNIA foliis ovatis integris rugoſis tomentoſo-hiſpidis, floribus cernuis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*pulchella.* HERMANNIA foliis lanceolatis pinnatifidis: pinnis integris inciſisque, caule erecto lævi.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*diffuſa.* HERMANNIA procumbens, foliis lanceolatis pinnatifidis: pinnis integris dentatisque, pedunculis capillaribus bifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*filifolia.* HERMANNIA foliis lineari-triquetris integerrimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ciliaris.* HERMANNIA foliis lanceolatis acutis integris ſerratisque ciliatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Eſſet hæc Maherniæ ſpecies, ſi illud genus ullo modo ab Hermanniis ſeparari poſſet.

*biſerrata.* HERMANNIA foliis ovatis lanceolatis inæqualibus ſerratis glabris, floribus cernuis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*odorata.* MELOCHIA foliis ovatis ſubcordatis ſublobatis biſerratis glabris, paniculis pedunculatis compoſitis.
*Habitat* in Inſula Tanna. *Equ. Bäck.*
Glabra, at pedunculi cinerei ex tenuiſſimo tomento.
*Folia* ſimillima M. corchorifoliæ, at longe maiora.
*Paniculæ* longe pedunculatæ, ramoſæ.
*Flores* magni.

*globuliſera.* SYMPHONIA.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Arbor* trunco craſſo & alto.
*Ramuli* breviores, glabri, cicatricibus foliorum notati.

*Folia*

*Folia* in apice ramulorum, approximata, petiolata, oblonga, lanceolata, integerrima, glaberrima, glauca, ſubtus rachide obtuſa, carinata: venis ſubtiliſſimis, transverſalibus; conſiſtentia foliorum Lauri, palmaria.
*Petioli* breviſſimi, ſemiteretes.
*Umbella* terminalis, ſimplex, pauciflora, ſeſſilis.
*Pedunculi* erecti, angulati, uniflori.
*Flos* magnitudine floris Theæ, ruber.
*Calyx* brevis: ſquamis obtuſis.
*Petala* quinque, conniventia (omnino more Trollii) in globum rotundum, depreſſiuſculum, clauſum: ſingula margine laterali dextro incumbentia proximo.
*Staminum vagina* indiviſa, arcte piſtillum veſtiens, eminet extra florem, tanquam calyx ſuperus in fructu.
Hæc indiviſa vagina apice terminatur *Antheris* quinque, ſeſſilibus, cum *Stigmatibus* quinque alternantibus, quaſi in ſtellam.
*Cortex fructus* coriaceus veſtit *Semina* picta, interiecta ſubſtantia mucoſa flaviſſima.
Semina Pſittacis gratiſſima ſunt.

# OCTANDRIA.

*Capenſis.* AYTONIA.
Cotyledon foliis linearibus, flore quadrifido, fructu ſubrotundo. *Burm. afr.* 53. *t.* 21. *f.* 2.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei prope Goudo-Revier. *Thunberg.* ♄.
*Caulis* fruticoſus, orgyalis.
*Rami* alterni, ſubteretes, rugoſo-angulati, erecti, glabri, gemmis noduloſis.
*Folia* faſciculata, lanceolata, obtuſa, integerrima, glabra.
*Pedunculi* laterales, ſolitarii, uniflori, glabri, foliis breviores, ſæpe recurvi.
*Petala* incarnata.
*Antheræ* flavæ, fuſco-ſtriatæ.
*Fructus* Phyſalidis Alkekengi aſſimilans.

DECAN-

# DECANDRIA.

*abrotani-folium.* GERANIUM calycibus monophyllis, foliis multifidis linearibus incanis.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*Caulis* ſuffruticoſus: ramis a ruderibus ſtipularum foliorumque inæqualibus.

*Folia* petiolata, triternata, incana, quaſi faſtigiata: foliolis ſ. ſegmentis linearibus, obtuſis, omnibus ſimul ambitu reniformi.

*Flores* umbellati, purpurei: calycibus monophyllis.

*appendiculatum.* GERANIUM calycibus monophyllis, foliis radicatis ſupradecompoſitis hirſutis, petiolis appendiculatis, umbella ſcapo longiore.

*Habitat* in Africa.

Diſtinctiſſimum omnium petiolis in medio utrinque auriculatis: lobo ovato ſ. cordato, lato, integro, glabro, inter quos lobos exit petiolus teres, hirſutus, cum folio ſupradecompoſito, ſ. tripinnato, hirſuto.

*Radix* tuberoſa.

*Folia* omnia radicalia & quaſi cæſpitoſa.

*Scapus* unus ſ. bini, palmares, foliis vix longiores, erecti, ſulcati, hirſuti.

*Involucrum* polyphyllum, breve: foliolis ſubulatis, hirſutis.

*Umbella* decemradiata: radiis longitudine fere ſcapi; hirſuta.

*Flores* violacei.

*hiſpidum.* GERANIUM calycibus monophyllis, caule fruticoſo hiſpido, foliis palmatis dentato-laceris hiſpidis, umbellis compoſitis, involucris reflexis.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Bäck.* ♄.

*Caulis* fruticans, teres, ramoſus, altitudine bipedali & ultra.

*Folia* alterna, petiolata, palmata, inciſa, dentata ſ. lacera, utrinque hiſpida.

*Umbellæ* terminales, compoſitæ.

*univerſalis* triradiata.

*partiales* quinque ſ. ſex radiatæ: radiis brevioribus.

*Involucra*

*Involucra* & *Involucella* pentaphylla, reflexa, marcescentia.
*Flores* parvi.
*Styli* capillares.
*Stigmata* quinque.
Singularis hiſpidis omnibus partibus & umbellis compoſitis.

*Oenotheræ.* GERANIUM calycibus monophyllis, foliis oppoſitis lanceolatis ſerrato-dentatis molliſſime tomentoſis, umbella pauciflora.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Herba* habitu Oenotheræ molliſſimæ, tota tomento tenuiſſimo cano molliſſima.
*Folia* petiolata, lineari-lanceolata, dentato-ſerrata: caulina oppoſita.
*Stipulæ* ſubulatæ.
*Pedunculi* filiformes, longi.
*Involucrum* pentaphyllum: foliolis lanceolatis, hirſutis.
*Umbella* tri-ſ. quadriflora: pedicellis calyce brevioribus.
*Calyces* magni.
*Flores* violacei.

*variegatum.* GERANIUM glaucum, calycibus monophyllis, foliis alternis tri-ſ. quinquepartitis: lobis trifidis ſerratis, ſtipulis cordatis ovatis, umbella pauciflora.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Habitus* G. acetoſi ſ. hybridi, absque ulla hirſutie.
*Petioli* teretes.
*Stipulæ* latæ, æquales, cordatæ.
*Flores* magni, variegati.

*tetragonum.* GERANIUM carnoſum, caule tetragono ſcandente, foliis lobatis crenatis glabris, pedunculis bifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Singularis ſucculenta ſua carnoſitate, qua fragilis, & ſiccata parva ſua folia facile perdit, inde in Herbariis plerumque aphylla.

*Hermanniæfolium.* GERANIUM calycibus monophyllis, caule fruticoſo, foliis lobatis crenatis ſubcucullatis, ſtipulis cordatis involucrisque hiſpido-muricatis.
Geranium hermannifolium. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 511.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*Stipulæ* cordatæ, fere imbricatæ in ramulis.
*Involucella* lanceolata.
*Pedunculi* biflori.

*ſtipulaceum.* GERANIUM acaule, calycibus monophyllis, foliis oblongis inciſis ſerratis, ſtipulis ſubulatis rigidis albis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Pedunculi* umbellati.

*incarnatum.* GERANIUM pedunculis bifloris, foliis tripartitis trifidis glabris, petalis integris, arillis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*emarginatum.* GERANIUM pedunculis unifloris, foliis emarginatis ovatis crenatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Affinis G. glauco.

*quercifolium.* GERANIUM calycibus monophyllis, foliis pinnatifidis, ſinubus rotundatis, lobis crenatis, floribus umbellatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ternatum.* GERANIUM calycibus monophyllis, foliis ternatis: foliolis lobatis: lobis dentatis, floribus ſubumbellatis, caule hiſpido.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*lævigatum.* GERANIUM glaucum, calycibus monophyllis, caule erecto, foliis pinnatifidis: laciniis integris lanceolatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Forte ſola varietas ſequentis, nam in nullis niſi diviſis foliis differt.

*glaucum.* GERANIUM glaucum, calycibus monophyllis, caule erecto, foliis lanceolatis integerrimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Frutex* glaberrimus, erectus, ſuffruticoſus, rufeſcens.
*Folia* oppoſita, petiolata, lanceolata, integerrima, acuta, longe petiolata, glauca ſ. cana.
*Stipulæ* ſubulatæ, breves.
*Umbellæ* paucifloræ, pedunculatæ.

POLY-

# POLYANDRIA.

***ternata.*** SIDA foliis ternatis, foliolis ſerratis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

***arborea.*** SIDA foliis cordatis ovatis acuminatis crenatis quinquenerviis molliſſime tomentoſis, pedunculis axillaribus unifloris.
*Habitat* in Africa. ♄. H. U.
*Arbor* (mihi) orgyalis.
*Stipulæ* ſubulatæ.
*Flos* magnus, Hibiſci, albus.
*Capſulæ* quinqueloculares.

***Carpinifolia.*** SIDA fruticoſa, foliis bifariis ovato-lanceolatis ſerratis: ſerraturis arctatis. umbellis axillaribus.
*Habitat* in Madera in Horto Monaſterii Sti Franciſci. *F. Maſſon.* ♄.
*Rami* patentes, bifarii, piloſi.
*Folia* breve petiolata, bifaria, ovato-lanceolata, ſerrata: ſerraturis terminatis pilo ſ. ſeta rigida; venoſa, glabra.
*Stipulæ* ſubulatæ, petiolo longiores, erectæ, conniventes.
*Pedunculi* axillares, rarius ſolitarii, umbellati, longitudine petioli, piloſi.
*Calyx* glaber.
*Corolla* lutea.
*Capſulæ* octo, apice biariſtatæ.

***Abutiloides.*** MALVA fruticoſa, incana, foliis profunde lobatis ſinuatisque.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Frutex* ſimillimus M. Capenſi, ſed totus, excepta pagina ſuperiore foliorum, albo-incanus ſ. ſubtomentoſus.
*Folia* parva, cordata, tri-ſ. quinquelobata: lobis inciſis: intermedio productiore.
*Flores* in racemis terminalibus, magni.
*Calyx inferior* lanceolatus.
*Corolla* alba.
*Fructus* globoſus, retuſus: loculis numeroſis, quindecim ſ. viginti, arcte connexis, ut in Abutilo veterum.

*lepto-carpa.* URENA foliis lanceolatis ſerratis.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dahlberg.* ♄.
*Frutex* decempedalis: ramis teretibus.
*Folia* alterna, petiolata, remota, lanceolata, ſerrata.
*Flores* terminales, glomerati, ſeſſiles, capitati.
*Calyx exterior* foliolis quinque, lanceolatis.
*interior* foliolis totidem, minor.
*Corolla* magnitudine vix Ranunculi acris.
*Petala* oblonga, calyce duplo longiora.
*Stamina* monadelpha, petalis non longiora.
*Germen* ſubrotundum.
*Styli* quinque.
*Stigmata* ſimplicia.
*Capſula* ſubrotunda, æqualis, ſuperne cincta mucronibus quindecim, quinquelocularis ſ. diſcedens quinque partibus.
*Semina* oblonga, ſolitaria.
Media quaſi inter Urenas & Hibiſcos.

*Americana.* URENA foliis trifidis baſi integris.
Malva fruticoſa, ribeſii foliis, ſeminibus aſperis. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 37. *t.* 11. *f.* 2.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Caulis* fruteſcens, teres, vix ſcaber.
*Folia* petiolata, ſemitriloba: ſinubus obtuſis, non rotundato-excavatis; ſerrata, baſi integra, obtuſiuſcula: lobo medio paulo maiore, lobis extrorſum magis diſtantibus; ſub tomento poro nectareo ad baſin nervi intermedii paginæ inferioris.
*Calyx* & *Fructus* ut in reliquis, ſed *Corolla* minor.

*micranthus.* HIBISCUS foliis ſubrotundis integris ſerratis, corollis reflexis obliquis.
*Habitat* in India orientali. *König.* ☉.
*Caulis* teres, erectus, ſimplex, pedalis.
*Folia* alterna, petiolata, angulis nullis, magnitudine oboli.
*Flores* in ſummitate, minuti.
*Semina* lanuginoſa.

*urens.* HIBISCUS tomentoſus, foliis reniformibus crenatis, calycibus lanatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Equ. Bäck.*
*Magnitudo* & *Facies* Alceæ roſeæ.
*Herba* tomentoſa, læviter urens.
*Caulis* herbaceus.
*Folia* reniformia, rotundata, vix lobata, inæqualiter crenata, ſubtus magis tomentoſa, pallidiora, palmaria.
*Pedunculi* ſæpius folio longiores.
*Flores* axillares, bini, ternive, ſubſeſſiles, glomerati.
*Calyces* lanati.
*exterior* paulo brevior: foliolis decem, linearibus, villoſis.
*interior* paulo longior, angulatus, craſſus, utrinque villoſus.
*Corolla* ratione calycis minor, purpurea.
*Stamina* anguſta.
*Antheræ* luteæ.

*præmorſus.* HIBISCUS hirſutus, foliis ovatis baſi anguſtato-cordatis apice præmorſis crenatis, calycibus tomentoſis, ſeminibus tuberculatis.
*Habitat* in Africa. ♄. H. U.
*Frutex* hortenſis, pulcher, floret per totam æſtatem.
*Folia* quaſi in medio truncata & crenulata, quinquenervia, mollia.
*Flores* parvi, lutei.
*Capſulæ* parvæ, quinæ, tuberculatæ, cum acumine.
Differt ab H. æthiopico calyce non hiſpido.

*pedunculatus.* HIBISCUS hirſutus, foliis quinquelobis dentatis, pedunculis axillaribus unifloris elongatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*cordifolius.* HIBISCUS arboreus, tomentoſus, foliis cordatis ovatis ſerratis, floribus pedunculatis terminalibus, calyce polyphyllo lineari longo.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.
*Figura foliorum* ut in H. populneo, absque ullis angulis.
*Calyx* ut in H. Malvaviſco, ſed multo longior & magis polyphyllus.
*Flores* inter mediocres.

*rigidus.* HIBISCUS ſuffruticoſus, hirſutus, ramis ſimplicibus, foliis oblongis ſerratis, limbo corollæ reflexo, ſeminibus lanatis.
*Habitat* in graminoſis Zeylonæ. *König.* ♄.
*Ramuli* longi, filiformes, ſimpliciſſimi, rigidi.
*Folia* oblonga, ſerrata, petiolata, parva.
*Stipulæ* erectæ, ſetaceæ, rigidæ.
*Pedunculi* axillares, uniflori.
*Limbus corollæ* eximie reflexus.
*Semina* lana involuta.

*haſtatus.* HIBISCUS incanus, foliis oblongis ſimplicibus baſi trilobis integerrimis, racemo terminali.
*Habitat* in Taheiti. *Equ. Bäck.* ♄.
*Totus* tomento tenui caneſcens.
*Folia* petiolata, elongata, lato-linearia, alia baſi lobis appendiculatis, alia exacte triloba, maiora, glabra.
*Stipulæ* oblongæ, integerrimæ, obtuſæ, magnæ, caducæ.
*Racemus* terminalis, elongatus, pauciflorus.
*Bracteæ* binæ, ſtipulæformes, obliquæ, ad exitum pedicellorum.
*Calyces* ſimpliciter fiſſæ, absque ſpinis ſ. appendiculis.
*Capſula* globoſa, lævis, cana.

*phœniceus.* HIBISCUS foliis ovatis acuminatis ſerratis, pedunculis articulatis ſupra articulos incraſſatis, lobis longioribus, calycibus nudis, ſemine lanato.
Hibiſcus phœniceus. *Iacqu. hort. v.* 3. *p.* 11. *t.* 14. figura pulchra.
Hibiſcus hirtus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 523.
*Habitat* in Zeylona. ♄.
*Frutex* pulcherrimus, qui per totam æſtatem in caldariis ruberrimis floribus ornatus eſt, ut cum plurimis inodoris Coronariis certet.
Hibiſcus hirtus huius ſolummodo Varietas, quæ forte a ſola cultura dependet.

*fraternus.* HIBISCUS calycibus exterioribus radiis teretibus: apice mucronato concavo, foliis trilobis.
Anonyma. *Merian. ſurin. t.* 37.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.*
*Caulis* herbaceus, lævis ut tota planta.
*Folia* petiolata, profunde trifida: laciniis ſerratis, lanceolatis: media maiore; nervo ſubtus poro glanduloſo.
*Calyx interior* quinquepartitus, angulatus, duplo longior: laciniis ovato-oblongis, erectis, marginatis, rigidis.
*Corolla* lutea.
*Capſula* ſubgloboſa, pubeſcens, quinquelocularis, quinquevalvis, brevis.

*ſororius.* HIBISCUS calycibus exterioribus teretibus apice dilatatis, foliis cordatis crenatis ſcabris.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.*
*Caulis* herbaceus ſ. ſuffruticoſus, teres, totus piloſus, ſuffultus arboribus.
*Folia* alterna, petiolata, cordata absque angulis, crenata, ſcabra, remota.
*Stipulæ* ſubulatæ, minutæ.
*Pedunculi* axillares, longitudine foliorum, ſolitarii, pubeſcentes, uniflori.
*Calyx* hirſutus.
*exterior* radiis decem, teretiuſculis, patentibus, diſtantibus, calyce interiore brevioribus, apice dilatatis in folium cordatum, obtuſum, cucullatum.
*interior* campanulatus, maior, angulatus, quinquefidus: laciniis ovatis.
*Corolla*, *Stamina*, *Piſtilla* ut in H. Manihot.
*Capſula* glabra, piloſa, calyce brevior.
*Semina* glabra.

*cancellatus.* HIBISCUS caule debili hirto, foliis cordatis ſerratis, calycibus globoſis: radiis vicenis ſubulatis hirtis.
*Habitat* in Surinamo. *Dalberg.*
*Caulis* herbaceus, filiformis, proſtratus, piloſus ut tota planta.
*Folia* alterna, petiolata, ſagittato-cordata, dentata.

*Pedunculi* axillares, uniflori, petiolis longiores.
*Calyx exterior* globoso-inflatus, e radiis viginti, setaceis, pilosis.
*interior* parvus, quinquefidus.
*Corolla*, *Stamina*, *Pistillum* generis.
*Stigmata* decem.
*Capsula* semipentacocca: loculis quinque.
*Semina* plurima.

*speciosa.* BARRINGTONIA.
Mammea asiatica. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 409.
Barringtonia speciosa. *Forst. gen. n.* 38. *Cooks it. p.* 157.
Commersona. *Sonnerat. guin. t.* 8. 9.
Butonica. *Rumph. amb. v.* 3. *p.* 179. *t.* 114.
*Habitat* intra tropicos plerumque ad littora Oceani & fluminum ostia in India orientali, ab oris australioribus Chinæ per omnes insulas Moluccas usque ad Taheiti, Marchionis & Mendozæ insulas maris Pacifici. ♄.
*Colitur* in horto gubernatoris insulæ sanctæ Helenæ.
*Arbor* procera, omnium, quæ in eleganti Flora æquinoctiali superbiunt, Speciosissima, spissis lateque umbrosis foliorum comis, & undique interiectis floribus maximis, formosissimis, purpureo & niveo colore fulgentibus.
*Truncus* excelsus, crassus, erectus: cortice cinereofusco, glabro, rimulis exarato.
*Rami* patentes, teretes, amplissimi, extensi, subflexuosi, varie divisi, cortice rimoso tecti, apice foliosi.
*Folia* sparsa, conferta, summa subverticillata, sessilia, cuneiformia, obtusa, integerrima, patentia, pedalia, vel bispithamæa, crassa, coriacea, glaberrima, splendentia, saturate viridia, venis flavis, rachique flava, crassa, basi rubicunda notata.
*Thyrsus* terminalis ramulorum, solitarius, pedalis, erectus.
*Pedunculus* teres, subangulatus, lævis, subflexuosus, pedalis.
*Pedicelli* quinque ad viginti, uniflori, sparsi, teretes, læves, patentes, palmares, crassitie pennæ anserinæ.

*Bracteæ*

*Bracteæ* ſubrotundæ, læves, integerrimæ, ſeſſiles, deciduæ, ſolitariæ, ad baſin pedicellorum.
*Flores* maximi, pellucido-candidiſſimi.
*Filamenta* candida, baſi diaphana, apice purpurea.
*Antheræ* flavæ, aureæ.
*Stylus* candidus, apice purpureus.
*Drupa* rufo-fuſca.
Noctu flores aperit ſponte deciduos, quos iam primo ſolis ortu amittit; verum & ab aviculis roſtro avulſi flores late ſparguntur, inde terra ſtaminibus ſanguineis conſita eſt, pulcherrimæ ſtragis veſtigiis.
Nuclei huius arboris eſcæ admixti & a piſcatoribus in mare abiecti, viribus toxicis piſces inebriant, eadem ratione, qua Cocculi indici, Galega, Piſcidia, multæque aliæ plantæ littorales idem præſtant. *Hæc communicavit Cl. Forſter, filius.*

***auguſta.*** GUSTAVIA.

Guſtavia auguſta. *Plant. ſurinam. p.* 18.
Iaparandiba. *Piſ. braſ.* 121. *Marcgr. braſ.* 109.
Pirigara tetrapetala. *Aubl. guian. p.* 486. *t.* 192.
Pirigara hexapetala. *Aubl. guian. t.* 193. vix differt niſi ut varietas.
*Habitat* in Surinamo & in Inſula Cayennæ in montibus Courou. ♄.
*Arbor* ramis craſſiuſculis, altitudine viginti ad triginta pedum.
*Folia* alterna, ſubſeſſilia, confertiuſcula, ſuperne lato-lanceolata, baſi anguſtiora, ſpithamæa ſ. pedalia, coſtata, ſubſerrata, utrinque glabra.
*Pedunculi* terminales, duo ſ. tres, uniflori, uniarticulati.
*Flos* ſpecioſiſſimus, Nymphææ albæ maior, diſco ſ. receptaculo inter corollam & ſtylum ample nudo, calvoque.
*Petala* alba, apice rubra, conſiſtentia Lilii candidi.
*Filamenta* inferne unita in membranam, quæ inſerta baſi corollæ, adeoque Icoſandriæ indolis ſunt.
*Antheræ* flavæ.
*Stylus* minutus, flavus.
*Pomum* ſexloculare, pyriforme, truncatum, ſubgloboſum, apice calvo, planiuſculo.

*Semina* plurima, multa abortientia, ovalia, glabra, caſtanea, magnitudine Piſtaciorum, unilocularia: corculo bifido; hilo exſerto, ut in Violis, longitudine ſeminis, flexuoſo, cartilagineo.
Flos Lilii odorem ſpargens, Lignum vero fœtidiſſimum, etiam poſtquam ſiccatum eſt.
Uſus ad circulos ligneos. *Aublet.*

*princeps.* CAROLINEA.
Xiloxochitl. Flos capillaceus. *Hern. mex. p.* 68.
Pachira aquatica. *Aubl. guian. p.* 725. *t.* 291. 292.
Sergeant. *Surinam.*
Cacao ſauvage. *Guian.*
*Habitat* in Mexico, Surinamo, Guinea, ad ripas fluviorum, in locis aqua marina ſubmerſis. ♄.
*Arbor* inermis, magna.
*Folia* alterna, petiolata, digitata: foliolis tribus ſ. quinque, lato-lanceolatis, ſubpetiolatis, integerrimis.
*Stipulæ* binæ, breves, caducæ. *Aublet.*
*Flores* ſolitarii, axillares, ſeſſiles, maximi, ſpecioſiſſimi.
*Petala* flava.
*Filamenta* rubra.
*Antheræ* purpureæ.
*Fructus* facie fructus Cacao ſ. Cucumeris, toruloſus, obovatus.
*Semina* amygdalina: cotyledonibus plicatis.
Semina eſculenta ſunt, ſed non multa edenda, niſi prius toſta, nam nimis flatulenta.

# DIADELPHIA.

## HEXANDRIA.

*Sibirica.* FUMARIA filiquis ovalibus, caulibus patulis, foliolis oblongis.
Fumaria tenuifolia, floribus luteis. *Amm. rar.* 173. *t.* 20.
*Habitat* in Sibiria. ⊙. H. U.

*Caules*

*Caules* herbacei, ramoſi, pentagoni, fragiles, erecti-uſculi, patuli.
*Folia* alterna, ſupradecompoſita: foliolis oblongis.
*Flores* flavi.
*Legumina* ovalia, compreſſa, lævia, ſubelaſtica.

# OCTANDRIA.

*æſtuans.* POLYGALA floribus imberbibus racemoſis, foliis lanceolatis petiolatis, caule fruticoſo.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.* ♄.
*Caulis* fruticuloſus, ſubſtriatus.
*Folia* alterna, diſtincta, petiolata, lanceolata, avenia, nuda, pollicaria, petiolo quaſi inarticulata.
*Racemi* terminales, duo ſ. tres, foliis ſæpe longiores.
*Corollæ vexillum* cæruleum.
*Capſulæ* ovatæ, rugoſæ, pendulæ, duræ, biloculares.
*Semina* ſolitaria.

*ſquarroſa.* POLYGALA floribus imberbibus, caule fruticoſo, foliis aggregatis lanceolatis patulis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Equ. Bäck.* ♄.
*Caulis* fruteſcens, virgatus.
*Gemmæ* alternæ, e ſingulis ſetis.
*Folia* numeroſa, lanceolata, ſeſſilia, pandentia ſ. reflexa, unguicularia, rigidula, ut Androſaces.
*Flos* e roſulis foliaceis, ſæpe ſolitarius, purpuraſcens, ut P. Heiſteriæ.

*trinervia.* POLYGALA floribus imberbibus, pedunculis uniflоris, foliis alternis cordatis cuſpidatis trinerviis, caule fruticoſo angulato.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Caulis* fruticoſus, viridis, angulatus, lævis, ramoſus, altus.
*Folia* ſeſſilia, alterna, cordata, ſubtus nervoſa, acuta, parva.
*Pedunculi* axillares, ſetacei, uniflori.
*Flores* parvi, absque criſta.
*Capſulæ* oblongæ, apice bicornes.

POLYGALA

*teretifolia.* POLYGALA floribus criſtatis lateralibus, caule fruticoſo ramoſo, foliis filiformibus falcatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*mixta.* POLYGALA floribus imberbibus ſeſſilibus, foliis teretibus mucronatis confertiſſimis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Frutex* adeo ſimilis P. alopecuroidi ut nihil ſimilius, ſed folia omnino P. Heiſteriæ, teretia, confertiſſima, mucronata, lævia, nec ovato-lanceolata ſ. ciliata ſ. plana.
*Flores* ſimiles P. Alopecuroidi, nec P. Heiſteriæ.

*Lanceolaria.* DALBERGIA foliis pinnatis: foliolis ellipticis ſubtus piloſis, fructibus lanceolatis.
*Habitat* in Zeylona. *König.* ♄.
*Arbor* ramulis virgatis, pendulis, una cum petiolis piloſis.
*Folia* alterna, pinnata cum impari: foliolis ellipticis, alternis, remotioribus, decem ſ. ſedecim, integerrimis, undulatis, ſubtus glabris, ſupra hirſutis, aveniis, parvis.
*Racemi* axillares, piloſi, ramoſi.
*Flores* ferruginei.
*Perianthium* campanulatum, hirtum: dentibus ſubæqualibus.
*Corolla* D. Monetariæ maior.
*Vexillum* magis dilatatum.
*Filamenta* duo, lateralia, apice quadrifido cum rudimento quinti utrinque, ſed absque filamento libero nono ut in D. Monetaria.
*Stylus* ſurſum reflexus.
*Stigma* ſimplex.
*Fructus* eſt Membranula exacte figura Lanceolæ, baſi attenuata, non dehiſcens, nec cultro in duas epidermides dividi poteſt, longitudine digiti ſ. minore.
In medio huius membranulæ *Semen* unicum, compreſſum, ovale immiſſum eſt; ſi *Semina* bina, tunc ſpatio remota, per longitudinem poſita.

DALBER-

*Monetaria.* DALBERGIA foliis ternatis: foliolis glabris ovatis, fructibus ovalibus aveniis.
Bebe-boom. *Surinam.*
*Habitat* in Surinami locis humentibus. ♄.
*Frutex.*
*Folia* ternata.
*Foliola* ovata, petiolata, integerrima, glabra, venosa, acuminata, alterna.
*Pedunculi* axillares, plures, spicati, secundi, inferne a casu florum dentati.
*Flores* minutissimi, albi.
*Perianthium* monophyllum, campanulatum, subquinquedentatum, obtusum: dentibus æqualibus.
*Corolla* alis dente reverso.
*Filamenta* duo, lateralia, æqualia, apice quadrifida, & tertium simplex sub germine, hinc filamenta novem.
*Antheræ* novem, globosæ, didymæ.
*Stylus* filiformis, erectus.
*Stigma* capitatum, simplex.
*Fructus* est Ligula ovalis, figura Nummi, magnitudine extimi pollicis, compressa, interne cartilaginea, unilocularis, decidua, nec dehiscens.
*Semen* unicum, compressum, reniforme.
Radix truncata succo purpureo scatet.
Lignum rubrum.
Resinam dat Sanguinem Draconis æmulantem.

# DECANDRIA.

*lunatus.* PTEROCARPUS foliis pinnatis, spinis stipularibus, fructibus lunatis.
Medicago leguminibus lunatis. *Plum. ic. t.* 201. *f.* 2.
*Habitat* in America meridionali. *C. G. Dalberg.* ♄.
*Frutex* rigidulus.
*Spinæ* stipulares, geminæ, robustæ, recurvatæ.
*Folia* inter spinas inserta, alterna, pinnata cum impari: foliolis quinque ad septem, alternis, subsessilibus, oblongis, obtusis.
*Panicula* terminalis, pubescens, ferruginea, ex pedunculis subspicatis, secundis, hinc a casu florum altero latere dentatis.

*Spicæ*

*Spicæ* deflexæ, incurvæ, ut in Aſperifoliis.
*Calyx* campanulatus: limbo dilatato, plano, quinquedentato.
*Corolla* alba.
*Vexillum* reflexum, cordatum, emarginatum.
*Alæ* oblongæ, obliquæ: dente reverſo.
*Stamina* decem, cohærentia in unguem.
*Piſtillum* breviſſimum.
*Germen* pedicellatum, compreſſum, oblongum.
*Stylus* adſcendens, breviſſimus.
*Stigma* ſimplex.
*Legumen* compreſſum, reniforme ſ. lunatum, apice tangente fere baſin, evalve, absque carina foliacea.
*Semen* reniforme, compreſſum, maximum, magnitudine totius leguminis.

*Santalinus.* PTEROCARPUS foliis ternatis ſubrotundis retuſis glaberrimis, petalis crenatis undulatis.
Moutouchi ſuberoſa. *Aublet. guian. v. 2. p. 742. t. 200.* fructus & flores valde aſſimilant, reliqua vero non.
*Habitat* in montibus Palicatenſibus Indiæ, intra montes Nageri & Nair Hævram & in Zeylonenſibus, iuga montium amans. *König.* ♄.
*Arbor* altiſſima: cortice Alni; ramis alternis.
*Folia* alterna, petiolata, ternata, rarius pinnata: foliolis quatuor ſ. quinque, alternis, petiolatis, ſuperioribus in eadem pinna maioribus, ovato-orbiculatis ſ. oblongis, integerrimis, emarginatis ſ. retuſis, ſupra glaberrimis, ſubtus canis.
*Stipulæ* nullæ.
*Racemi* axillares, ſimplices ſ. ramoſi, erecti.
*Bracteæ* nullæ.
*Calyx* fuſcus.
*Corolla* papilionacea.
*Vexillum* obcordatum, erectum, lateribus ad dorſum reflexis, denticulatum, criſpato-undulatum, flavum, venis rubris ſtriatum.
*Alæ* patentes, margine denticulato-undulatæ, flavæ.

*Carinæ*

*Carina* oblonga, parum inflata, apice ut reliqua criſpa, brevis.
*Filamenta* decem, diadelpha, flava.
*Antheræ* globoſæ, albæ.
*Germen* pedicellatum, oblongum, compreſſum, hirſutum.
*Stylus* curvus.
*Stigma* obtuſum.
*Legumen* ſubrotundum, pedicellatum, ſurſum falcatum, compreſſum, glabrum, margine inferiori carinatum: carina membranacea, ſubundulata, ſub epidermide venis varicoſa; non dehiſcens.
*Semen* unicum, orbiculatum, compreſſum, vix emarginatum.
*Variat* figura foliorum in diverſis.
Hoc verum eſt Santalum rubrum, quod König in montibus ſupra nominatis primum detexit, ſuamque mihi miſit deſcriptionem, herbam ſiccam & lignum ſaturate rubrum, venis atris immixtum, grave, denſum, polituram ſtatim admittens, in aqua ſubmergens, attritu humido pulchre rubrum tingens.
Succus dat ſpeciem Sanguinis Draconis Officinarum.

## *Obſervatio.*

Plurima Ligna indica rubra per rimas corticales trunci ſuccum ſanguineum transſudant, in reſinam rubram indureſcentem, qualitate a Sanguine Draconis non differentem, unde reſina hæc, officinis noſtris pharmaceuticis notiſſima, a variis arborum ſpeciebus colligitur, etiam a Pterocarpo Santalino.
Nondum novimus omnes illas arbores, quæ ſucco ſanguineo abundant, eodem modo ac Lacteſcentes ſucco albo. Sanguifluæ ſunt & Crotona varia.

*Supranulium.* SPARTIUM foliis ternatis, floribus axillaribus pluribus pedunculatis, ramis virgatis ſulcatis canis, leguminibus glabris.
*Habitat* in ſummis cacuminum lateribus Montis Pico.
*Maſſon.* ♄.

Refert

Refert exacte primo visu *S.* iunceum, sed folia ternata, ramique sulcati, apices ramorum sæpe aphylli.
*Frutex* pulcherrimus ob copiam florum alborum, fragrantissimorum.
*Folia* petiolata, ternata, linearia, parva.
*Pedunculi* in axillis foliorum, plures, congesti, uniflori.
*Flores* albi, odoratissimi, parvi.
*Legumina* compressa, glabra, dum siccantur nigra.

*Cytisoides.* SPARTIUM fruticosum, sericeum, foliis petiolatis ternato-linearibus integerrimis, ramis teretibus, racemis terminalibus.
Ebenus capensis. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 545.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.* ♄.

*aphyllum.* SPARTIUM ramis teretibus striatis glabris virgatis, foliis brevissimis linearibus suffultis.
Spartium aphyllum. *Pall. it. v.* 3. *p.* 742. *t. V. f.* 3.
*Habitat* in arena mobili deserti Wolgensis. *Pallas.*
Ramis & eorum ramificationibus in simplicissimos filiformes & attenuatos floriferos ramulos refert *S.* iunceum.
*Folia* nulla in toto caule, nisi unicum parvum, (quod potius stipulam refert) lineare ad singulam divisuram ramuli, quod cito marcescit.
*Bracteæ* ad singulum florem, parvæ, subulatæ.
*Flores* parvi, pedicellati, ad latera ramulorum racemum formantes.
*Corollæ* violaceæ.
*Legumina* brevia, compressa, cana, disperma.

*mucronata.* ASPALATHUS foliis ternatis lævibus, ramis acuminatis, floribus racemosis.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *Thunberg.* ♄.
*Caulis* lævis, remote ramosus, absque verrucis.
*Rami* sensim attenuati, quasi spinosi.
*Folia* ternata, lanceolata, subæqualia, glabra, brevissime petiolata.
*Racemi* terminales, erecti: pedicellis brevissimis.
*Calycis dentes* minuti.
*Corollæ* glabræ.

ASPALA-

*Aſparagoides.* ASPALATHUS foliis faſciculatis ſetaceis piloſiuſculis, calycibus foliiformibus longitudine corollæ ſolitariis.



*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ħ.
*Frutex* ramoſiſſimus, ſubpubeſcens.
*Verrucæ* parvæ, a caſu foliorum, pubeſcentes.
*Folia* faſciculata, filiformia ſ. ſetacea, acuta, raris pilis adſperſa, vix digiti minimi transverſi longitudine, minime ſtricta.
*Flores* ſolitarii, ſeſſiles.
*Calycis dentes* longitudine fere corollæ, ſimiliter piloſi.
*Corollæ vexillum* vix pubeſcens.

*heterophylla.* ASPALATHUS foliis ramorum faſciculatis, ramulorum ternatis linearibus hirtis, ſpicis terminalibus, calyce corollisque villoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Singularis, quod folia inferiora faſciculata, ſuperiora ternata.
*Spicæ* longiores.
*Flores* lutei.
Rudimenta ramulorum in ramis faciunt folia faſciculata.

*glomerata.* ASPALATHUS foliis faſciculatis linearibus acutis villoſis incurvatis, floribus capitatis, calycinis laciniis ovatis, corollis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Differt ab A. capitata, cui ſimillima, foliis incurvatis, calycibus ovatis, corollis glabris.

*ſericea.* ASPALATHUS foliis faſciculatis lanceolatis ſericeis, pedunculis terminalibus bifloris, vexillo nudiuſculo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
Simillima A. Aſparagoidi, ſed folia huius plana, capitulis foliorum nullis; flores maiores, glabri; vexillum non villoſum, niſi parum in carina dorſali.

*Hyſtrix.* ASPALATHUS foliis faſciculatis filiformibus rigidis ſpinoſis ſericeis, floribus lateralibus ſeſſilibus ſolitariis, corollis villoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* diſtinctiſſimus foliis referentibus ſpinas ſericeas, candidas.

*oppoſita.* CROTALARIA glabra, exſtipulata, foliis oblongis ſeſſilibus, pedunculis axillaribus diphyllis.
Liparia oppoſita. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 554.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Caules* ſimplices, glaberrimi.
*Folia* oblonga, ſeſſilia, obtuſa, erecta.
*Pedunculi* in ſummo caulis, axillares, elongati, verſus florem diphylli: foliis oppoſitis, caulinis ſimilibus.
*Flos* inter folia pedunculi exiens, unicus, nutans, luteus.
Planta ſiccata nigreſcit.

*linifolia.* CROTALARIA hirſuta, foliis linearibus obtuſis hirſutis petiolatis exſtipulatis, caule angulato, racemo terminali.
*Habitat* in Indiis. *König.*
*Caules* erecti, filiformes, iuncei, ſimplices, hirſuti, cani.
*Folia* linearia, obtuſa, breviſſime petiolata, breviora.
*Racemi* longi.
*Flores* nutantes, lutei.
*Legumina* brevia, obtuſa.
Sat ſimilis C. iunceæ.

*bifaria.* CROTALARIA pubeſcens, diffuſa, ſtipulata, foliis bifariis, inferioribus orbiculatis, ſuperioribus oblongis, pedunculis unifloris.
*Habitat* in horto Reginæ Tanſchaurenſis Amma-Koil dicto in umbroſis. *König.*
*Caules* diffuſi, teretes, pubeſcentes.
*Folia* bifaria, breve petiolata, patentiſſima.
*Stipulæ* ovatæ, tubulatæ, reflexæ.

*Pedunculi*

*Pedunculi* terminales, erecti, uniflori, longi, filiformes.
*Bracteæ* binæ, prope florem, in pedunculo, oppositæ, stipulæformes.
*Corollæ* cæruleſcentes, maiores.
*Legumina* oblonga, cum acumine, hiſpida.
*Variat* figura foliorum.

*incanescens.* CROTALARIA foliis ternatis obtusis, stipulis foliaceis, ramis incanis.
Crotalaria capensis. *Iacqu. hort. v.* 3. *p.* 36. *t.* 64.
*Habitat* in Africa. *Iacquin.* ♄
*Frutex* ramis incanis, subtilissime albo-tomentosis, quo manifeste differt a C. laburnifolia, quæ lævis.
*Folia* petiolata, ternata, nuda.
*Foliola* ovalia, subæqualia.
*Petioli* incani.
*Stipulæ* binæ ad exortum petiolorum referunt exacte folia, sed dimidio breviores, ut facile foliola diceres.
*Paniculæ* parvæ, simplices.
*Flores* lutei.
*Alæ* carina breviores.
*Carina* lunata, subrostrata.
Credo solam varietatem C. laburnifoliæ, nam stipulas deponit, postquam floruit.

*heterophylla.* CROTALARIA foliis ternatis ellipticis emarginatis: inferioribus simplicibus.
*Habitat* in India orientali. ☉. H. U.
*Caulis* erectus, pedalis, lævis, superne subramosus.
*Folia caulina inferiora* simplicia, elliptica, oleracea, emarginata, lævia, nervis costata.
*superiora* ternata, obovata, similia.
*Petioli* brevissimi, canaliculati.
*Stipulæ* parvæ, subulatæ, patulæ.
*Racemus* florens terminalis, demum frutescens lateralis.
*Corollæ* flavæ, extus subtestaceæ, striato-nervosæ.
*Legumina* lævia.

*microphylla.* ONONIS fruticoſa, ſpinoſa, foliis minutis integerrimis, leguminibus recurvis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* lignoſus, ramoſiſſimus, patulus, ſpinoſus: ſpinis validis.
*Folia* petiolata, ternata.
*Foliola* oblonga, integerrima, obtuſiuſcula, lævia, admodum parva.
*Legumina* petiolata, linearia, recurva, toruloſa, acuta, lævia.
*Semina* quinque ſ. ſex.

*argentea.* ONONIS volubilis, pedunculis muticis umbellatis, foliis ternatis: foliolis ſeſſilibus argenteo-tomentoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Refert potius Glycinem, ſed non charactere.

*involucrata.* ONONIS hirſuta, proſtrata, pedunculis umbellatis muticis involucratis: involucro tetraphyllo, foliis ternatis cuneiformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Facie convenit cum O. umbellata.

*Hiſpanica.* ONONIS pedunculis ariſtatis ſubunifloris, foliis omnibus ternatis canaliculatis recurvatis totaliter ſerratis.
Anonis non ſpinoſa, villoſa & viſcoſa, hiſpanica. *Barrell. rar.* 74. *t.* 775.
*Habitat* in Hiſpania. ♄.
*Planta* ſuffruticoſa, ſtricta, viſcida, inodora.
*Folia* omnia ternata, ſecundum totam longitudinem ſerrata, craſſiuſcula, recurva, O. natricis minora, ſed craſſiora.
*Stipulæ* patentes, recurvatæ.
*Pedunculi* laterales, ariſta longitudine petioli, uni-ſ. biflori.
*Flores* ſimiles O. natricis, lutei, rubro-ſtriati.
An O. criſpæ varietas?

*quinquefolia.* ANTHYLLIS herbacea, foliis ternatis linearibus, capitulo quinquefloro.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Planta* ſpithamæa, ramoſa, adſcendens.
*Folia* ternata, petiolata: foliolis linearibus, obtuſis, piloſis.
*Pedunculi* terminales, bipollicares.
*Capitulum* floribus quatuor ſ. quinque, ſubpedicellatis.
*Bracteæ* tres, lanceolatæ, longitudine florum.
*Calyx* ventricoſus, quinquedentatus, minor, piloſus.
*Corolla* lutea.
*Stamina* diadelpha.

*viſciflora.* ANTHYLLIS foliis digitato-pinnatis, calycibus hirſutis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.* ♄.
*Caules* ſpithamæi, fruticoſi, proſtrati.
*Folia* compoſita, petiolata.
*Foliola* linearia, ovata, glabra, inæqualia.
*duo* ſeſſilia, oppoſita.
*tria* petiolata, inter priora.
*lateralia* ternata.
*intermedium* pinnatum: foliolis quinque.
*Pedunculi* aphylli, longitudine foliorum.
*Capitulum* quinque-ſ. ſexflorum.
*Calyces* minores, hirſuti, viſcoſi.
*Corollæ* luteæ, calyce duplo longiores.

*aconitifolius.* PHASEOLUS caule volubili, foliis ſubquinquepartitis.
Phaſeolus volubilis, pedunculis ſubramoſis, foliolis profunde lobatis. *Iacqu. obſ.* 3. *p.* 2. *t.* 52.
Phaſeolus maderaſpatanus, aconiti folio. *Pet. ſicc.*
*Habitat* in Tranquebaria. *König.*
*Caulis* piloſus.
*Folia* ternata: foliolis quadri-ſ. quinquepartitis.

*labialis.* GLYCINE volubilis, foliis ternatis obovatis ſubcanis, floribus axillaribus congeſtis, corolla ſubbilabiata.
*Habitat* in India orientali. ♄. H. U.

*Caulis* volubilis, craſſitie fili.
*Folia* ternata, petiolata: foliolis obovatis, obtuſis, æqualibus, vix ſubtus tomentoſis.
*Stipulæ* nullæ.
*Flores* congeſti in axillis: pedunculo breviſſimo.
*Calyx* tubuloſus, quinquedentatus, ſubæqualis.
*Corolla* alba, magnitudine lentis.
*Vexillum* emarginatum, erectiuſculum, lateribus revolutum, albidum.
*Alæ* deflexæ in labium latere interiori extrorſum verſo incarnato.
*Carina* ſubrotunda, brevis, dipetala, apice cohærens, hinc flos labiatus.
*Stamina* diadelpha.
*Antheræ* luteæ, paucæ perfectæ.
*Stylus* brevis.
*Stigma* obtuſum.
*Legumen* lineare, compreſſum, quaſi articulatum: mucrone erecto, ſi ſuturam ſuperiorem reſpicias, rigido.
*Semina* ſeptem ad novem, ſubrotunda, compreſſa, flava.

*ſtriata.* GLYCINE volubilis, foliis ternatis oblongis molliſſime incanis, racemis axillaribus foliorum longitudine, leguminibus hirſutiſſimis.
Glycine ſtriata. *Iacqu. hort. v.* 1. *p.* 32. *t.* 76.
*Habitat* in America torrida. *Iacquin.*

*ſuaveolens.* GLYCINE fruticoſa, erecta, incana, foliis ternatis ovatis acutis, floribus axillaribus ſolitariis, leguminibus diſpermis.
*Habitat* intra rupes prope Madraſſ. *König.* ♄.
*Frutex* totus incanus, viſcoſus & ſuaveolens.
*Folia* petiolata.
*Stipulæ* ſubulatæ.
*Pedunculi* axillares, erecti, filiformes, in medio articulati & bracteati, uniflori.
*Bracteæ* binæ, ſubulatæ, caducæ.
*Flores* cernui.
*Calyx* campanulatus, quadripartitus.
*Laciniæ* ſubulatæ: ſuperior bifida,

*Vexillum*

*Vexillum* orbiculatum, erectum, flavum, ſupra unguem ſtriis ſanguineis pictum.
*Carina* Indigoferæ.
*Stamina* diadelpha.
*Stigma* obtuſum, planum.
*Legumen* compreſſum, lineare, breve, ut fere rhombeum, incanum, ſulco transverſali, diſpermum.
*Semina* nigra, glabra: corculo calloſo, albido.

*caneſcens.* OROBUS caule ramoſo, foliis biiugis linearibus, ſtipulis ſemiſagittatis ſubulatis.
Orobus anguſtifolius β. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 550.
Orobus caule ramoſo, foliis quaterno-pinnatis linearibus, ſtipulis ſemiſagittatis ſubulatis. *Ger. prov.* 493.
Araci ſ. Apios leguminoſæ ſpecies Toſſano Carolo. *Bauh. hiſt. v.* 2. *p.* 326.
*Habitat* in Gallia. ♃.
Similis O. anguſtifolio, ſed caulis ramoſus, flores albo-cærulei.

*albus.* OROBUS foliis biiugis enſiformibus petiolatis, ſtipulis ſimplicibus, caule ſimplici.
Orobus pannonicus. *Iacqu. vind. p.* 128. *Iacqu. auſtr. v.* 1. *p.* 25. *t.* 39.
*Habitat* in Auſtria. *Mygind.* ♃.
*Radices* tuberoſæ, ſeſſiles.
Simillimus O. anguſtifolio, ſed folia petiolata, nec ſubſeſſilia; flores albi, nec lutei; racemi absque filo terminali, quod in O. anguſtifolio.

*Wolgaricus.* CYTISUS canus, racemis ſimplicibus erectis, floribus ſecundis, foliis pinnatis: foliolis ſubrotundis, ſtipulis ſubulatis.
Cytiſus nigricans. *Pall. it. v.* 3. *p.* 754. *t. G.* g. *f.* 3.
Tenahme-ſhil Eberſyn (Herba nervus Cameli.) *Calmuch.*
*Habitat* in collibus ſiccis & ſolo arido circa Wolgam in deſertis. *Pallas.* ♄.
*Frutex* pulcherrimus.
*Folia* pinnata.
*Foliola* ſex-ſ. ſeptemiuga, cum impari, fere orbiculata, argentea.
*Flores* intenſius flavi.

*prolife-rus.* CYTISUS umbellis axillaribus ſeſſilibus proliferis, foliis ternatis petiolatis: foliolis lanceolatis ſericeis, bracteis filiformibus.

Scobon. *Teneriff.*

*Habitat* in ſylvis montoſis Teneriffæ. *Franc. Maſſon.* ♄.

Refert C. argenteum.

*Caules* hirſutie fere tomentoſi, imprimis ramuli.

*Folia* alterna, petiolata, ternata.

*Foliola* lanceolata, utrinque attenuata, piloſa: pilis appreſſis; ſubtus inde argentea.

*Pedunculi* in axillis foliorum, quatuor ad octo, æquales, uniflori, petiolo parum longiores, filiformes, villoſi, prope florem bracteati.

*Bracteæ* binæ, oppoſitæ, filiformes.

*Calyces* villoſi.

*Corollæ* maiores, albæ.

Peracta floreſcentia in centro pedunculorum excreſcit ramus.

*glaber.* CYTISUS foliis ternatis, floribus lateralibus ſolitariis ſubſeſſilibus pendulis.

Cytiſus glaber, ſiliqua anguſta. *Bauh. hiſt. v.* 1. 2. *p.* 373.

*Habitat* in Auſtria. ♄.

*Frutex* lævis, teres.

*Folia* petiolata, ternata.

*Foliola* æqualia, lanceolato-elliptica, margine albicantia, parva, acuta, ſubtus oculis vix manifeſte piloſiuſcula.

*Stipulæ* nullæ.

*Pedunculi* laterales, ſolitarii, flore breviores.

*Calyx* oblongus, ſubventricoſus, trifidus.

*Corolla* lutea, maiuſcula.

*pendulinus.* CYTISUS floribus ſubbinatis pedunculatis lateralibus nutantibus ſecundis.

Cytiſus luſitanicus, medicæ folio, floribus in foliorum alis. *Tourn. inſt. p.* 648.

Geniſta ſtriata. *Hill. bot.* 13. *app. t.* 13.

*Habitat* in Luſitania. *Vandelli.* ♄.

*Frutex* ramis virgatis, patentiſſimis, divaricatis, ſtriatis, apice aridis.

*Gemmæ*

*Gemmæ* caneſcentes.
*Folia* ternata, bina ſæpius.
*Foliola* ovata, lævia, ſubtus pubeſcentia.
*Flores* axillares, laterales, ſecundum longitudinem ramorum, duo ſ. tres ſimul, nutantes.
*Pedunculi* uniflori, gemini, cernui, læves, floribus breviores.
*Calyx* lævis.
*Corollæ* flavæ.
*Legumina* piloſa, compreſſa.

*monili-formis.*

MÜLLERA.

Anonyma. *Mer. ſurin. t.* 35.
*Habitat* in Surinamo. *Dalberg.* ♄.
*Arbor* ramis ferrugineis, ſubverrucoſis.
*Folia* alterna, petiolata, pinnata, biiuga cum impari.
*Foliola* quina, æqualia, oppoſita, petiolata, ovato-oblonga, liguſtrina, integerrima, acuta, ſupra glabra, ſubtus ſericea, plana, venoſa.
*Petioli* elongati, teretes, baſi ad inſertionem articulo incraſſato.
*Stipulæ* nullæ.
*Racemi* axillares & terminales, ſimplices, longitudine petiolorum.
*Bracteæ* nullæ.
*Flores* ſparſi, nutantes, magnitudine Cytiſi Laburni.
Peracta floreſcentia cadunt petala permanente calyce, excreſcit germen, in flore viſibile; tamen in fructum non mutatur, ſed excreſcunt germine elongato, quaſi e receptaculo, globuli plures, concatenati, compreſſiuſculi, (cuius nullum veſtigium in flore,) magnitudine primum ſemina Ervi, & perfecta magnitudine Pruna maiora æmulantes. Globuli hi exacte globoſi, glaberrimi, a receptaculo petiolati. Ex apice alterius globuli exit petiolus brevis, qui alterum combinat, & ſic ultra. Nulla ſutura in globulis viſibilis, nec finduntur ut in Leguminibus, ſed fructus ſubſtantia craſſa, duriori conſtat, in cuius medio cavitas, ut in prunis oblongis, repleta ſemine unico, reniformi, magnitudine Phaſeoli maioris, hilo affixo angulo, ut in Leguminibus. Miræ ſtructuræ certe hic

fructus. Raro in racemo conſtat pericarpium ex uno globulo.

Magnam cum Sophoris habet ſimilitudinem, at illis aſſociari negant ſtamina perfecte diadelpha, & fructus non leguminoſus, h. e. longitudinaliter rumpens.

*Halodendron.* ROBINIA racemis axillaribus trifloris, petiolis ſpinescentibus, foliis ternatis petiolatis: foliolis cuneiformibus ſpinoſis cuſpidatis.
Robinia Halodendron. *Pall. it. v. 2. p.* 741. *t. W.*
*Habitat* ad ſalſuginoſa ad Irtin copioſe. *Pallas.* ♄.
*Frutex* pulcher, pro ſepiariis valde deſideratus.

*aſperrima.* GLYCYRRHIZA leguminibus glabris? foliolis ellipticis cuſpidatis, caule hiſpido ſcabro.
Glycyrrhiza aſpera. *Pall. it. v.* 1. *p.* 499. *t. M. f.* 3.
Glycyrrhiza hiſpida. *Pall. it. v.* 3. *p.* 754. *t. G. g. f.* 1. 2.
*Habitat* in arenoſis, colles & prærupta arenoſa imprimis amans, inter Wolgam & Iaicum. *Pallas.* ♃.
*Habitus* potius Aſtragali eſſet.
*Radix* gracilis, longiſſima, præſertim vere dulciſſima.
*Flores* pallide-violacei.

*coccinea.* ÆSCHYNOMENE arborea, foliis pinnatis: foliolis numeroſis linearibus obtuſis pulverulentis, leguminibus compreſſis æqualibus.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Eques Bäck.* ♄.
*Flores* maiores, rubri.

*imbricatum.* HEDYSARUM foliis ſimplicibus cordatis ſeſſilibus ſtipulatis: ſuperioribus imbricatis floriferis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caules* herbacei, filiformes, diffuſi, ramoſi.

*Folia*

*Folia* ſeſſilia, cordata, integerrima, acuta, lævia: ſuperiora maiora, ſimillima, etiam ſtipulata, ſubimbricata.
*Stipulæ* ſemicordatæ, ſcarioſæ, patulæ.
*Flores* inter folia ſuperiora, ſolitarii, ſeſſiles, breviores, a foliis occultati.
Differt ab H. ſtrobilifero ſtrobilis ſ. ſquamis diverſa a foliis figura; pedunculis omnibusque reliquis convenit.

*linifolium.* HEDYSARUM foliis ſimplicibus linearibus canis, caule proſtrato, leguminibus globoſis.
*Habitat* in India orientali. *König.* ⊙.
*Caules* proſtrati, virgati, incani.
*Folia* alterna, petiolata, linearia, acuta, incana.
*Racemuli* breviſſimi, axillares.
*Legumina* parva, globoſa, nivea, ſtylo permanente, uniarticulata.

*veſpertilionis.* HEDYSARUM foliis ſimplicibus lunatis: lobis retrofalcatis, racemo terminali, leguminibus retrofractis in calyce inflato incluſis.
*Habitat* in Regno Cochin-China. *Io. de Lourei.* ⊙.
*Planta* diſtinctiſſima, annua.
*Caulis* ſimplex, filiformis: pilis minutiſſimis, hiſpidis.
Poſtquam provenit racemus terminalis, exeunt ex alis foliorum ſuperiorum ramuli breviſſimi.
*Folia* alterna petiolata, horizontalia, ſimplicia, lunata, rubicunda.
*Lobi* verſus apicem retrofalcati, obtuſiuſculi, bi- aut trinervii.
Rarius variat foliis ternatis, dum lateralia parva, oblique-cuneiformia.
*Racemus* terminalis: floribus binatis, bractea lanceolata, communi, decidua ſuffultis.
*Flos* apertus,
*Calyx* campanulatus.
*Corolla* alba, adeo patens, ut columna ſtaminum nuda ſit & recta.
*Alæ* & *Carina* refractæ.
*Stamina* coalita.
*Germen* lineare.

Per-

Peracta floreſcentia clauduntur dentes calycis & hic more Phyſalidis inflatur, unde premente piſtillo apicem flectitur per articulos tenerum germen. *Legumen* retrofractum.

*gyrans.* HEDYSARUM foliis ternatis.
Buram Chadali. *Bengal.*
*Habitat* in Bengala ad Gangem. *Semina huius benevole communicavit cl. Forſter anno* 1778. ♃. H. U.
*Radix* ramoſa, perennis.
*Caulis* fruticoſus, tripedalis, virgatus, erectus, glaberrimus, teres, enodis.
*Folia* alterna, petiolata, dependentia ſ. patentia, ſæpe verticalia, ſimplicia, plerumque ternata, præſertim in adultis.
*Foliolum terminale ſ. intermedium* lanceolatum, longum, planum, integerrimum, glaberrimum, venoſum.
*Foliola lateralia* minima, petiolo communi inſidentia, eoque potius referunt appendiculos quam foliola, lanceolata, breve petiolata; petiolo huc ſ. illuc motu gyratorio ſe movente.
*Petiolus communis* patens, ſemiteres, folio brevior, villoſus.
*Stipulæ* laterales, erectæ, ſubulatæ, ferrugineæ, deciduæ.
*Racemi* axillares & terminales, erecti, bracteis ovatis acutis imbricati.
*Flores* non vidi.
*Legumina* dependentia in pedicellis recurvatis, compreſſa; dorſo plano; toruloſa. ferruginea, ſubpubeſcentia.
*Semina* reniformia, parva, vireſcentia, nigro - maculata, glabra.
Miraculoſa planta motu ſuo quaſi arbitrario, qui nullo modo tactu, irritatione ſive motu aeris cauſatur, ut in Mimoſis, Oxalide & Dionæa, nec adeo evaneſcens ac in Amorpha. Poſtquam e cotyledonibus prima protulit folia ternata, foliola huc & illuc moveri incipiunt, motu per totam vegetationem non ceſſante, nullum obſervando tempus, ordinem ſ. directionem; ſæpe unum foliolum gyratur, dum alterum in eodem petiolo quietum permanet;

alia

alia vice pauca foliola herbæ, altera vero vice fere omnia gyrantur; rariſſime vidi totam plantam agitari, quod ſolummodo obſervavi primo anno, dum vivacior quaſi erat.

Nunc altero anno creſcit in caldario, eundem conſervans motum prioris anni ſimilem, nec per hyemem quieta.

Unde oritur hic motus? magis miror, quam illum in floribus fere omnibus circa conceptionis tempus viſibilem, & notiſſimum illum in herbis ſenſitivis. Facultatem huius motoriam a nulla cauſa externa oriri, nec ulla arte excitari poſſe, fere perſuaſus ſum; inſenſibilis mihi ſemper viſa eſt. A ſolis radiis non mutatur, nam amat umbram, & diebus pluvioſis & per noctes bene gyrat; in ventoſo aere & nimis radiis ſolaribus expoſita tranquilla eſt. Forte pars aliqua eſt in vegetabilibus, ut in animalibus, in qua cauſa motus reſidet. Sed hoc aliis explicandum relinquo, mihi magis curæ erit ad proprietates rerum attendere, quam earum cauſas fingere.

*fruticoſum.* HEDYSARUM foliis pinnatis: foliolis alternis oblongis mollibus, ſtipulis ſubulatis, ramis axillaribus, leguminum articulis reticulatis.

Hedyſarum fruticoſum. *Pall. it. v.* 3. *p.* 753. *t. F.*

Aſtragalus caulibus ramoſis erectis, foliolis & floribus diſſitis. *Gmel. ſib. v.* 4. *p.* 45. *t.* 22.

*Habitat* in arenoſis circa Selengam frequens. *Pallas.* H. U.

*Folia* caulina longe pinnata.

*Foliola* alterna, novem ad duodecim, remota, petiolata, mollia, cana.

*Racemi* axillares, pauciflori, foliis breviores.

*Corollæ* purpureæ.

*Legumina* compreſſa, articulata: articulis rugoſo-reticulatis.

Specioſiſſima planta, equis grata, & ad firmandam arenam volatilem utiliſſima.

*argentatum.* HEDYSARUM foliis pinnatis ſubtus ſericeis lucidis, leguminibus articulatis, ſcapo aphyllo.

Hedyſarum argenteum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 562.

Aſtra-

Aſtragalus grandiflorus. *Spec. plant. ed.* 2. *p.* 1071.
Hedyſarum villoſum, argenteum, non ramoſum, floribus ſpicatis purpureo-violaceis. *Amm. ruth.* 115.
Hedyſarum ſcapis ſpicatis. *Gmel. ſib. v.* 4. *p.* 30. *t.* 13.
Hedyſarum grandiflorum, *Pall. it. v.* 2. *p.* 743. *t. y.*
*Habitat* in Sibiriæ præruptis argilloſis. ♃. H. U.
*Folia* radicalia, pinnata.
*Foliola* ſeptem ad novem, æqualia, ovata, ſubtus tomentoſo-ſericea, nitida.
*Scapi* aphylli, longitudine foliorum ſive altiores, ſubtomentoſi, albi.
*Spica* terminalis.
*Foliola calycina* ſubulata, longitudine fere corollæ.
*Corollæ* violaceæ ſ. albæ.
*Alæ* vexillo breviores.
*Legumen* articulis duobus ſ. tribus, lanuginoſis, intra florem aridum.

*filiformis.* INDIGOFERA erecta, foliis quinatis oblongis villoſis, floribus ſpicatis pedunculatis, pedunculis ramisque filiformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſarmentoſa.* INDIGOFERA proſtrata, filiformis, foliis ternatis ovatis ſubſeſſilibus, pedunculis axillaribus ſubbifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*denudata.* INDIGOFERA fruticoſa, erecta, foliis ternatis ovatis glabris, racemis pedunculatis folio longioribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*ſtricta.* INDIGOFERA fruticoſa, erecta, foliis pinnatis glabris oblongis, racemis axillaribus vix pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*frutescens.* INDIGOFERA fruticoſa, erecta, foliis pinnatis ovatis glabris, racemis axillaribus pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♃.

INDIGO-

*digitata.* INDIGOFERA fruticosa, foliis digitatis, racemis pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.* ♄.

*ovata.* INDIGOFERA herbacea, foliis simplicibus ovatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*Mexicana.* INDIGOFERA foliis ternatis, panicula ramosa in spicas, caule fruticoso.
*Habitat* in Nova Granada. *D. Mutis.* ♄.
*Frutex* ramis rufescentibus, pubescentibus.
*Folia* remota, ternata, petiolata.
*Foliola* ovata, nuda, subæqualia, subsessilia.
*Stipulæ* ovatæ, minutæ.
*Panicula* terminalis, e spicis octo s. novem, pedunculatis.

*trita.* INDIGOFERA foliolis ternatis ovatis acutis, racemis brevibus, caule erecto.
*Habitat* in India. H. U.
*Caulis* erectus, viridis, facie I. Anil, inferne ramosus.
*Folia* ternata, petiolata, ovata, lanceolata, acuta, viridia.
*Racemi* laterales, foliis breviores, erecti, rubicundi, facie I. Anil.

*spinosa.* GALEGA caule diffuso, foliis cuneiformibus canis, stipulis spinescentibus, leguminibus solitariis retrofalcatis compressis.
*Habitat* in Coromandel ad margines agrorum. *König.*
*Caules* s. *Rami* tomento albi.
*Folia* pinnata cum impari: foliolis cuneiformibus, canis.
*Stipulæ* binæ, patentes, spinescentes.
*Pedunculi* axillares, solitarii, breves, uniflori.
*Flos* erectus, parvus.
*Legumen* dependens, retrofalcatum, compressum.

*cærulea.* GALEGA caule scabro, foliis octo-ad decemiugis: foliolis ellipticis, racemis terminalibus multifloris coarctatis.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*

*Rami*

*Rami* ferruginei, tuberculati punctis nigris, in ſummitate caulis tomentoſi.
*Folia* pinnata, octo-ad decemiuga: foliolis ellipticis, obtuſis.
*Stipulæ* ſubulatæ.
*Racemi* terminales, erecti, Aſtragalum Alopecuroidem referentes: floribus numeroſis, congeſtis, cæruleis.
*Legumina* non vidi, niſi rudimenta, ideoque de genere dubius.

*Salſula.* PHACA caulescens, erecta, caneſcens, foliis pinnatis, leguminibus pedunculatis globoſis cernuis.
Phaca Salſula. *Pall. it. v.* 3. *p.* 747. *t. B. b. f.* 1. 2.
*Habitat* in campis ſalſis circa lacum ſiccum Tarei Dauriæ.
Simillima herba & figura leguminum Aſtragalo chinenſi.

*Sibirica.* PHACA caulescens, foliolis quaternis lanceolatis obtuſis ſericeis, calyce villoſo: dentibus ſetaceis.
Phaca ſibirica. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 566.
Phaca lanata. *Pall. it. v.* 3. *p.* 746. *t. A. a. f.* 2.
*Habitat* in arenoſis aridiſſimis Sibiriæ. *Pallas.*
*Tota* pilis albis mollibus veſtita.
*Folia* usque ad inſertionem pinnata, ſericea.
*Pedunculi* foliis breviores.
*Corollæ* purpureæ.
*Legumina* ovata, lanata.

*proſtrata.* PHACA acaulis, foliolis binatis linearibus ſericeis, ſcapo procumbente, calyce villoſo: dentibus lanceolatis brevibus.
Phaca proſtrata. *Pall. it. v.* 3. *p.* 744. *t. T. f.* 2.
*Habitat* in arenoſis ſalſis circa lacus Sibiriæ. *Pallas.*
*Ceſpes* radicalis, ex ſquamis villoſiſſimis, albis.
*Folia* pauciora, longius petiolata, ſubſpiralia: foliolis plerumque binatis.
*Scapi* radicales, laxi, procumbentes, fere glabri, vix foliis maiores.

*microphylla.* PHACA acaulis, foliolis binatis ovatis obtusis villosis, calyce muricato epilosо: dentibus undique hispidis.

Phaca microphylla. *Pall. it. v.* 3. *p.* 744. *t. X. f.* 1.

*Habitat* in insulis arenosis Sibiriæ. *Pallas.*

*Folia* huius pauciora, breviora: petiolis villosissimis.

*Foliola* minima.

*Scapi* pubescentes, erecti.

*Calyces* glabri, sed tuberculis scabri: dentibus pilosis, pilis nigris.

*Corolla* magna, purpurea.

*muricata.* PHACA acaulis, foliolis ternis s. quaternis linearisubulatis subtus muricatis, calyce glabro: dentibus ciliatis.

Phaca muricata. *Pall. it. v.* 3. *p.* 746. *t. A. a. f.* 1.

*Habitat* in campis montanis Sibiriæ. *Pallas.*

*Folia* radicalia, plura, e cespite villoso radicali, longiora.

*Foliola* quasi verticillata, terna s. quaterna, lanceolata, canaliculata, intus glabra, extus tuberculis muricata.

*Scapi* erecti, glabri.

*Bracteæ Calycesque* glabri.

*Corollæ* luteæ.

*Legumina* longa, arcuata, muricata.

## *Observatio.*

Phaca Salsula, Sibirica, prostrata, microphylla & muricata habitum Astragali habent, at cum illo combinare prohibet character generis, cum his legumina unilocularia.

Huc forte pertinent Astragalus verticillaris. Syst. veg. ed. 13. p. 568. & plures species Phacarum, quas in Itinere descripsit & delineavit Cl. Pallas, sed a me non visas differentia sua specifica non potui determinare.

*Laxmanni.* ASTRAGALUS caulescens, procumbens, spicis elongatis: leguminibus oblongis trigonis sulco exaratis mucronatis villosis.

Astragalus Laxmanni. *Iacqu. hort. v.* 3. *p.* 22. *t.* 37.

*Habitat* in Sibiria. *Laxmann.* ♃. H. U.

*Caules* diffusi.
*Folia* pinnata, undecim-ad duodecimiuga.
*Pedunculi* adscendentes: spicis longioribus.
*Bracteæ* setaceæ.
*Calyx* pilis atris, decumbentibus nigrescens.
*Corolla* cærulescens.
*Vexillum* oblongum, emarginatum.
*Legumina* parva, villosa, mucronata, depressa antice in sulcum, dorso acuta, subbilocularia. *Iacquin.*

*Ammodytes.* ASTRAGALUS caulescens, suffruticosus, floribus geminis, leguminibus ovatis didymis lanatis.
Astragalus Ammodytes. *Pall. it. v. 2. p. 742. t. X.*
*Habitat* in Sibiriæ australis collibus arenosis. ♃.
*Radix* profundissime demersa.
*Caules* prostrati, ramosissimi, lana intercepti.
*Folia* pinnata, longissime petiolata, foliolis quinque ad undecim, oblongiusculis, albo-lanatis.
*Flores* laterales, bini.
*Calyx* albo-lanatus.
*Corolla* alba.
*Legumen* ovatum, ventricoso-didymum, lanuginosum, mucronatum.
*Semina* reniformia, lutea.

*rotundifolia.* PSORALEA foliis simplicibus ovatis integerrimis, capitulis bracteisque villosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*axillaris.* PSORALEA foliis ternatis: foliolis lanceolatis; pedunculis axillaribus unifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Singularis pedunculis filiformibus, unifloris.

*Stachydis.* PSORALEA foliis ternatis petiolatis: foliolis oblongis mucronatis; spicis terminalibus interruptis, calycibus villosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei.
*Caulis* hirsutus.
*Calyx* fuscus, villosissimus.
*Corolla* ferruginea.

*lævigata.* PSORALEA foliis pinnatis, ſtipulis ſolidis ſubacutis minutiſſimis
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* ramis lævibus, ſtriatis, purpuraſcentibus.
*Folia* pinnata.
*Foliola* lanceolata, lævia, ſeptena, vix manifeſte ſubtus punctata.
*Stipulæ* nullæ, ſed vix manifeſtum tuberculum acutiuſculum utrinque loco ſtipulæ.
*Flores* purpurei, non ſtriati.
*Pollen* aureum, nitens.
Differt a P. pinnata foliis non ſemipalmaribus, linearibus, acuminatis, pubeſcentibus, atropunctatis; ſtipulis non paleaceis; ramis non pubeſcentibus; calycibus non fuſcis; corollis non ſtriatis.

*capitata.* PSORALEA foliis ternatis ſimplicibusque linearibus, capitulo terminali.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Dr. Thunberg.*
*Rami* ſtriati.
*Folia* petiolata, ternata, linearia, digitalia, punctis vix conſpicuis confertiſſimis utrinque adſperſa: ſuprema ſimplicia.
*Capitulum* ſubrotundum, terminale, foliis ſæpius tribus, ſimplicibus, linearibus cinctum.
*Vexillum* ſimilibus punctis ut folia adſperſum.

*Palæſtina.* PSORALEA caule herbaceo, foliolis ternatis ovatis, petiolis pubeſcentibus, floribus capitatis.
*Habitat* in Palæſtina. H. U.
*Caulis* herbaceus, bipedalis: pilis patulis.
*Folia* ternata: foliolis ovatis, piloſis.
*Petioli* multo ſtriati.
*Stipulæ* lanceolatæ, patulæ.
*Capitula* ſubrotunda, depreſſa.
*Bracteæ* cinereæ.
*Flores* violacei, maiores reliquis.

*Meſſanenſe.* TRIFOLIUM leguminibus racemoſis nudis monoſpermis arcuato-ſtriatis ſemiovatis acutis, caule erecto.
Trifolium meſſanenſe. *Mant. plant. p.* 275.
Melilotus meſſanenſis, procumbens, folliculis rugoſis. *Rai. hiſt. p.* 952.
*Habitat* in Italia. ☉. H. U.

*Caulis* erectus, teres.
*Folia* ternata, obovata, ſerrulata.
*Racemi* axillares, breves, erecti, lutei.
*Legumina* T. Meliloti officinalis maiora: ſtriis arcuatis, parallelis; ſemiovata, gibba.

*tetraphyllus.* LOTUS leguminibus ſolitariis, foliolis obcordatis cuneatis, ſtipulis ſolitariis.
*Habitat* in Maiorca. ℥.
*Caules* plures, decumbentes, palmares, filiformes, herbacei, demum adſcendentes.
*Folia* ternata, petiolata: foliolis obcordatis, cuneatis, ſeſſilibus, lævibus.
*Stipulæ* ſolitariæ, nec pares, (altera deficiente,) foliaceæ, longitudine foliorum, patentes, lanceolato-oblongæ, obtuſæ, quartum foliolum mentientes.
*Pedunculus* e ſummitate, uniflorus, internodiis longior.
*Corolla* lutea: vexillo venis purpureis, extus rufo.

*ſtriata.* TRIGONELLA leguminibus pedunculatis congeſtis erectiuſculis diſtantibus, pedunculis folio longioribus.
*Habitat* in Abyſſinia. ⊙. H. U.
Similis proximis, etiam trifoliata.
*Folia*, præſertim iuniora, ſtriis lateralibus, niveis.
*Pedunculus* communis, foliis longior, erectus, apice muticus: floribus quinque ad ſex, terminalibus, non racemoſis, ſeſſilibus, luteis.
*Legumina* umbellata, fere erecta, uti digiti erecti diſtantes in manu, linearia, ſeſſilia, quinque ad ſex, parum introrſum arcuata.

*proſtrata.* MEDICAGO diffuſa, foliis ternatis cuneiformibus apice dentatis, ſtipulis ſetaceis integerrimis, leguminibus cochleatis inermibus.
Medicago proſtrata. *Iacqu. hort. v.* I. *p.* 39. *t.* 89.
Medica maritima, ſaxatilis, minima, perennis, foliis anguſtioribus in apice inciſis, fructu parvo non ſpinoſo. *Till. piſ.* 110.
*Habitat* . . . *Communicavit Cl. Iacquin.* ℥.
Nimis magna affinitas cum M. polymorpha, ſed hæc perennis.

POLYA-

# POLYADELPHIA.
## PENTANDRIA.

*Cacao.* THEOBROMA foliis integerrimis.
Theobroma Cacao. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 580.
*Perianthium* pentaphyllum: foliolis lanceolatis, longitudine floris, deciduis.
*Nectaria* quinque, brevia, introrſum fornicata.
*Petala* totidem, obovata, pedicello nectarii apici inſidentia, patentia, vix nectario maiora.
*Filamenta* quinque, parva, ſub fornicibus nectarii ſingula.
*Antheræ* quadruplices ſ. quatuor, ſubrotundæ, connexæ.
*Filamenta* quinque caſtrata, ſubulata, erecta, longitudine floris, piſtillo approximata.
*Germen* ovatum, ſuperum.
*Stylus* filiformis, ſtaminibus caſtratis brevior.
*Stigma* ſimplex.
*Pomum* decemſtriatum, oblongum.

*auguſta.* AMBROMA.
Theobroma auguſta. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 580. *Mill. illuſt. in fol. cl.* 18. *ord.* 1. *Mill. illuſt. in oct. p.* 63. *t.* 63. figura pulcherrima.
Abroma faſtuoſum. *Iacqu. hort. v.* 3. *p.* 3. *t.* 1. deſcriptio optima.
*Habitat* . . . ♄.
Floris ſtructura ad Theobromæ accedit, fructus vero Hibiſcis affinis eſt, uti ipſa herba.

# DODECANDRIA.

*filia.* MONSONIA foliis ſimplicibus cordatis lobatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
Filia M. ſpecioſæ, cui adeo ſimilis, ut ne quidquam differat ſcapo, involucro, calyce, petalis, ſtaminibus, piſtillo, imo ipſa corona germinis ſingulariſſima.

*Folia* ſimplicia, cordata, obtuſe ſeptemlobata, crenata, obtuſa, ut tota herba ſubpubeſcentia, omnino Geranii vitifolii.
*Fructus* excreſcit roſtro, ut in Geraniis ciconiis acie longiſſima.
*Capſula* retuſa & quaſi coronata.

*ſpecioſa.* MONSONIA foliis quinatis: foliolis bipinnatis.
Monſonia ſpecioſa. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 580.

# POLYANDRIA.

*Leucadendron.* MELALEUCA polyadelpha, foliis alternis lanceolatis ſubfalcatis quinquenerviis, ſpica elongata.
Melaleuca Leucadendra. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 582.

latifolia. *α.* foliis falcatis lanceolatis acutis maioribus.
*Habitat* in India. ♄.
Ex hac deſtillatur verum Oleum Caieput, quod colore viridi, ſapore Menthæ piperitidis fortiore, frigidiore, odore terebinthinaceo cognoſcitur, & rariſſime in Europa verum, ſed plerumque varie adulteratum.

anguſtifolia. *β.* foliis anguſtioribus oblongis vix falcatis brevioribus obtuſis glaucis.
*Habitat* in Inſula Novæ Hollandiæ & Novæ Caledoniæ.
*Equ. Bäck.* ♄.

*lucida.* MELALEUCA glabra, foliis oppoſitis ovatis venoſis, paniculis terminalibus: pedicellis oppoſitis bifloris.
Leptoſpermum collinum. *Forſt. gen. n.* 36.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Sparrmann.*
*Folia* pagina inferiori trinervia: nervis ante apicem evaneſcentibus.
*Flores* lutei.

*villoſa.* MELALEUCA tomentoſa, foliis oppoſitis ovatis venoſis, paniculis terminalibus: pedicellis bi-f. trifloris.
Leptoſpermum ciliatum. *Forſt. gen. n.* 36.
*Habitat* in Taheiti. *Equ. Bäck.*

Simili-

Similima M. lucidæ, at illa glaberrima, floribus luteis; hæc vero caule, petiolis, panicula, pedunculis & calyce tomento albis; floribus rubicundis; staminibus multo longioribus.

*Scoparia.* MELALEUCA foliis alternis ovatis acutis trinerviis punctatis, floribus terminalibus solitariis.
Leptospermum Scoparium. *Forst. gen. n.* 36. *Cooks it. v.* 2. *p.* 100. figura bona.
*Habitat* in Nova Zeelandia.
*Rami* iuniores quasi serico vestiti.
*Folia* acumine subpungentia, pagina inferiori punctis atris resinosis tecta.
*Flores* in quovis ramo solitarii, maiores, albi.
Magnam habet affinitatem cum Philadelphi genere, sed numerus partium floris diversus, & figura stigmatis longe alia.
Usus pro Thea.

*rgata.* MELALEUCA foliis oppositis lineari-lanceolatis enerviis, umbellis terminalibus.
Leptospermum virgatum. *Forst. gen. n.* 36.
Myrtus amboinensis. *Rumph. amb. v.* 2. *p.* 77. *t.* 18.
*Habitat* in Nova Caledonia.
*Folia* pagina inferiori punctis atris resinosis tecta.

*Cayanense.* HYPERICUM floribus pentagynis, corollis barbatis, calycibus striatis, foliis ovatis, caule fruticoso.
Hypericum cayanense. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 582.
*Habitat* in Surinamo. ♄.
*Arbor* ramis apice paniculatis.
*Folia* opposita, petiolata, cordato-ovata, oblonga, supra lævia, subtus venosa s. scabra.
*Flores* magnitudine H. perforati, albi.
*Perianthium* pentaphyllum: foliolis ovatis, striatis, erectis, persistentibus.
*Petala* quinque, erecta, lanceolata, sessilia, limbo patula, apice intus barbata, multifida.
*Filamenta* quinque, linearia, erecta, longitudine pistilli, apice capillaceo-multifida.

*Antheræ* ſingulis ramulis minutæ, ſubrotundæ.
*Germen* ovatum.
*Styli* quinque, erecti, diſtantes, longitudine ſtaminum.
*Stigmata* capitata.
*Bacca?* globoſa, quinquelocularis: ſucco fulvo, tinctorio.
*Semina* multa, oblonga.
Hyperico ex charactere affinis, non vero facie.

*bacciferum.* HYPERICUM floribus pentagynis, corollis barbatis, calycibus lævibus, foliis ovatis, caule fruticoſo.
Hypericum bacciferum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 582.
Coa-opia. *Marcgr. braſ.* 96. *f.* 1.
Ringwormboom. *Surinam.*
*Habitat* in Surinamo. ♄.
Simile H. cayanenſi, a quo differt calycis ſuperficie lævi, nec ſtriata; corollis luteis, intus lana tectis; ſeminibus paucis.
*Fructus* ſub cortice luteus.
Succus curat Serpiginem.
Succus hic luteus arte extravaſatus & inſpiſſatus eſt Gummi Gutta americana, Gallis in uſu.

*Guineenſe.* HYPERICUM floribus pentagynis ſubumbellatis, caule fruticoſo, ramis teretibus, foliis ovatis acutis.
*Habitat* in Guinea. *Andr. Berlin.* ♄.
*Frutex* cortice cinereo.
*Rami* læves, teretes.
In ſingulis ramulis foliorum duæ oppoſitiones: inferiore foliis minoribus.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, lævia, integerrima.
*Pedunculi* oppoſiti, ad latera foliorum ſuperioris paris, patuli, longitudine folii, bifidi ſ. trifidi, multiflori, ſubumbellati.
*Calyx* quinquepartitus, lanceolatus, concavus.
*Petala* erecta, ſupra medium patentia.
*Nectarium* glandulis quinque, ovatis.

*Filamenta*

*Filamenta* brevia, basi in quinque phalanges connata, petalorum basi adnata, petalis breviora.
*Germen* ovatum, quinquangulare.
*Styli* quinque, filiformes.
*Stigmata* subcapitata.
*Capsula* quinquangularis, quinquelocularis, quinquevalvis.
*Semina* plurima.

*Mexicanum.* HYPERICUM floribus trigynis, ramis simplicibus, foliis imbricatis ovatis.
*Habitat* in Nova Granada. *D. Mutis.* ♃.
*Caules* pedales, simplices, scabri varicibus foliorum, perennantes.
*Folia* ovata, sessilia, opposita, subimbricata, obtusa, avenia, lævia.
*Corymbus* terminalis, dichotomus, sessilis, foliis non longior.
*Petala* linearia.

*petiolatum.* HYPERICUM floribus pentagynis, caule arboreo, foliis ovatis.
*Habitat* in Nova Granada. *D. Mutis.* ♄.
*Arbor* facie Lauri.
*Folia* opposita, petiolata, ovata, acuta, integerrima, glabra, laurina: venis transversis.
*Panicula* terminalis, brachiata, longitudine folii.
*Perianthium* quinquepartitum: valvulis ovato-lanceolatis, concavis, persistentibus.
*Petala* quinque, obovata, hinc rectiora, longitudine calycis.
*Nectaria* Squamulæ quinque, cum staminibus alternantes, minutæ.
*Filamenta* quinque, penicellata, divisa in innumera capillaria.
*Antheræ* subrotundæ, minutæ.
*Germen* ovatum, longitudine calycis.
*Styli* quinque, filiformes.
*Stigmata* obtusa.
*Bacca* ovata, quinquetoruloſa, quinquelocularis.
*Semina* numerosa, oblongiuscula.
Arbor scatet succo croceo, viscido.

*reflexum.* HYPERICUM floribus trigynis, foliis ſeſſilibus lanceolatis approximatis reflexis, ramis tomentoſis, panicula terminali.
*Habitat* in Barrancas Americæ. *Franc. Maſſon.* ♄.
*Frutex* maior, ramis divaricatis: ultimis folioſis, tomentoſis.
*Folia* integerrima, reflexa, incumbentia, perforata, margine nigro-punctata.
*Panicula* rotundata.
*Bracteæ Calycesque* ſubulatæ.
*Corolla* lutea.

# SYNGENESIA.

## POLYGAMIA ÆQUALIS.

*fruticoſus.* SONCHUS fruticoſus, glaberrimus, foliis elongatis lanceolatis ſinuatis ſubpetiolatis, umbellis ſubtomentoſis involucratis, calycibus ſquarroſis glaberrimis.
*Habitat* in rupibus altis ſylvarum Maderæ. *Maſſon.* ♄.
Similis S. paluſtri.
*Caulis* craſſus, ſpongioſus.
*Folia* approximata, pedalia, lanceolata, profunde ſinuata, in petiolum margine tenuiori decurrentia, ſupra viridia, ſubtus glauca, utrinque glaberrima.
*Umbellæ* terminales, ſæpe compoſitæ.
*Involucrum* & *Involucella* polyphylla: foliis ovatis, recurvis.
*Pedicelli* verſus florem tomentoſi & foliolis ſquamoſi.
*Flores* Taraxaci, lutei, at pappus non plumoſus ſ. ſtipitatus.
*Calyx* patulus, imbricatus: ſquamis laxis, apice ſubrecurvis.

*tuberoſus.* SONCHUS foliis inferioribus runcinatis, ſuperioribus ſagittatis.
Sonchus tuberoſus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 594. ubi una eademque bis occurrit.
*Habitat* in Tartaria. H. U.
Similis S. tartarico.
*Radix* carnoſa, repens.

*Caulis*

*Caulis* bipedalis, erectus, ramosus, teres, lævis, superne fuscus.
*Folia radicalia s. inferiora* runcinata, dentata, tenuissime denticulata.
*superiora* sagittata, amplexicaulia, integerrima.
*Flores* e summitate caulis, pauciores pedunculati.
*Pedunculi* vix calyce longiores, squamati: squamis ovatis, arctis.
*Calyces* oblongi, Scorzoneræ, imbricati: squamis ovatis, obtusiusculis, convexis.
*Corollæ* pallide cæruleæ: limbo vix dupla calycis longitudine.
*Semina* obovata.
*Pappus* pilosus, stipitatus, brevissimus.

*pinnata.* PRENANTHES fruticosa, foliis cum impari pinnatis multiiugis: foliolis linearibus integerrimis, panicula composita.
*Habitat* in rupibus Teneriffæ. *F. Masson.* ♄.
*Frutex* ramis teretiusculis, resinosis.
*Folia* approximata, petiolata, spithamæa, patenti-recurvata, pinnata: pinnis decem-ad duodecim-iugis, linearibus, tenuissimis, glaberrimis, integerrimis.
*Panicula* magna, composita.
*Calyces* glabri.
*Flores* parvi, lutei.

*tomentosum.* LEONTODON calyce oblongo, foliis lanceolatis indivisis subtus tomentosis, pappo stipitato.
*Habitat* in Iamaica.
*Radix* simplex.
*Folia* radicalia, lanceolata s. lanceolato-ovata, obsolete retrorsum serrata, digitalia, supra arachnoidea, subtus albo-tomentosa.
*Scapus* foliis longior, superne magis tomentosus.
*Calyx* oblongus, imbricatus: squamis subpapposis, linearibus, acutis, margine submembranaceis.
*Semina* oblonga, striata.
*Pappus* pilosus, stipitatus, rufescens.
*Receptaculum* nudum.

LAPSANA

*Kölpinia.* LAPSANA calycibus fructus undique patentibus, radiis ſubulatis incurvis, echinatis, foliis caulinis lanceolatis indiviſis.

Kölpinia linearis. *Pall. it. v.* 3. *p.* 755. *t. L. l. f.* 2.

*Habitat* in Dauria. *Pallas.* ☉.

Planta tota L. ſtellatæ, ſed ſemina incurva, hinc ſecundum longitudinem aculeis ſetaceis echinata; at L. ſtellatæ ſemina recta & lævia ſunt.

*ſpinoſa.* BARNADESIA.

*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.

*Frutex* ramulis glaberrimis, ſpinoſis.

*Spinæ* duæ ad exortum ramulorum, antea vices ſtipularum fungentes, patulæ, fuſcæ, glabræ.

*Folia* alterna, ſimplicia, petiolata, ovata, integerrima, acuta, plana, venoſa, utrinque ſubpiloſa, ſubtus albida.

*Petioli* breviſſimi.

*Stipulæ* binæ, parvæ, ſubulatæ.

*Flores* paniculati, terminales.

*Calyx* pubeſcens.

Flos inprimis diverſo pappo ſingularis.

*auſtralis.* CARDUUS foliis decurrentibus runcinatis ſpinoſis, calycibus ſubſeſſilibus terminalibus.

*Habitat* in Europa auſtrali. H. U.

*Caulis* pedalis, teres, ſtriatus, lanato-villoſus.

*Folia* alterna, remota, ſeſſilia, decurrentia vix ad proximum, oblonga, lateribus ſubſinuata, ſubarachnoideo-villoſa, laterum venis in ſpinas albas excurrentibus.

*Calyces* terminales, ſeſſiles, (laterales ſolitarii), plures, ovati, parvi, imbricati: ſquamis lanceolatis, acuminatis ſpina, erectis, ſubpatulis.

*Corolla* floſculis circiter octo, purpureis.

Similis C. argentato, ſed flores non pedunculati.

*Pannonicus.* CARDUUS foliis ſemidecurrentibus nudis indiviſis ciliatis, flore ſubſolitario.

Cirſium anguſtifolium non laciniatum. *Bauh. pin. p.* 377.

Cirſium pannonicum primum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 148. *Bauh. hiſt. v.* 3: 1. *p.* 46.

*Habitat* in Auſtria. ♃.

*Planta*

*Planta* inermis.
*Folia* ſemidecurrentia, præſertim altero latere, lævia, ciliata ſetis mollibus.
*Calyx* terminalis, magnitudine Serratulæ arvenſis, inermis: ſquamis linea alba notatis.
*Corolla* pallide purpuraſcens.

*Græcum.* ONOPORDON calycibus ſquarroſis arachnoideo-tomentoſis, foliis ſpinoſis ſubulato-lanceolatis ſinuatis tomentoſis.
Onopordon græcum. *Gouan. bot.* 64.
Carduus græcus, parvus, acanthi folio tomentoſo, flore minore. *Tourn. cor. p.* 31.
*Habitat* in Oriente. *Cel. Gouan.* ☉.
*Caulis* tomentoſus.
*Calyx* ovatus, magnitudine nucis: ſquamis exterioribus brevioribus.

*Xeranthemoides.* CARLINA fruticoſa, ramoſa, tomentoſa, foliis lineari-ſubulatis: ferraturis ſpineſcentibus, paniculæ terminali, radio flavo.
*Habitat* in Barrancas circa pagum Chaſna. *Fr. Maſſon.* ♄.
Pulcherrimus huius generis frutex.
*Caulis* appreſſe lanatus, teres.
*Folia* ſparſa, non decurrentia, ſubulata, terminata ſpina, margine ſpinoſa, ſupra viridia, glabra, ſubtus lanato-alba.
*Rami* ſimpliciores, ſed apice ramoſi & diviſi in pedunculos foliatos.
*Calyces* obvallati paucioribus foliis, caulinis ſimilibus, at calyce non longioribus, inermes, tomentoſi.
*Squamæ interiores* longiores, recurvæ, ſubulato-ſpinoſæ,
*Radius* luteo-ſplendens: ſquamis ſubſeratis.
*Flores* magnitudine radii.

*purpurea.* ATRACTYLIS foliis haſtatis runcinatis.
*Habitat* in Nova Granada. *D. Mutis.*
*Folia* Sonchi alpini, haſtata, per petiolos runcinata, ſubtus albo-tomentoſa, ſuperne villoſitatem exuentia, palmaria.

*Flores*

*Flores* in pedunculis longis, ramosis.
*Calyx communis* subimbricatus.
*Foliola* lanceolato-linearia, margine exteriori tenuiora, mucronata: exteriora minora.
*Corolla communis* radiata, purpurea.
*Corollulæ radii* masculæ, plures (viginti), lineares, apice tridentatæ: labio interiori minuto, erecto.
*disci* hermaphroditæ, tubulosæ, quinquefidæ, æquales.
*Stamina radii:* Filamenta quinque. Anthera cylindrica.
*disci*: Filamenta quinque. Anthera cylindrica.
*Germen* utrisque oblongiusculum.
*Stylus* filiformis.
*Stigma radii* oblongum, obtusum.
*disci* brevius, leviter bifidum.
*Pericarpium* nullum.
*Semina* utrisque oblonga.
*Pappus* pilosus, longitudine calycis.
*Receptaculum* nudum.

*Mexicana.* ATRACTYLIS foliis oblongis, integerrimis.
*Habitat* in Mexico. *D. Mutis.*
*Rami* simplicissimi, leviter tomentosi, bipedales.
*Folia* alterna, leviter petiolata, integerrima, supra glabra, subtus vix tomentosa.
*Flos* terminalis, solitarius.
*Calyx communis* imbricatus, tomentosus: squamis subulatis.
*Corolla* radiata, purpurea: antheris luteis.
*Radius* multiplex.
*Petala* tridentata.
*Stylus* simplex.
*Discus* multiplex.
*Pappus* subvillosus, vix plumosus.
*Receptaculum* paleis brevissimis.

*salicifolius.* CARTHAMUS fruticosus, petiolis spinosis, foliis lanceolatis integris subtus tomentosis apice pungentibus, ramis unifloris.
*Habitat* in rupibus Maderæ. *Masson.* ♄.

Habitus

Habitus Gorteriæ, at flores mihi hermaphroditi visi sunt, stigma indivisum, pappus plumosus, receptaculum paleaceum, flosculi omnes discoidei, radii itaque nulli.
*Frutex* lignosus.
*Rami* longi, tomentosi.
*Folia* approximata, sparsa, lanceolata, integerrima, supra glabra, subtus tomento adpresso sericea, basi s. in petiolo & rarissime in margine spinis duabus s. quatuor munita, apice semper spina terminata.
*Ramuli* uniflori.
*Calyx* imbricatus: squamis exterioribus acutis, longioribus, foliis caulinis similibus.
*Flosculi* albi.

*lauri-folia.* CACALIA fruticosa, glabra, foliis petiolatis ovatis triplinerviis obtusis integerrimis glaberrimis, thyrso terminali, calyce tetraphyllo glabro.
*Habitat* in Mexico. *D. Mutis.* ♄.
*Frutex* glaberrimus, Viburnum Tinum s. Laurum referens.
*Folia* opposita, breve petiolata, ovata, integerrima, obtusa, pollicaria, nervosa: nervis supra basin excurrentibus; subtus viridia, supra splendentia, consistentia sempervirentium.
*Panicula* terminalis, thyrsoidea, conica.
*Calyx* tetraphyllus, quadriflorus.
*Foliola* æqualia, oblonga, obtusa, duo & duo opposita.
*Corollæ limbus* tubo maior, quadridentatus.
*Pistilla* longiora.

*cordi-folia.* CACALIA frutescens, hirsuta, foliis petiolatis cordato-ovatis nervosis acutis scabris, calyce tetraphyllo quadrifloro pubescente.
*Habitat* in America meridionali. *D. Mutis.* ♄.
*Folia* opposita, longe petiolata, late ovata, basi cordata, apice acuminata, serrata, hispido-scabra, trinervia & venosa.
*Petioli* tomentosi.
*Paniculæ* terminales, foliis floralibus vestitæ.

*Calyces*

*Calyces* glaberrimi, nudi, tetraphylli.
*Foliola* æqualia, oppoſita, lanceolata, glabra, erecta.
*Flores* quatuor, æquales, hermaphroditi.
*Corollæ* limbo quadripartito.
*Styli duo*, vix ſtaminibus longiores.
*Pappus* ſimpliciſſimus, calyce longior.
*Variat* foliis integris & ſerratis.

## *Obſervatio.*

Cacalia laurifolia & cordifolia flore exactiſſime conveniunt, & numero conſtanti calycis & floſculorum adeo ſingulares ſunt, ut inde ſeparatum facere potuiſſem genus, niſi multiplicationem generum abhorrerem.

*aſclepiadea.* CACALIA fruticoſa, tomentoſa, foliis petiolatis ovato-lanceolatis integerrimis ſupra glaberrimis ſubtus tomentoſis margine revolutis, paniculis terminalibus.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.
*Caules* teretes, tomento molli cani, recti.
*Folia* petiolata, oppoſita, patentia, baſi ovata & ſenſim attenuata, ut fere media inter ovatum & lanceolatum, ſubtus valde tomentoſa, ſupra glaberrima, venoſa, conſiſtentia folii Lauri.
*Petioli* teretiuſculi, tomentoſi.
*Paniculæ* terminales, parvæ, congeſtæ.
*Calyx* calyculatus ſquamis maioribus, pauciflorus.
*Herba* faciem habet Aſclepiadis.

*appendiculata.* CACALIA fruticoſa, tomentoſa, foliis cordatis ovatis acutis angulatis ſubtus tomentoſis, petiolis appendiculate folioſis.
*Habitat* in Teneriffæ locis aquoſis. *Franc. Maſſon.* ♄.
*Frutex* caule angulato, tomentoſo, cano.
*Folia* altiora, longe petiolata, cordata, ſubangulata, ovata, acuta, ad petiolum non multum emarginata, nervoſa, venoſa, ſupra glaberrima, viridia, ſubtus tomentoſo-albida.
Mox infra folium in petiolo *Foliola* appendiculata, ſive triiuge oppoſita, minima, petiolata, ovata, integerrima, a folio remotiora maiora & ſenſim verſus folium minora.

*Pa-*

*Paniculæ* terminales.
*Pedicelli* bracteati.
*Flores* lutei.
Aliam misit Cl. Masson, quam distinctam putavit, sed dubito. In montosis Teneriffæ inventa est, & differt in nullis a C. appendiculata quam caule glaberrimo, foliis cordato-oblongis, subdentatis, nec angulatis.

*echinata.* CACALIA herbacea, foliis reniformibus cordatis angulato-dentatis subtus tomentosis, foliolis calycinis tuberculatis.
*Habitat* in Teneriffæ præcipitiis maritimis. *Masson.*
Simillima C. alpinæ, at differt calycibus tuberculatis & foliis subtus tomentosis.

*albifrons.* CACALIA herbacea, foliis cordatis biserratis acutis subtus tomentosis, stipulis oblongis rotundatis.
Cacalia tomentosa. *Iacqu. austr. v.* 3. *p.* 20. *t.* 235.
*Habitat* in Austria. *Iacquin.*
Singularis & distinctissima foliis binis ad basin petioli, quæ referunt stipulas sessiles, oblongas, subdenticulatas, subtus tomentosas.

*bipinnata.* CACALIA caule herbaceo, foliis bipinnatis linearibus.
Cacalia pinnatifida. *Berg. cap. p.* 230.
*Habitat* in Cap. bonæ spei.
*Caulis* herbaceus, erectus, striatus, lævis.
*Folia* confertiuscula, bipinnata, linearia, dentata, lævia, palmaria
*Panicula* terminalis, subfastigiata.
*Pedicelli* squamosi.
*Calyces* cylindrici, pentaphylli, quinqueflori, acuti.

*tomentosa.* CACALIA tomentosa, caule fruticoso, foliis lanceolatis dentatis subtus tomentosis sessilibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ spei. *Thunberg.* ♄.

*acaulis.* CACALIA acaulis, foliis semiteretibus, scapis unifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*radicans.* CACALIA herbacea, repens, radicans, foliis teretiovatis carnosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*articulata.* CACALIA carnosa, caule decumbente articulato, foliis inferioribus hastatis, superioribus lyratis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*cinereum.* EUPATORIUM calycibus septemfloris, foliis oppositis lanceolatis tomentosis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Simillima floribus & caule lignoso rigido Athanasiæ.

*scabrum.* EUPATORIUM villosum, foliis oppositis petiolatis ovatis integriusculis rugosis supra scabris.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
*Caulis* teres, villosus, erectus.
*Folia* opposita, brevius petiolata, ovata, rarius integra, plerumque margine fracta, subtus villosa, supra glabra, rugosa, scabra.
*Paniculæ* terminant caulem omnesque ramulos laterales.
*Flores* erecti.
*Calyx* cylindricus, imbricatus: squamis oblongis, obtusis, glabris, striatis: lineis longitudinalibus, apice concurrentibus, fuscis.
*Flosculi* octo, vix calyce longiores.
Pappus pilosus, sed serratus, eoque plumosus dicendus.

## *Observatio.*

Difficillime distinguuntur Chrysocomæ & Eupatoria, nisi calyce cylindrico & hemisphærico, nam rarissime in Chrysocoma pappus pilosus absque dentibus, & rarius in Eupatorio pistillum elongatum s. flosculis longius.

*urticæfolium.* EUPATORIUM hispidum, foliis petiolatis cordatis inciso-serratis, panicula terminali, calycibus multifloris subulatis subpungentibus.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
*Herba* simillima Urticæ piluliferæ, etiam folia sic discolora & stimulis pilosa.

UPA-

*ſtoechadifolium.* EUPATORIUM tomentoſum, foliis petiolatis linearibus crenatis tomentoſis ſubtus canis, paniculà terminali

*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*

*Caulis* teres, tomento albo molliſſimo tectus, erectus.

*Folia* oppoſita, breve petiolata, patentia, linearia, obtuſa, crenata, plana, utrinque tomento mollia, ſed pagina inferiori alba, venoſa.

*Panicula* terminalis, compoſita: floribus conglomeratis.

*Calyx* multiflorus: ſquamis ſubulatis, glabris.

*Corollæ* violaceæ: limbo extus pubeſcente ut in E. microphyllo.

*Pappus* ſubtiliſſime dentatus.

*microphyllum.* EUPATORIUM foliis triangulari-ovatis novemcrenatis ſubtus tomentoſis fuſco-venoſis, panicula conglomerata terminali, pedunculo elongato.

*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.

*Frutex* caule glabro, lignoſo, rigido.

*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, baſi transverſe diſſecta, obtuſa, crenata: crenis utrinque quatuor & nona terminali, rigida, craſſa; ſupra glaberrima, viridia, trinervia, ſubtus albo-tomentoſa, venis fuſcis reticulata, vix feminibus Piſi maiora.

*Pedunculus* terminalis, elongatus, pubeſcens, filiformis, nudus, terminatus panicula compoſita, conglomerata.

*Calyces* imbricati, glabri, ſubulati, pungentes.

*Corollæ* vix calyce majores, violaceæ: limbo extus pubeſcente.

Hæc maxima eſt affinitate cum E. ſtoechadifolio, quoad conſtructionem floſculorum.

*Ageratoides.* EUPATORIUM foliis ovatis ſerratis petiolatis, caule glabro.

Eupatorium altiſſimum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 614. *non* 613.

Ageratum altiſſimum. *Spec. plant. ed.* 2. *p.* 1176.

*flexicaulis.* PTERONIA foliis filiformibus glabris, calycibus ſubtetragonis, ramis brevibus rigidis.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*retorta.* PTERONIA foliis ovatis reflexis glabris margine ciliatis ſcabris, caule erecto, ſquamis calycinis integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*hirſuta.* PTERONIA foliis lanceolatis patentibus piloſis, caule procumbente, ſquamis calycinis integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Facie P. retortæ ſimilis.

*glabrata.* PTERONIA foliis lanceolatis glabris, calycinis ſquamis ovatis membranaceis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei, *Thunberg.*

*inflexa.* PTERONIA foliis ovatis piloſis, calycinis ſquamis ſubarticulatis membranaceis, pedunculo inflexo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſcarioſa.* PTERONIA ramis ſpinoſis, calycibus ſcarioſis, foliis ovalibus.
*Habitat* ad Cap: bonæ ſpei. ♄.
*Caulis* fruteſcens, rigens: ramulis ſterilibus ſpina terminatis.
*Folia* elliptica, ſeſſilia, unguicularia ſ. parva, lævia, integerrima, glabra, remota.
*Calyces* terminales, ſeſſiles, cylindrici, imbricati, læves, mucronati, apice ſcarioſi: membrana latiuſcula, hyalina.
*Diſcus* luteus, convexus.

*glomerata.* PTERONIA foliis ovato-triquetris glabris, caule tetragono.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*cinerea.* PTERONIA foliis oblongis tomentoſis, calycinis ſquamis ovatis membranaceis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*villoſa.* PTERONIA foliis lanceolatis obtuſis piloſis, calycinis ſquamis ovatis membranaceis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſpinoſa.* PTERONIA foliis ſubulatis ſpineſcentibus pungentibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Caulis* fruticoſus, lignoſus, ramoſus, teres.
*Folia* alterna, ſeſſilia, diſtantia, ſubulata, ſubſtriata, patentiſſima, rigida, mucronata, pungentia, perſiſtentia.
*Flores* ad quatuor, ſeſſiles in alis ſummis foliorum, præſertim in apice ramorum, imbricati, cylindrici: ſquamis obtuſis.

*membranacea.* PTERONIA foliis ovatis pulverulento-tomentoſis, calycinis ſquamis ſubulatis margine ſcarioſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* inermis.

*pallens.* PTERONIA foliis filiformibus glabris, calycibus teretibus ovatis, caule ramisque incurvis teretibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Frutex* inæqualis: ramis albicantibus, Galeniæ ſimilibus.
*Folia* oppoſita, linearia, ſubramoſa.
*Corymbi* triflori, terminales, lutei.

*minuta.* PTERONIA foliis linearibus vagis, floribus axillaribus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Equ. Bäck.*
*Caules* palmares.
*Rami* ſuperne dichotomi.
*Folia* linearia, alterna ſ. oppoſita, paſſim ſubpubeſcentia.
*Flores* e dichotomia caulis, ſubſeſſiles, magnitudine ſeminis Lithoſpermi.
*Calyx* lævis.
*Floſculi* minuti, pauci.

*faſciculata.* PTERONIA floribus faſciculatis unifloſculoſis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Caulis* fruticoſus, dichotomus: ramulis ſquamis utroque latere mucronatis.

*Folia* oppoſita, imbricata, erecta, pollicaria, lanceolata, ſubcarinata, reſinoſa.
*Florum faſciculi* faſtigiati, flavi, terminales, ſeſſiles.
*Calyces* oblongi, imbricati: foliolis lanceolatis, acutis.
*Floſculi* ſolitarii in ſingulis calycibus.

*Cephalotes.* PTERONIA calycibus oblongis terminalibus minutiſſime laceris, foliis ſubulatis conduplicatis carinatis ſerrulatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Cl. Bäck.* ♄.
*Frutex* lævis, prolifer.
*Folia* oppoſita: oppoſitionibus remotis; ſubulata, pollicaria, conduplicata, margine & carina ſerrulata.
*Flores* terminales, erecti.
*Calyces* magni, craſſi, imbricati: ſquamis ovatis, ſcarioſis, obtuſis, tenuiſſime lacero-ciliatis.
*Semina* obovata, maiuſcula.
*Pappus* ſimplex, denſus, faſtigiatus, helvolus.
*Receptaculum* nudum, ideoque melius Chryſocoma eſt.

*Obſervatio.*

Habitus Pteroniarum ſingularis & quidem proprius, ſed tamen cavendum, ne ita habitus ſ. facies externa nos ſeducat, ut filum ariadneum perdamus. Variæ ſpecies hic ſunt Pteroniæ receptaculo nudo, ergo non Pteroniæ, ſed Chryſocomæ eſſe deberent; ideoque vel novus character genericus Pteroniæ detegendus, vel genus, quamvis naturale, lacerandum.

*ilicifolia.* STÆHELINA arboreſcens, foliis oppoſitis breviſſime petiolatis cordatis dentatis ſupra lucidis ſubtus tomentoſis.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.* ♄.
*Arbor* ramis rigidis, tomentoſis, teretiuſculis.
*Folia* oppoſita, breviſſime petiolata, ovata, cordata, obtuſa, remote dentata, ſupra glaberrima, quaſi vernice illinita, ſubtus tomento craſſo alba, pollicaria.
*Panicula* terminalis, compoſita, tomentoſa.

*Calyces*

*Calyces* hemiſphærici, imbricati: ſquamis lanatis.
*Flores* lutei.
*Semina* tetragona.
*Pappus* calyce longior, piloſus: ſetis hiſpidis.
Difficilius hanc ſpeciem ad proprium ſuum genus reducere fuit, cum calyx Chryſocomæ, nec cylindricus Stæhelinæ; ſed receptaculum Chryſocomæ erit nudum, in hac vero, poſtquam denudatum eſt, reperitur paleaceum: paleis minutiſſimis & ſubramoſis.

*Obſervatio.*

Syngeneſiſtæ Americæ meridionalis ſtructura floris valde a reliquis diverſæ ſunt.

*corymboſa.* STÆHELINA foliis cuneatis præmorſis, floribus corymboſis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Equ. Bäck.* ♄.
*Frutex* ramis proliferis, incanis, erectis.
*Folia* alterna, ſubpetiolata, diſtantia, cuneiformia ſ. lanceolata, præmorſa, apice obtuſa, retuſa aut tridentata, ſubtus ſubtomentoſo-alba.
*Corymbus* compoſitus, terminalis.
*Calyx* ſquamis breviſſimis imbricatus, caneſcens.
*Pappus* albus, calyce longior.

*dichotoma.* CHRYSOCOMA fruticoſa, prolifera, dichotoma, glabra, foliis linearibus planis ſerratis ſcabriuſculis, pedunculis corymboſis ſquamoſis hirtis.
*Habitat* in rupibus Barrancas. *F. Maſſon.* ♄.
*Frutex* caule glabro, prolifero, per dichotomiam ramoſo; ubi ramus terminatus panicula, mox infra illam dividitur caulis in duos ramos ſimiliter dividendos.
*Folia* breviora, argute ſerrata, linearia, obtuſiuſcula, ſcabriuſcula: punctis minutiſſimis, elevatis.
*Corymbi* terminales, ſimplices.
*Pedunculi* hirſuti, bracteis ſubulatis veſtiti.
*Calyx* purpuraſcens.
*Flores* lutei.

*Obſervatio.*

Omnes Plantæ in Inſulis Canarienſibus inſtar fruticum & arbuſcularum creſcunt; ſic etiam hæ Syngeneſiſtæ.

*fericea.* CHRYSOCOMA fruticosa, albo-sericea, foliis linearibus canaliculatis, ramulis apice paniculatis.
*Habitat* in Barrancas rupibus maritimis. *Franc. Masson.* ♄.
Ramis, foliis, pedunculisque sericeis, albissimis, floribusque luteis facile dignoscitur.
*Folia* linearia, canaliculata, longiora, flaccida.
*Ramuli* simplices, sed apicibus floriferis paniculati: ramulis brevioribus terminatis panicula pauciflora.
*Calyces* glabri: squamis subulatis, luteis.
*Cortex* & *Lignum* sapore acri, pungente.
Differt a C. tomentosa ramis paniculatis, non uniflo-ris; foliis fere digitalibus, nec unguicularibus; flore multo minori quam in C. tomentosa, præterea hæc magis alba est.
Incolis in Barrancas in usu est contra Odontalgiam.

*Observatio.*

Difficillime dignoscuntur Chrysocomæ ab Eupatoriis & Pteroniis, & adhuc nullum nosco certum characterem. Pappus rigidus, luteus, longus, extra calycem fastigiatus, & plurimarum specierum resinositas facile indicat Pteroniæ genus naturale, uti cylindricus, imbricatus calyx Eupatorii. Sed secundum characteres certissime plures species hæc intrarent genera.

*Ericoides.* TARCHONANTHUS foliis acerosis, calycibus tetraphyllis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. ♄.
*Frutex* ramosus, rigens, rarius apice attenuatus.
*Folia* acerosa, Ericæ, conferta, linearia, brevissima.
*Flores* conferti, laterales, foliis maiores: pedunculis brevibus.
*Calyx* tetraphyllus: foliolis ovalibus.
*Corollæ* paucæ, minutæ, delitescentes intra pappum receptaculi niveum, flore multo maiorem.
Genus fere dubium.

*glaber.* TARCHONANTHUS foliis glabris integris dentatisque.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

Simili-

Simillimus T. camphorato, sed hic inodorus & totus glaberrimus.
*Variat* foliis latioribus, anguſtioribus, integris, dentatisque.

*camphoratus.* TARCHONANTHUS foliis oblongis planis, calyce monophyllo quinquefido.
Tarchonanthus camphoratus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 616.

*dentata.* ATHANASIA foliis lanceolatis dentatis ſerratis, corymbo compoſito.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*pinnata.* ATHANASIA foliis pinnatis linearibus tomentoſis, corymbis denſis compoſitis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Caulis* prolifer, fruteſcens, tomentoſus.
*Folia* conferta, tomentoſa, pinnata: pinnis quinque ſ. ſeptem, linearibus, pollicaribus.
*Corymbus* floribus copioſiſſimis, congeſtis.
*Calyces* villoſi.

*linifolia.* ATHANASIA foliis linearibus, corymbo ſimplici.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Caulis* ſimplex, teres, lævis, facie Lini.
*Folia* alterna, ſimpliciſſima, linearia ſ. ſubulata.
*Corymbus* terminalis, ſimplex.
*Flores* ovati, læves.
*Variat* foliorum longitudine.

*filiformis.* ATHANASIA foliis linearibus glabris patulis, corymbo compoſito.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*cinerea.* ATHANASIA foliis linearibus tomentoſis integris, corymbo compoſito.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*pectinata.* ATHANASIA foliis pinnatis glabris, corymbo compoſito.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſeſſiliflora.* ATHANASIA foliis linearibus piloſis, pedunculis unifloris folio brevioribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Planta* parvula ut *A. pumila.*

*pumila.* ATHANASIA foliis linearibus piloſis, pedunculis unifloris folio longioribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima *A.* ſeſſilifloræ.

*uniflora.* ATHANASIA foliis obovatis imbricatis glabris, floribus terminalibus ſeſſilibus ſolitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

# SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

*pectinata.* ARTEMISIA foliis pinnatis pectinatis glabris ſeſſilibus, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus quadrifloris.
Artemiſia pectinata. *Pall. it. v. 3. p. 755. t. H. h. f. 2.*
*Habitat* in ſiccis Dauriæ cum *A.* paluſtri. *Pallas.* ⊙.
*Planta* elegans & fragrantiſſima.
*Caulis* erectus, herbaceus, dodrantalis.
Facile cognoſcitur foliis ſimpliciter pinnatis: pinnis ſetaceis, parallelis, eoque pectinatis, rarius pinna bifurca; floribus in axillis per caulem ſolitariis.

*Milleflorum.* GNAPHALIUM floribus corymboſis faſtigiatis rufeſcenti-albidis, calycibus ſubcylindricis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* pedalis, tomentoſis.
*Folia* lanceolata, utrinque hirſuta.
*Corymbus* terminalis, faſtigiatus, ultra quinquaginta-florus.
*Pedunculi* ſubdichotomi, elongati.
*Bracteæ* ſcarioſæ, ovatæ, pallidæ.
*Calyces* cylindrici, læves, pallidi: ſquamis inferioribus purpuraſcentibus.
*Corollæ* flavæ.

GNAPHA-

*crispum.* GNAPHALIUM fruticoſum, foliis ſubtus tomentoſis ſupra ſcabris: radicalibus petiolatis oblongis; caulinis amplexicaulibus undulatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
Argyrocoma, inter maiores magna.
*Folia radicalia* plura, petiolata, oblonga, integerrima, ſubtus tomentoſa, cana, ſupra ſcabra.
*caulina* amplexicaulia, attenuata, undulata.
*Pedunculus* elongatus, tomentoſus, terminatus Cyma compoſita, multiflora.
*Flores* minores.
*Calyces exteriores* rubicundi.
*interiores* flavi.

*appendiculatum.* GNAPHALIUM fruteſcens, foliis ſeſſilibus imbricatis lanceolatis lanatis apice membrana ſcarioſa appendiculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
Argyrocoma magna.
Singularis membranula lanceolata, parva, ſcarioſa, folium terminante.
*Folia* lanceolata, lanata.
*Caulis* veſtitus foliis usque ad cymam.

*umbellatum.* GNAPHALIUM fruticoſum, foliis faſciculatis ſubulatis tortis, umbellis ſimplicibus terminalibus ſeſſilibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
Chryſocoma.
Simillima quoad herbam G. muricato, at differt.
*Umbella* regulari.
*Floribus* maioribus.
*Calycibus* pulchre rubris.
Refert Xeranthemum ſquamis calycinis coloratis.

*hiſpidum.* GNAPHALIUM fruticoſum, foliis linearibus ſemiteretibus ſulcis exaratis hiſpidis patulis, capitulis terminalibus ſimplicibus.
*Habitat* in Cap bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
Facile cognoſcitur ſetis rigidis in foliis aceroſis & floribus aggregatis.

*verticillatum.* GNAPHALIUM caule ſimpliciſſimo, floribus verticillatis, foliis linearibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Bäck.* ☉.
*Radix* fibroſa, annua.
*Caulis* ſpithamæus, erectus, ſimpliciſſimus, absque ramo.
*Folia* linearia, anguſtiſſima, pollicaria.
*Flores* per totum caulem verticillati, ſeſſiles.
Planta tota cinerea, ut etiam flores.
Affinis G. ſylvatico.

*Oculus Cati.* GNAPHALIUM herbaceum, proſtratum, foliis ovatis glomeratis terminalibus villoſiſſimis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Radix* fibroſa.
*Caules* filiformes, plurimi, undique diffuſi, ſubramoſi, decumbentes ſ. acaules.
*Folia* ovata, nudiuſcula, ſeſſilia.
*Flores* in glomerulis terminalibus, planiuſculis, villoſiſſimis & cohærentibus in orbiculos.
*Calyx* non conſpicuus ob tomentum denſiſſimum, album.
*Corollæ* parvæ, quaſi umbilici in tomento.

*piloſellum.* GNAPHALIUM herbaceum, foliis lanceolatis quinquenerviis ſubtus tomentoſis, caule nudo, floribus capitatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Bäck.* ♃.
*Radix* perennis.
*Folia* tria ſ. quatuor, radicalia, elliptica, obtuſiuſcula, ſubtus albo-tomentoſa, quinquenervia.
*Scapus* foliis duplo longior, piloſus.
*Flores* terminales, glomerati in capitulum.
*Calyces* ſubrotundi, villoſi, margine albidi.

*denudatum.* GNAPHALIUM argyrocomum, foliis ſpathulatis ſubtus niveis tomentoſis ſupra lævibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. D. Montin.*
*Caules* proſtrati, filiformes, duriuſculi.
*Rami* alterni, erecti.

*Folia*

*Folia* alterna, ſeſſilia, ſubſpathulata, mucronata, ſupra nuda ſ. lævia, non glabra, ſubtus tomentoſa, alba.
*Corymbus* ſ. *Umbella* terminalis, breviſſima.
*Flores* pedunculati.
*Calyx* virens: radio brevi, albo.

*declinatum.* GNAPHALIUM herbaceum, foliis lineari-lanceolatis, calycibus radio albo lanceolato.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Caules* proſtrati, herbacei, filiformes.
*Folia* lanceolato-linearia, tenue tomentoſa, alba, nitida, conferta.
*Flores* in corymbo terminali, faſtigiato, aphyllo.
*Calyx* ovatus, lævis, teſtaceo-ſcarioſus: radio albo, lanceolato.
*Floſculi* multi in calyce parvo.

*coronatum.* GNAPHALIUM herbaceum, foliis lanceolatis, calycibus radio multiplici ſubrotundo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Caules* ſpithamæi, erecti, villoſi, apice floriferi, ramoſi, piloſi.
*Folia* alterna, anguſto-lanceolata, denſiſſime tomentoſa.
*Flores* corymboſi, congeſti.
*Pedunculi* foliati.
*Calyces* corona alba, multiplici: limbo ſubrotundo.
*Flores* ſunt quaſi ex radio calycis pleni.

*fulgidum.* XERANTHEMUM foliis lato-lanceolatis convoluto-incumbentibus, floribus nonnullis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Caulis* craſſitie digiti, lanatus, apice diviſus ramis floriferis.
*Folia* lanceolata, approximata, latitudine & longitudine digiti, erecta & ſubimbricata, tomentoſa, margine ſublanata, alba, mollia Gnaphalii.
*Flores* e ſummis ramulis, quinqe ſ. ſex, facie Xeranthemi, licet herba Gnaphalii, ſeſſiles.
*Calyces* magnitudine nucis luglandis: radiis numeroſiſſimis, flaviſſimis, lucidiſſimis.
*Floſculi* numeroſi, minimi.

XERAN-

*ſtoloniferum.* XERANTHEMUM procumbens, repens, ſericeum, foliis oblongis recurvato-patulis, ramulis unifloris.
*Habitat* iu Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* videtur herbaceus, debilis, ideoque procumbit & radicat.
*Ramuli* usque ad florem veſtiti foliis parvis, ſericeis, argenteis.
*Flores* minores, rubicundi.
*Pappus* plumoſus.

*recurvatum.* XERANTHEMUM foliis recurvatis lanceolatis complicato-canaliculatis cuſpidatis ciliatis, ramulis unifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Bäck.* ♄.
*Caulis* fruticoſus: ramis pubeſcentibus.
*Folia* alterna, rigidula, lanceolata, acuta, canaliculata, recurvata, ciliata, ſubtus appreſſo-pubeſcentia.
*Calyces* terminales, ſolitarii, ſanguinei, glabri, acuminati, ſupra albi.
*Diſcus* luteſcens.

*paniculatum.* XERANTHEMUM fruticoſum, foliis ſubulatis canaliculatis lanatis cuſpidatis patulis, corymbis terminalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Flores* vix Gnaphalio maiores.
*Variat* calycibus albis & rubris.

## *Obſervatio.*

Xeranthemi ſpecies colore calycis & elongatione pedunculorum ſæpe ludunt, itaque cavendum, ne multiplicando ſpecies confuſio inde oriatur inevitabilis. In proxima editione Syſtematis tam huius generis ſpecies ac aliorum melioribus differentiis determinatas offeram.

*Dioſcoridis.* BACCHARIS foliis lato-lanceolatis dentatis ſeſſilibus ſtipulatis.
Baccharis Dioſcoridis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 626.
Conyza ægyptiaca, fruteſcens, altiſſima, virgæ aureæ folio, flore purpuraſcente. *Vaill. Act. pariſ.*
*Habitat* in Aegypto. ♄. H. U.

*Caules*

*Caules* fruteſcentes, ſexpedales, debiles, ſubpiloſi, ramoſiſſimi, luxuriantes.
*Folia* alterna, ſeſſilia, ſemiamplexicaulia, lato-lanceolata, ſerrata, baſi profunde dentata, mollia.
*Paniculæ* parvæ, inter ramificationes.
*Calyx* flore brevior, appreſſus: ſquamis ſubulatis.
*Floſculi fœminei* copioſi, albidi, tenues, nudi.
*hermaphroditi* diſci, quinque ſ. ſex.
*Stylus* fœminis bifidus.
*Pappus* ſimplex, exſertus.
Baccharis Dioſcoridis perperam dicta.

*aurita.* CONYZA foliis dentato-ſinuatis, auriculis ſubdecurrentibus.
*Habitat* in Indiæ orientalis ſubhumidis. H. U.
*Folia radicalia* reliquis maiora, rigidiora, glaberrima, obovata, venis rubris, groſſe ſerrata, inter ſerraturas undata.
*Folia caulina* oblonga, ſublanceolata, mollia, villoſa, apice ſerrata, medio ſinuata, baſi ſubpinnata, margine omni ſerrato-dentata, ſubdecurrentia: pinnis duabus ſ. tribus foliaceis, patulis utrinque.
*Caulis* erectus, rigens, pedalis, rubicundus, piloſus, ramoſus: ramis erectis, ſimplicibus.
*Flores* ex apice caulis, pedunculati, ſparſi vario modo.
*Calyx* ovatus: foliolis linearibus, apice patulis, exterioribus latioribus, interioribus in cylindrum formatis.
*Flores* albi: floſculis minutis: radiis linearibus, minutis.
*Piſtilla* longiora, erecta.
Media inter Baccharin & Conyzam.
Odor plantæ Stachyos fœtidæ, ſed gratior.

*caneſcens.* CONYZA foliis linearibus, panicula faſtigiata.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Dr. Thunberg.*
*Planta* tota incana.
*Caules* ſubſimplices, teretes, ſtriati: ramis lateralibus, brevibus.
*Folia* linearia, digitalia, margine reflexa, ſubtus ſubtomentoſa.

*Panicula*

*Panicula* terminalis, ſubdichotoma, faſtigiata.
*Calyx* ſubovatus, imbricatus, flore & pappo dimidio brevior.
*Flos* purpureus, pappo immixtus.
*Habitus* C. cinereæ.

*tricuneatum.* ERIGERON fruticuloſum, foliis cuneatis trilobis.
*Habitat* in Mexico. *D. Mutis.* ♄.
*Frutex* minor, ramoſiſſimus ſ. paniculatus, folioſus.
*Folia* alterna, ſubpetiolata, cuneata, vix unguis longitudine, nuda.
*Flores* terminales, ſeſſiles, aliquot congeſti, longitudine folii.
*Calyx* magnitudine ſeminis Lentis.
*Floſculi feminei* apetali, copioſi, in ambitu.
*Pappus* calyce vix longior, ſimplex.

*pinnatum.* ERIGERON foliis pinnatifidis dentatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Bladh.*
*Caulis* herbaceus, erectus, pedalis, ſubhiſpidus, ſimplex.
*Folia* alterna, longitudine digiti, pinnatifida, ſubdentata, ſcabriuſcula.
*Flores* terminales, ſubglomerati, lutei, magnitudine E. acris.
*Pappus* albus.

*camphorata.* UNXIA.
Camphertplant. *Surinam.*
*Habitat* in Surinami locis arenoſis. *C. G. Dalberg.*
*Caulis* herbaceus, filiformis, dichotomus, bipedalis.
*Folia* oppoſita, ad dichotomias, ſeſſilia, lanceolata, quinquenervia, hirſuta, mollia.
*Flores* ſolitarii, e dichotomia, ſubpedunculati, magnitudine Piſi.
*Corollæ radius* patulus, parvus.
Odor plantæ gravis, Emplaſtri ſ. Camphoræ.
Decoctum aquoſum interne ſudoriferum eximium & magnæ virtutis in Lumbagine difficili Surinamenſium.
Herba ſicca externe, ubi tranſpiratio creditur impedita.

*reclinatus.* SENECIO corollis nudis, foliis linearibus ſparſis ſcabris recurvis, caule fruteſcente.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. H. U.
*Caulis* tripedalis, herbaceus, inferna ſua parte perſiſtens, baſi ramos aliquot proferens, viridis, teres.
*Folia* ſparſa, ſpithamæa, baſi adglutinata, linearia, linea exarata, ſcabra, ſubtus marginata, recurvata: ſumma foliola dentibus aliquot ad baſin.
*Flores* in panicula terminali, foliolis aliquot ſparſis: pedunculis inclinatis.
*Calyx* cylindricus: ſquamis apice ſphacelatis.
*Calyculus* incurvatus, ſubhians, æqualis.
*Corollæ* floſculoſæ, luteæ.
Differt a S. longifolio corollis non radiatis; foliis non laciniatis, integerrimis, ſcabris.

*lyratus.* SENECIO piloſus, corollis radiantibus, foliis infimis lyratis dentatis, ſupremis ſerratis amplexicaulibus: lobis margine muricatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Inter altiſſimas.
*Folia* profunde ſinuata, fere pinnata: lobis rotundatis, margine muricatis.

*roſmarinifolius.* SENECIO corollis radiantibus, foliis linearibus margine revolutis, caule fruticoſo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
Glabra eſt planta.

*angulatus.* SENECIO corollis radiantibus, foliis petiolatis ovatis dentato-angulatis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Inter altiores eſt.
*Folia* ſubcarnoſa, glauca.

*maritimus.* SENECIO corollis radiantibus, foliis amplexicaulibus ovatis denticulatis carnoſis, caule herbaceo procumbente.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei, ad littora maris. *Thunberg.*
*Tota* fere carnoſa.
*Variat* foliis lanceolatis.

*cernuus.* SENECIO floribus floſculoſis nubilibus cernuis, foliis eroſis auriculatis.
Senecio rubens *Jacqu. hort. v.* 3. *p.* 50. *t.* 98.
*Habitat* in Madagaſcaria.
*Caulis* pedalis, erectus, herbaceus.
*Folia* alterna, petiolata, venoſa, ſcabra, eroſa, quaſi ſtipulata: auriculis binis, angulatis.
*Pedunculi* ex ſuperiore parte caulis, longi, nubiles cernui & quaſi penduli.
*Flores* violacei, floſculoſi, absque radio, poſt antheſin erecti.
*Calyx* cylindricus, baſi tumens, cinctus foliolis ſubulatis.

*Sibiricus.* SENECIO corollis radiantibus quinqueradiis, foliis ellipticis lævibus.
*Habitat* in Sibiria. ♃.
*Caulis* erectus, bipedalis, lævis.
*Folia* ſeſſilia, elliptica, pauciora, integerrima: coſta albida.
*Flores* ſubcorymboſi, lutei: diſco floſculis circiter quindecim.
*Calyx* ore ſphacelatus.
*Calyculus* ſquamis tribus ſ. quatuor.

*eroſus.* SENECIO corollis radiantibus, foliis radicalibus petiolatis oblongis ſinuatis ferratis villoſis, caule unifloro ſubnudo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Folia radicalia* elongata, ſinuata, & lobis ferratis, verſus radicem tomento involuta.
*Caulis* fere aphyllus: foliis paucis, parcius amplexicaulibus.

*marginatus.* SENECIO corollis radiantibus, foliis amplexicaulibus lanceolatis glabris ſubarticulatis marginatis, corymbo compoſito.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*lanatus.* SENECIO corollis radiantibus, foliis ſeſſilibus utrinque lanatis dentatis, infimis ovatis, ſuperioribus lanceolatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

SENE-

*cruciatus.* SENECIO corollis radiantibus, foliis linearibus ſubtus tomentoſis, inferioribus cruciatis, ſuperioribus integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Singularis foliis rigidis, mucronatis, verſus apicem utrinque ſemidentatis: dentibus cum folio apice æqualibus.

*diffuſus.* SENECIO corollis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus, caulibus diffuſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Vulgatiſſimus loco & facie.

*iuniperinus.* SENECIO fruticoſus, foliis ſubulatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Montin.* ♄.
*Fruticulus* ſeſquipedalis, determinate ramoſus, teretiuſculus, lævis.
*Folia* ſparſa, latius ſubulata, Iuniperi ſimilia, ſed paulo latiora, ſemiamplexicaulia, pollicaria, lateribus revoluta, lævia, mucronata.
*Pedunculi* terminales, elongati, apice floribus quatuor ſ. quinque: pedicellis divaricatis.
*Flores* lutei: radio expanſo.

*alpinus.* SENECIO corollis radiantibus, foliis cordatis lyratis groſſe ſerratis, petiolis auritis.
Cineraria alpina. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 636.
Senecio foliis craſſis, ſerratis, imis petiolatis, ſubrotundis, caulinis lanceolatis. *Hall. hiſt. v.* 1. *p.* 23. *n.* 67.
Senecio foliis imis petiolatis, cordatis, obiter dentatis, caulinis lingulatis, ſeſſilibus. *Hall. hiſt. v.* 1. *p.* 23. *n.* 68.
*Habitat* in alpibus Helveticis, Suecia & Germania. *Dick. Oſbeck.* ♃.
*Caulis* herbaceus, ſtriato-angulatus ſ. teres, erectus, ſimplex, bipedalis & ultra, ſuperne ramoſus in paniculam corymboſam.
*Folia* alterna, petiolata, remota, cordata, ſuprema ovata, lyrata, groſſe ſerrata, obtuſiuſcula, ſubtus incana, venoſa.

*Petioli* longitudine foliorum, in medio dentibus foliaceis binis ſ. quaternis, ut in Eryſimo Barbarea.
*Corymbus* terminalis & axillares ſolitarii, longius pedunculati.
*Pedunculi proprii* conſperſi ſquamis minutis, ſubulatis.
*Calyx* calyculatus, æqualis, apice ſphacelatus.
*Calyculus* minutus, appreſſus, apice ſphacelatus.
*Corolla* lutea, S. Iacobææ.
*Variat* in terra fertili hortorum caule multo ramoſo, foliis laciniatis, ac ſi alia eſſet planta.

*cordifolius.* SENECIO corollis radiantibus, foliis cordatis dentatis, calycibus ſimpliciſſimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Caules* fere proſtrati, pedales, craſſitie fili groſſioris, baſi ſubramoſi.
*Folia* alterna, petiolata, cordata, obtuſiuſcula, dentata, utrinque lævia.
*Pedunculus* terminalis, elongatus, pauciflorus.
*Calyx* ſimplex, non calyculatus.
*Corolla* lutea.
*Radius* ſtigmate bifido, fertili.

*glaſtifolius.* SENECIO corollis radiantibus, foliis amplexicaulibus lanceolatis ſubdentatis lævibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caules* erecti, bipedales, ſtriati, herbacei.
*Folia* alterna, diſtantia, lanceolata, ſubdentata, lævia, baſi magis dilatata, amplexicaulia, carinæ marginibus obſolete decurrentia.
*Panicula* terminalis.
*Corollæ radius* patens, purpureus.

*peucedanifolius.* SENECIO corollis nudis, foliis pinnatis filiformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caules* herbacei, ſeſquipedales, ſtriati.
*Folia* alterna, remota, linearia ſ. filiformia, digitalia: pinnis remotis, novem pluribusve.
*Panicula* terminalis, faſtigiata e ramis floriferis.
*Flores* lutei.

*Tataricus.* ASTER foliis radicalibus lanceolato-ovatis ſerratis ſcabris, caule paucifloro.
*Habitat* in Sibiria. ♃.
*Folia radicalia* ovato-lanceolata, ſcabra, profunde ſerrata, in petiolos decurrentia, ratione plantæ magna, non trinervia, nec apice vel baſi ſerrata.
*Caulis* ſcaber, foliis radicalibus vix duplo longior: foliis paucis, anguſtioribus.
*Flores* quinque ſ. octo, magni ratione plantæ.
*Pedunculus* bracteis duabus, alternis, tenuibus, integerrimis.
*Calyx* parum imbricatus, minime apicibus purpuraſcens.
*Radius* cæruleus, magnus.

*Clematis.* MUTISIA.
*Habitat* in Nova Granada. *Dr. Mutis.* ♄.
*Planta* ſcandens, uti Clematis, iunior tota tomentoſa.
*Caulis* fruticoſus, ſtriatus, longus, ramoſus, volubilis.
*Folia* alterna, remota, pinnata: rachi in cirrhum deſinente.
*Foliola* oblongo-ovata, ſubſeſſilia, alterna ſ. oppoſita, ſeptena, ætate ſupra lævia, ſubtus valde tomentoſa.
*Stipulæ* binæ, ovatæ, multoties minores.
*Pedunculi* axillares, ſolitarii, uniflori, tomentoſi: una alterave bractea, ſubulata, parva.
*Flos* magnitudine & figura maioris Dianthi Caryophylli.
*Calyx* tomentoſus.
*Corolla* purpurea, longitudine radii ipſius calycis.

*Americana.* CINERARIA fruticoſa, paniculis axillaribus, foliis alternis petiolatis lato-lanceolatis ſerratis ſupra glabris ſubtus canis.
*Habitat* in America meridionali. *D. Mutis.* ♄.
*Tota planta* veſtita epidermide e tenuiſſima lana, quæ inſtar membranulæ facile abraditur; hac rami, petioli, pedunculi & inferior foliorum pagina albeſcunt.

*Caules* lignoſi.
*Folia* lato-lanceolata, ſerrata, venoſa, conſiſtentia ſempervirentium.
*Paniculæ* axillares.
*Pedicelli* bracteis ſquamati, rarius biflori.
*Calyx* polyphyllus, æqualis, ut monophyllum eſſe crederes, baſi ſquamis aliquot irregularibus.

*alata.* CINERARIA caule herbaceo, foliis obovatis decurrentibus, floribus corymboſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* erectus, parce ramoſus, angulatus, lævis, bipedalis: ramo iuxta flores ulterius progreſſivo.
*Folia* obovata, integerrima, lævia, oleracea, decurrentia ad proximum, pollicaria.
*Pedunculi* corymboſi, in ſummitate caulis, aphylli.
*Calyx* ſexpartitus, ovatus, lævis.
*Floſculi* circiter ſedecim, quorum aliquot marginales nudi fœminei.
Media inter Cacalias & Othonnas.

*elongata.* CINERARIA foliis ſubcordatis eroſis, pedunculis longiſſimis ſubulato-ſquamoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* erectus, ramoſus, ſesquipedalis, rufeſcens, ad ramificationes tomentoſus.
*Folia* petiolata, ſubcordata, diſtantia, ſubinciſa, inæqualiter crenata, nuda, obtuſiuſcula, pollicaria.
*Petioli* longitudine foliorum, baſi ſubdecurrentes.
*Pedunculi* terminales, longiſſimi, ſquamis ſubulatis adſperſi, uniflori.
*Calyx* ſimpliciſſimus, in duodecim ad quatuordecim folia lanceolata longitudine floris diviſus.
*Corolla* lutea: radio nullo.

*Cacalioides.* CINERARIA foliis teretibus oblongis carnoſis, panicula terminali elongata pauciflora, pedunculis alternis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima Cacaliis carnoſitate herbæ.

*denticulata.* CINERARIA foliis lanceolatis glabris denticulatis, floribus paniculatis.
*Habitat* in Cap bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Folia* fere omnia radicalia, longa, caulina vix ulla, niſi ad ramificationes foliola.

*perfoliata.* CINERARIA foliis ovatis cordatis amplexicaulibus, pedunculis unifloris elongatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Planta* tota ſubcarnoſa & glauca eſt.

*capillacea.* CINERARIA foliis pinnatis: pinnis capillaceis integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima Othonnæ Tageti, ſed folia hujus profunde diviſa & tenuiora.

*lineata.* CINERARIA foliis lanceolatis ſubtus tomentoſis apice ſerratis baſi dentatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Bladh. Thunberg.*
*Caulis* herbaceus, pedalis & ultra, erectus, ſtriatus, incanus.
*Folia* alterna, ſubſeſſilia, lanceolata, apice aliquot ſeraturis lineata, ſubtus trinervia, tomentoſa, incana, baſi aliquot dentibus.
*Panicula* decompoſita, ſtricta, foliis multoties longior, incana, ſubfaſtigiata.
*Calyces* parvi.
*Radius corollæ* luteus.
*Pappus* calyce duplo longior.

*cordifolia.* CINERARIA panicula pauciflora, foliis caulinis petiolatis cordatis acute ſerratis glabris, caule angulato.
Cineraria cordifolia. *Iacqu. auſtr. v. 2. p. 47. t. 176.*
*Habitat* in Auſtria. *Iacquin.*
Satis differt a C. Sibirica floribus paniculatis, nec ramoſis; foliis caulinis petiolatis; calyce patulo, & ceteris.

*criſpa.* CINERARIA floribus paniculatis, foliis caulinis ſpathulato-oblongis ferratis obtuſis amplexicaulibus baſi dilatato-dentatis.
*Habitat* in Auſtria. *Iacquin.*
*Folia radicalia* magna, cordata, ovato-rotundata, dentata, in petiolum decurrentia.
*Petiolus* longus, alatus, dentatus.
*Caulis* erectus, ſulcatus.
*Folia caulina* ſpathulata, amplexicaulia, dilatationibus ad baſin foliorum.
*Pedunculi* & *Calyces* villoſi.

*haſtifolia.* CINERARIA foliis haſtatis: laciniis lateralibus bifidis divaricatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Caulis* erectus, plus quam ſpithamæus.
*Folia* alterna, petiolata, tripartita.
*Lacinia media* lanceolata, rarius utrinque in medio denticulo notata.
*Laciniæ laterales* divaricatæ, bifidæ: lobis divaricatis.
*Petioli* filiformes, baſi latiores.
*Pedunculus* elongatus: ſquamis ſubulatis.
*Calyx* ſubdecaphyllus.
*Flos* luteus.

*Iaponica.* ARNICA cauleſcens, pubeſcens, foliis pinnatifidis: foliolis ſubpedatifidis inciſis dentatis, paniculа terminali.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.*
*Caulis* pubeſcens, debilis.
*Folia* caulina, alterna, petiolata, pinnatifida: pinnis inciſis recurvatis, margine ſuperiore profunde fiſſis ut in folio pedatifido; pinnis reliquis dentato-ſerratis, ſcabriuſculis.
*Petioli* dilatati, amplexicaules, canaliculati.
*Pedunculus* terminalis, multiflorus.
*Flores* lutei, diſperſi, quaſi in Panicula.

*Magellanicum.* PERDICIUM foliis runcinatis, caule diphyllo ſimplici unifloro.
*Habitat* in Tierra del Fuego. *Eques Bäck.*

*Planta*

*Planta* pulchra & parvula.
*Folia* minora, radicalia, plura, runcinato-pinnatifida, & rachi ciliata, unde ſcabra.
*Caulis* ſimpliciſſimus, tomentoſus, diphyllus: foliis alternis, ſerratis.
*Flos* albus, radians.

*pinnatifidum.* CHRYSANTHEMUM fruticoſum, foliis ſimplicibus oblongis pinnatifidis: pinnis ſerratis.
*Habitat* Maderæ in rupibus altiſſimis prope torrentes. *Maſſon.* ♄.
Similis Ch. indico, cuius varietatem facile diceres, at folia huius oblonga, nec ovata, & fere quadruplo maiora, uti omnia Vegetabilia omnibus ſuis partibus maiora in his Inſulis.

*quinqueloba.* COTULA caulibus erectis, foliis quinquelobis ſubtomentoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Eques Bäck.*
*Caules* erectiuſculi, ſimplices, ſubpubeſcentes.
*Folia* petiolata, alterna, quinqueloba, ſubtus cana, ſubtomentoſa: lobis ſemiovatis, æqualibus, mucronatis.
*Pedunculus* unus alterve, longus: bractea lanceolata, parva; uniflorus, erectus.
*Flos* magnitudine Matricariæ.
*Calyx* ſquamis æqualibus, pubeſcentibus.
Maxime convenit in flore cum C. ſtricta, ut ſeparatum genus conſtituere poſſent.

*ſericea.* COTULA foliis ſupradecompoſitis tomentoſis linearibus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Radix* perennis.
*Caules* herbacei, breves, tomentoſi, ſimplices, procumbentes, albi.
*Folia* petiolata, ſupradecompoſita, Abſinthii, linearia, tomentoſa, alba, ſericea.
*Scapi* terminales, ſolitarii, longiſſimi, nudi.
*Flores* ſolitarii, C. coronopifoliæ.
*Calyx* hemiſphæricus: ſquamis ſubæqualibus, apice obtuſis, ſcarioſis.
*Corolla* floſculoſa, calyce brevior, lutea.

*pilulifera.* COTULA foliis bipinnatis, capitulis globoſis, caule erecto.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. H. U.
*Caulis* erectus, panicula ſubfaſtigiatus.
*Folia* biiuga, Tanaceti.
*Capitula* globoſa, absque radio: floſculis quadrifidis.

*umbellata.* COTULA foliis lanceolatis hirſutis, caule erecto, floribus umbellatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *D. Arch. Bäck.*
*Caules* erecti, teretes, hirſuti, ſesquipedales.
*Folia* alterna, confertiora, anguſtius lanceolata, Proteæ argenteæ, utrinque hirſuta, fere digitalia.
*Umbella* terminalis, quinqueflora.
*Pedunculi* uniflori, hirſuti ſquamis aliquot alternis, ſubfoliaceis.
*Calyx* ſubimbricatus, villoſus: ſquamis intimis diſco altioribus, ſubulatis, interne lævibus, coloratis.
*Corolla* absque radio: diſco hemiſphærico, magnitudine unguis.
*Corollulæ* campanulatæ, quadrifidæ.
*Semina* depreſſa, obovata, coronata: margine obſoleto, vix trilobo.
*Receptaculum* nudum.

*Americana.* ANTHEMIS foliis oppoſitis petiolatis ovatis ſerratis trinerviis, receptaculo conico.
*Habitat* in America meridionali, *Mutis.*
*Caules* erecti, ſubpubeſcentes, ſimplices.
*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, ſerrata, glabra, diſcolora, trinervia.
*Pedunculus* terminalis, pubeſcens, incraſſatus, uniflorus.
*Flos* radio & diſco luteo.
*Radius* ovato-oblongus, obtuſus, integer, quinqueflorus.
*Diſcus* elevatus, paleaceus: floſculis quinquefidis.
*Semina* radii & diſci obovata, teretiuſcula, verrucoſa, absque pappo.

*latifolia.* ECLIPTA caule erecto, foliis ovatis petiolatis.
*Habitat* in India orientali. ☉. H. U.
*Caulis* bipedalis, erectus, teres, hiſpidus, brachiatus, demum compoſitus.

*Folia*

*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, acuminata, trinervia, rugoſa, pubeſcenti-ſcabra, ferrata.
*Flores* terminales, ſolitarii, breviſſime pedunculati, magnitudine Sigesbeckiæ, albi.
*Fructus* in dichotomia ramis enatis.
*Calyx* ſuboctophyllus; arctus, longitudine floris.
*Corollæ Radius* brevis, Achilleæ: petalis ſubtrifidis.
*Diſcus* floſculis quatuor, quinque-ſ. ſexfidis.
*Antheræ* nigræ.
*Stigmata* recurva.
*Semina* oblonga, ſubtrigona.
*Pappus* nullus.
*Receptaculum* paleaceum, longitudine ſeminum.

*Bosvallea.* VERBESINA foliis multifido-capillaribus, caulibus proſtratis, floſculis ſenis: femineo unico.
*Habitat* in India. *König.*
*Caules* proſtrati, ſemipedales, ſubramoſi, herbacei.
*Folia* alterna, petiolata, multifido-capillaria, Abrotani, nuda.
*Flores* ſubſolitarii, breviter pedunculati.
*Calyx* oblongus: floſculis quinque ſ. ſex; cylindricus: foliolis totidem, ellipticis, muticis, margine ſcarioſis.
*Corollæ* quadrifidæ, ſed fœminea unica, ligulata, ſeparata: palea lanceolata, glabra, nitida.
*Semina* oblonga, compreſſa, biariſtata.
Planta eſculenta, odore & ſapore Foeniculi grata.

*ſericeum.* BUPHTHALMUM foliis oppoſitis approximatiſſimis ſpathulato- oblongis ſericeis, calycinis ſquamis ſetaceis hirſutis, caule arboreo.
Ioriada. *Teneriff.*
*Habitat* in Teneriffa. *Maſſon.* ♄.
*Rami* craſſi, lignoſi, veſtiti cicatricibus foliorum.
*Ramuli* veſtiti & tecti foliis ſpathulato-oblongis, integerrimis, edentulis: pilis albis, appreſſis, ſericeis & molliſſimis.
*Flores* terminales, maiores, lutei.
*Calyx* hirſutus: ſquamis inferioribus longioribus, linearibus, hirſutis.

SYN-

# SYNGENESIA POLYGAMIA FRUSTRANEA.

*baccata.* COREOPSIS foliis ovatis ſerratis, ſeminibus baccaformibus.

*Habitat* in Surinamo. *Dalberg.*

*Caulis* octopedalis, herbaceus, erectus.

*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, ſerrata, trinervia.

*Flores* ad apices ſæpe tres, pedunculati, minores Rudbeckiæ.

*Calyx* foliolis ſedecim, lato-ſubulatis, recurvis, longitudine diſci.

*Corollæ radius* neuter, luteus, tridentatus, diſco longior.

*diſcus* floſculoſus, hermaphroditus.

*Semina* longitudine Manuleæ, nuda, ſubgloboſa, baccata: ſemine intus ſubtetragono, atro.

*Pappus* nullus.

*Receptaculum* paleaceum, convexum.

*Calyx* fructifer evadit cum fructu fere globoſo.

Refert exacte fructum Rubi figura, acinis baccatis, globoſis.

*calycina.* OSMITES foliis lanceolatis nudis, calycibus ſcarioſis.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*Caulis* fruticoſus, erectus proliferus, non incraſſatus.

*Rami* parum pubeſcentes.

*Folia* ſparſa, erecta, anguſto-lanceolata, nuda vel parum pubeſcentia, ſtriata, ſubtus nervoſa.

*Flores* terminales, ſolitarii, ſeſſiles.

*Calyx* ſcarioſus, ordine interiore ſquamarum ſquamis lanceolatis, longitudine diſci corollæ, adeoque calyx radiatus.

*Corolla* lutea.

*Aſtereides.* GORTERIA foliis ellipticis: ſerraturis ſetaceis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *D. Jacquin.* ♄.
*Frutex* ramis tomentoſis, albis.
*Folia* elliptica, Liguſtri, acuta, alterna, petiolata, lævia, ſubtus tomentoſo-cana: ſerraturis ſex ſ. ſeptem, diſtinctis, apice ſetaceis.
*Flores* terminales, ſubſolitarii, pedunculati: pedunculo floribus longiore.
*Calyx* polyphyllus, duplici ordine: interiori paullo minore.
*Foliola* lanceolata, apice ſpinoſa, non ſerrata, ciliata: ſetis utrinque quinque ſ. ſex, rigidulis, foliolo longe brevioribus.
*Corolla* lutea, radiata.
*Radius* polyanthus, calyce duplo longior.
*Diſcus* convexus; laciniis linearibus.
*Semina* villoſa.
*Seminum corona* ſtellaris: foliolis multis.

*herbacea.* GORTERIA foliis caulinis amplexicaulibus ciliatis, radicalibus inermibus ſubtus villoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Bladh.* ♃.
*Caulis* vix pedalis, herbaceus, lævis, vix ramoſus.
*Folia radicalia* lato-lanceolata, petiolata, integerrima, obtuſiuſcula, mitia, ſubtus villoſa.
*caulina* alterna, amplexicaulia, cordata, acuta, ciliata ſpinulis: ſuperioribus ſenſim brevioribus.
*Flores* terminales, ſeſſiles.
*Calyx* Cynaræ facie, ſed vix Pruno maior, imbricatus, margine lævis, apice ſpinoſus, rectus.

*hiſpida.* GORTERIA foliis oblongis ciliato-ſpinoſis erectis glabris, calycibus integris ſpina terminatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
Fruticoſa & magna.

*ſpinoſa.* GORTERIA foliis oblongis ſeſſilibus dentato-ſpinoſis patentibus glabris, calycibus ciliato-ſpinoſis, floribus erectis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*cernua.* GORTERIA foliis oblongis amplexicaulibus denta-to-ſpinoſis patentibus glabris, calycibus ciliato-ſerratis, floribus cernuis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Baſis calycis ſingularis ſeminibus maturis, quod refert fructum Medicaginis.

*uniflora.* GORTERIA caulibus unifloris depreſſis, foliis lanceolatis indiviſis ſubtus tomentoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *D. D. Montin.*
*Facies* G. rigentis. an Varietas?
*Caules* ſpithamæi, ſimplices, herbacei, decumbentes, undique folioſi.
*Folia* alterna, ſeſſilia, lanceolata, integra, integerrima, ſubtus niveo-tomentoſa.
*Pedunculus* terminalis, foliis longior, uniflorus.
*Radius* luteus.

*barbata.* GORTERIA foliis elliptico-lanceolatis dentato-ariſtatis, calycibus pedunculatis ciliato-ſetaceis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♃.
*Caules* diffuſi, ſimplices, albo-tomentoſi.
*Folia* oppoſita ſ. alterna ſeſſilia, elliptico-lanceolata, acuta, lævia, lineata, apice dentibus lateralibus utrinque quatuor ſ. quinque ariſtata, ſubtus albo-tomentoſa.
*Pedunculus* terminalis, longiſſimus, aphyllus, tomentum album exuens, uniflorus.
*Calyx* foliolorum extimo ordine figura foliorum; interiore ordine colorato, copioſiore, anguſtiore, in ſetas flore duplo longiores copioſiores deſinente.

*Capenſis.* ZOEGEA foliis linearibus, calyce glabro baſi gibbo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ⊙.
*Caulis* ſuperne & inferne ramoſus.
*Folia* alterna, linearia, ſubpubeſcentia.
*Flores* terminales, ſolitarii, pedunculati.
*Calyx* ovatus, imbricatus, lævis, luteus.
*Corolla* radiata, lutea.
*Diſcus* parvus.
*Radius* lanceolatus, longitudine calycis.
*Semina* oblonga: corona breviſſima, e ſetulis.
*Receptaculum* paleaceum.

Vide-

Videtur pertinere, demto radio, ad Chryſocomas diſcoideas.

Zoegeæ aſſociavi, quum aptius non reperii genus, quo cum coniungi poſſet, facie quamvis diverſa.

*Leptaurea.* ZOEGEA foliis oblongis, calyce hirto campanulato.
Zoegea Leptaurea. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 652.

*Tatarica.* CENTAUREA calycibus ciliatis, foliis pinnatis: pinnis lanceolatis indiviſis.
*Habitat* in Sibiria. ℔. H. U.
*Flores* & *Calyces* omnino C. Scabioſæ.
*Folia prima* lato-lanceolata, indiviſa, integerrima.
*reliqua* pinnatifida: laciniis minime ſublobatis.

# SYNGENESIA POLYGAMIA NECESSARIA.

*terebinthinaceum.* SILPHIUM foliis alternis ovatis ſerratis ſcabris: radicalibus cordatis.
Silphium terebinthinaceum. *Jacqu. hort. v.* 1. *p.* 16. *t.* 43.
*Habitat*
Hanc aſſumſi ſpeciem a figura Cl. Jacquini; plantam nec ſiccatam vidi, nec in deſideratis mihi ſuffecit auctoris deſcriptio. Miror, illuſtrem Auctorem in ultimis operibus botanicis, more recentiorum Zoologorum, differentias ſpecificas omiſiſſe, cum ſine his nihil certi dici poſſit, quo nova planta deſcripta a cognitis diſtinguatur.

*Abyſſinica.* POLYMNIA foliis oppoſitis lanceolatis ſeſſilibus.
*Habitat* in Abyſſinia. ⊙.
*Caulis* herbaceus, bi-ſ. ſexpedalis, teres, craſſitie digiti, ſcaber, adpreſſus punctis ovalibus convexis, fuſceſcentibus, ſuperne parce ramoſus.
*Folia* oppoſita, Coreopſidis cernuæ, amplexicaulia, ſeſſilia, lanceolata e latiore baſi, ſerrata, acuta, ſcabra utrinque.
*Pedunculus* terminalis, e dichotomia futuræ plantæ, erectus, ſolitarius, uniflorus, aphyllus.
*Perianthium commune* pentaphyllum, patens, maximum: foliolis cordatis, ſubſerratis, baſi hiantibus.

*Corolla*

*Corolla* lutea.
*Radius* floſculis latis, tridentatis, obtuſis, baſi pubeſcentibus, foemineis, fertilibus.
*Diſcus* floſculis exſertis, baſi pubeſcentibus, an fertilibus?
*Antheræ* teſtaceæ, corolla longiores.
*Stigmata* exſerta, revoluta, tam in diſco, quam in radio.
*Semina* oblonga, nuda.
*Receptaculum* convexum, paleaceum.
*Facies* Coreopſidis cernuæ.

*ſpinoſa.* POLYMNIA fruticoſa, erecta, foliis ovato-cordatis oppoſitis ſeſſilibus, aculeis ſupraaxillaribus, calycibus integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
Glaberrima.
*Folia* lata.
*Calyx exterior* pentaphyllus.

*carnoſa.* POLYMNIA fruteſcens, decumbens, foliis alternis oblongis carnoſis, calycibus ſerratis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Caulis* fruteſcens, purpuraſcens, angulatus, glaberrimus.
*Folia* alterna, lanceolato-linearia, carnoſa, glabra.
*Flores* terminales, ſolitarii, pedunculati, magnitudine Buphhthalmi.
*Calyx* planus, triplici ſerie tetraphyllus.
*Series infima* foliolis ovatis, trinerviis, ſubſerratis, latioribus.
*ſecunda & tertia* foliolis lanceolatis, ſerratis, paulo minoribus.
*Corolla* radiata, lutea.
*Radius* lanceolatus, calyce paulo longior, neuter.
*Diſcus* floſculis rectis.
*Receptaculum* paleis ſetaceis, purpureis.

*tomentoſa.* CALENDULA foliis obovatis integris tomentoſis, ſcapo nudo unifloro.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

ARCTO-

*ferrata.* ARCTOTIS floſculis radiantibus ſterilibus, foliis lanceolatis indiviſis dentato-ſerratis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Dr. Thunberg.*
*Caules* erecti, ſimplices, lignoſi, ſubpubeſcentes.
*Folia* lanceolata, ſeſſilia, non tomentoſa aut alba, vix pubeſcentia, confertiuſcula.
*Pedunculi* terminales, plures, longiſſimi.
*Calyx* ſcarioſus, luteus.
*Corolla* lutea.
*Seminum corona* nivea.

*tenuifolia.* ARCTOTIS floſculis radii ſterilibus, foliis linearibus indiviſis nudis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♃.
*Caules* herbacei, pauciores, parum ramoſi.
*Folia* filiformia ſ. linearia, ſubcarnoſa, nuda.
*Pedunculi* longiſſimi, ſolitarii, nudi, filiformes.
*Eraſtea* minuta, filiformis.
*Calyx* imbricatus, ſuperne ſcarioſus.
*Corollæ radius* luteus, ſterilis.

*triquetrum.* OSTEOSPERMUM foliis linearibus triquetris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Caulis* ſuffruticoſus.
*Folia* linearia, triquetra, lævia, digitalia, copioſa.
*Flores* ex ſummis alis, ſolitarii, pedunculati, lutei.
*Calyx* facie Geropoginis, imbricatus: foliolis paucis, acutis.

*herbaceum.* OSTEOSPERMUM foliis ſubſeſſilibus ovatis ſpathulatis ſerratis, caule herbaceo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Refert Verbeſinam.
*Folia* exacte ſpathulata: ſpathula ovata, acute ſerrata.

*Arctotoides.* OSTEOSPERMUM foliis petiolatis lyratis, petiolis baſi auriculatis ſemiamplexicaulibus tomentoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Refert ſuperficie, figura herbæ, foliorum & fere flore Arctotidem, ſed ſeminibus glabris Oſteoſpermum.

*niveum.* OSTEOSPERMUM foliis petiolatis ovatis dentatis lanatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei, *Thunberg.*
*Herba* tota lanugine denſa albiſſima tecta.

*perfoliatum.* OSTEOSPERMUM foliis petiolatis ovatis angulato-dentatis ſubtus tomentoſis, petiolis perfoliato-amplexicaulibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Singularis, quod petiolus inſertione dilatatus, quaſi orbiculus, caulem amplectens.

*calendulaceum.* OSTEOSPERMUM foliis lanceolatis ſeſſilibus dentatis ſcabris, caule carnoſo laxo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima Calendulæ arvenſi, ſed differt ſeminibus non alatis, ſed cylindricis, oſſeis, glabris.

*Athanaſiæ.* OTHONNA foliis pinnatis filiformibus, calyce hemiſphærico duodecim-dentato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *D. Bäck.* ♄.
*Caulis* fruticoſus, Athanaſiæ, proliferus, lævis.
*Folia* alterna, remota, pinnata, filiformia, triiuga cum impari, nuda.
*Flos* maiuſculus, terminalis, e dichotomia: pedunculo unifloro, foliis duplo longiore, tereti.
*Calyx* monophyllus, hemiſphæricus, margine ſæpius duodecimdentatus, lævis.
*Corolla* lutea, radio & diſco.
*Radius* calyce duplo longior.
*Semina* pappoſa.

*ciliata.* OTHONNA foliis pinnatifidis ſeſſilibus: pinnis ovatis ciliatis, pedunculis terminalibus elongatis unifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*digitata.* OTHONNA foliis oblongis indiviſis ſ. digitato-dentatis, pedunculis unifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima O. ciliatæ.
*Radix* bulboſa.

*pinnata.* OTHONNA foliis pinnatifidis: pinnis lanceolatis integerrimis decurrentibus.
Othonna bulboſa β. *Spec. plant. ed. 2. p.* 1309.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Lingua.* OTHONNA foliis ovato-lanceolatis ſemiamplexicaulibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Radix* bulboſa.

*trifida.* OTHONNA foliis trifidis linearibus, floribus lateralibus pedunculatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. ♄.
*Caulis* fruticoſus, proliferus, patulus, fuſcus.
*Folia* ſparſa, ſemitrifida, linearia, ſubcarnoſa: lana alba in axillis foliorum.
*Pedunculi* axillares, ſolitarii, uniflori, foliis multo longiores.
*Calyces* profunde diviſi.
*Semina* albo-lanata.

*lateriflora.* OTHONNA foliis lanceolatis, floribus lateralibus, pedunculis longitudine foliorum.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Cl. Bäck.* ♄.
*Frutex* caule craſſitie pennæ cygneæ, erectus.
*Folia* ſparſa, lanceolata, ſeſſilia, integerrima, glabra.
*Pedunculi* laterales, ſolitarii, uniflori, longitudine foliorum.
*Flos* ſubrotundus.
*Calyx* monophyllus, ſuboctofidus.
*Corolla* lutea.
Pedunculi & Receptacula prioris anni remanent exſucca in caule.

*heterophylla.* OTHONNA foliis radicalibus ovatis angulato-dentatis, caulinis lanceolatis integriuſculis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Radix* bulboſa.

*trifurcata.* OTHONNA foliis trifido-pinnatifidis: pinnis linearibus, pedunculis lateralibus, faſtigiatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Cacalioides.* OTHONNA carnoſa, nuda, lævis, palmaris, foliis faſciculatis obovatis ſeſſilibus, pedunculis unifloris.
*Habitat* in rupibus Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Diſtinctiſſima caule carnoſo, glabro Cacaliorum, & flore Othonnæ.
*Cicatrices foliorum* rotundæ, tomentoſæ.

*Ericoides.* OTHONNA caule dichotomo imbricato, foliolis aceroſis, pedunculo longiſſimo ex divaricaturis ſolitario.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Ill. Bäck.* ♄.
*Frutex* Ericæ facie, erectus, ſæpius dichotomus.
*Folia* Ericæ, ſparſa, confertiuſcula, ſubulata, brevia, latere diſtantia, incurva, lævia.
*Pedunculi* axillares, longiſſimi, recti, læves, uniflori.
*Flos* ſubrotundus, non magnus.

*munita.* OTHONNA foliis pinnatifidis imbricatis incurvis: pinnis triquetris ſubulatis, caule dichotomo, pedunculis ex divaricaturis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima O. Ericoidi & nullis differt niſi foliis pinnatifidis.

*linifolia.* OTHONNA herbacea, foliis linearibus marginatis gramineis.
Othonna bulboſa γ. *Spec. plant. ed. 2. p.* 1309.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Caulis* ſpithamæus, filiformis, lævis: ramo uno alterove unifloro.
*Folia radicalia* linearia, filiformia, longitudine fere caulis, baſi lanata.
*caulina* tantum tria ſ. quatuor, ſimilia.
*Flores* terminales, ſolitarii, magnitudine piſi, lutei.
*Calyx* ſuboctophyllus.

*capillaris.* OTHONNA foliis lyratis, ramis capillaribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ☉.
*Radix* fibroſa, tenuiſſima.
*Folia* radicalia & unum alterumve caulinum, lyrata, pollicaria, lævia.

*Caules*

*Caules* erecti, palmares, filiformes, ramoſi: ramis tandem ſetaceis & capillaceis, lævibus.
*Flores* terminales, magnitudine ſeminis Cannabis, lutei.
*Calyx* pentaphyllus, ovatus, acutus.

*virginea.* OTHONNA foliis cuneatis inciſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Caulis* fruticoſus, compoſitus, erectus, teres.
*Rami* annotini ſimpliciſſimi, præſentis & præteriti folioſi.
*Folia* confertim ſparſa, cuneata, ratione plantæ parva, ſeſſilia, erectiuſcula, plana, lævia: dentibus quinque ſ. ſeptem, erectis: inferioribus brevioribus.
*Flores* ex ſuperiore parte internodiorum, laterales, ſparſi, ſolitarii, parvi, Cotulæ.
*Pedunculi* uniflori, folio longiores.
*Calyx* heptaphyllus, ſimplex, acutus, perſiſtens.
*Radius* parvus, luteus, fertilis: ſtylo bifido.
*Diſcus* luteus, convexus: floſculis quinquefidis, an fertilibus?
*Pappus* ſimplex, ſeſſilis.

*integrifolia.* HIPPIA hiſpida, erecta, foliis ovatis ſerratis quinquenerviis, racemis terminalibus.
*Habitat* in India.
*Flores* Hippiæ.
*Herba* Urticæ.

*minuta.* HIPPIA herbacea, procumbens, repens, glabra, foliis pinnatis, pedunculis axillaribus unifloris.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
Minima eſt & inter difficiliores mihi fuit examinandi.
*Caules* procumbentes, articulati, ad omnes articulos radiculas emittentes.
*Folia* alterna, petiolata, figura H. fruteſcentis: ad genicula oppoſita & ſæpe terna.
*Petioli* baſi dilatati, amplexicaules.
*Pedunculi* axillares, deflexi, filiformes, foliis longiores.
*Flores* parvi.

*Calyx* ſimplex, heptaphyllus: ſquamis ovato-oblongis.
*Floſculi radii* fertiles.
*diſci* ſteriles, pauci.
*Semina* radii, obovata, longitudinaliter utrinque marginata, apice bifida.
*Receptaculum* nudum.

*frutescens.* HIPPIA fruticoſa, villoſa, foliis pinnatifidis, floribus corymboſis.
Hippia frutescens. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 661.

# SYNGENESIA POLYGAMIA SEGREGATA.

*ferruginea.* IUNGIA.
*Habitat* in America meridionali.
*Caules* lignoſi, tomentoſi: tomento ferrugineo.
*Folia* alterna, petiolata, remota, plana, rotundata, quinquelobata, bali cordata: lobis rotundatis, obtuſis; hirſuta, ſubtus hirſutie cana.
*Panicula* terminalis, magna, decompoſita.
*Capitula florum* parva, congeſta.

*aliena.* OEDERA foliis linearibus ſubtus tomentoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Bladh.* ♄.
*Planta* facie Stæhelinæ ſ. Gnaphalii, floribus Calendulæ, ad dubium genus demandanda ob flores non optime conſervatos.
*Caulis* ſuffruticoſus, parum ramoſus, albo-tomentoſus.
*Folia* alterna, linearia, Roſmarini facie, acuta, ſubtus albo-tomentoſa, margine dente uno alterove acuto.
*Flores* terminales, ſolitarii, ſeſſiles, magnitudine Calendulæ, lutei.
*Radius* corollulis ligularibus, tridentatis, lineatis, hermaphroditis.

*Antheræ*

*Antheræ* Syngeneſiæ, pallidæ.
*Stylus* croceus, exſertus.
*Stigmata* duo.
*Diſcus* corollulis floſculoſis ut vulgo.
*Semina* lanata, alba, coronata ſetis plurimis luteis.

*prolifera.* OEDERA foliis lanceolatis oppoſitis ciliatis utrinque glabris.
Oedera prolifera. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 663.

*Gomphre-noides.* STOEBE foliis lanceolatis imbricatis appreſſis, capitulo terminali ſeſſili.
Stœbe Gomphrenoides. *Berg. cap. p.* 336.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
Simillima S. Gnaphaloidi, ſed differt foliis inermibus, nec cuſpidatis; floribus capitatis, nec umbellatis.
Ambæ ſingulares foliis lanceolatis, appreſſis, extus convexis glabris, intus canaliculatis albo-tomentoſis.

*ſcabra.* STOEBE foliis tortis appreſſis linearibus extus tuberculato-ſcabris intus tomentoſis, floribus racemoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Habitus herbæ Ericæ.

*reflexa.* STOEBE procumbens, foliis linearibus, ſpicis ovatis, ramis adſcendentibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Rhinoceros.* STOEBE foliis triquetris adpreſſis, ramulis tomentoſis cernuis, racemis proliferis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Alimentum Rhinocerotis primarium, unde eidem nomen ab Incolis Capitis bonæ ſpei.

*diſticha.* STOEBE foliis faſciculatis recurvis, ſpicis bifariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

# SYNGENESIA MONOGAMIA.

*filiforme.* CORYMBIUM foliis filiformibus glaberrimis erectis caule brevioribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſcabrum.* CORYMBIUM foliis lanceolatis canaliculatis nervoſis recurvatis glabris caule brevioribus.
Corymbium ſcabrum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 665.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
Forte varietas C. filiformis.

*glabrum.* CORYMBIUM glaberrimum, foliis enſiformibus planis nervoſis.
Corymbium glabrum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 665.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

*villoſum.* CORYMBIUM villoſo-lanatum, foliis caulinis amplexicaulibus ſubulatis rectis planis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.

## *Obſervatio.*

Corymbia genus conſtituunt valde naturale, &, ut genera naturalia ſolent, ſpecies vix differentias admittunt.

*montana.* IASIONE.
Iaſione montana. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 666.
perennis. β. radice perenni.
*Habitat* . . . *Semina communicavit Thouin.* ♃.
*Radix* perennis.
*Caulis* I. montanæ annuæ altior.
*Capitula* florum maiora.
*Variat* foliis glaberrimis & hirſutiſſimis in eadem radice, etiam integris & ſerratis.

*lævigata.* LOBELIA foliis ellipticis ſerratis glabris, capſulis groſſis globoſis, calycibus ſubulatis, corollis glaberrimis.
*Habitat* in Surinamo. *C. G. Dalberg.*
*Caulis* herbaceus, glaber, teres.

*Folia*

*Folia* alterna, petiolata, elliptica ſ. ovato-lanceolata, acuta, glabra, ſerrata.
*Pedunculi* laterales, axillares, teretes, baſi bracteis duabus, ſubulatis.
*Calyx* ſuperus: dentibus quinque, ſubulatis, patulis.
*Corolla* oblonga, tubuloſa, incurva, rubra, baſi cavitate intra infraque ſtamina.
*Limbus* brevis, quinquefidus.
*Laciniæ duæ ſuperiores* acutæ.
*tres inferiores* breviores.
*Stamina* corolla longiora, ut in genere.
*Capſula* globoſa, calyce coronata, bilocularis.
*Semina* minuta.

## *Obſervatio.*

Lacteſcentes, Campanaceæ & Contortæ fere omnes diureticæ & mundificantes præſtantiores cenſentur Indianis, inde contra Siphilitidem laudantur.

*Columneæ.*

LOBELIA foliis oblongis obtuſis crenatis glaberrimis ſubtus tomentoſo-albis, caule corollisque pulverulentis.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.*
*Ramus* (an Caulis?) tomentoſus: tomento pulverulento, albo.
*Folia* alterna, petiolata, ovali-oblonga, obtuſa, rugoſiſſima, conſiſtentia craſſiori, crenata, obtuſa, ſubtus denſe tomentoſa: tomento albo; ſupra glaberrima, ſplendentia.
*Flores* laterales, ſolitarii, pedunculati.
*Corolla* Columneæ ſcandentis, extus tomentoſa.
*Tubus* incurvus.
*Limbus* quinquefidus: lacinia infima profundius ſeparata; ſupremis minus diviſis, nec interne ſe magis dividentibus, contra morem reliquarum.
*Filamenta* ſub laciniis minus diviſis.
*Antheræ* omnino Lobeliæ.

Differt a Columnea ſcandente: calyce ſubrotundo, dentibus minutis, germine foeto, nec infero; anthera priſmatica, connata; filamentis etiam connatis ab anthera fere ad baſin; foliis magis oblongis, ſupra nudis rugoſis more Salviæ, ſæpius alternis, rariſſime uno vel altero pare oppoſitis.

*grandis.* LOBELIA foliis oblongis integerrimis glabris, corymbis bracteatis, corollis hiſpidis.
*Habitat* in America meridionali. *Mutis.*
*Folia* maxima, oblonga, glaberrima, integerrima, niſi margine repanda, petiolata.
*Flores* plures, corymboſi, interſperſi bracteis rotundatis, hiſpidis.
*Pedicelli* florentes elongati, hiſpidi.
*Calyx* hiſpidus: laciniis ovatis, obtuſis.
*Corolla* clavata, hiſpida, ferruginea, ante floreſcentiam curva, poſtea recta.
*Stamina* rubicunda, hiſpida.

*ferruginea.* LOBELIA caule villoſo, foliis lanceolatis ſerratis acutis anaſtomoſibus venarum utrinque tomentoſo-ferrugineis, genitalibus elongatis.
*Habitat* in America. *Mutis.*
Differt a L. grandi tomento ferrugineo, quo teguntur caules, petioli, nervi foliorum, pedunculi, calyces & corolla; foliis multo minoribus, acutis & ſerratis; pedunculis magis elongatis, fere longitudine foliorum; floribus magis curvis; genitalibus longe extra corollam elongatis, nec incluſis.

*Obſervatio.*

In Lobelia Columneæ & ferruginea ſingularis eſt villoſitas, qua partes earum herbæ & floris teguntur; ſunt quaſi Echini radiati ſ. piloſi.

*tomentoſa.* LOBELIA herbacea, recta, tomentoſa, foliis lineatis dentatis, pedunculis terminalibus longiſſimis uni-ſ. bifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Diſtinctiſſima a L. hirſuta.

LOBE-

*anceps.* LOBELIA foliis lanceolatis decurrentibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *D. Thunberg.* ☉.
*Folia radicalia* petiolata, obovata.
*Caulis* ſimpliciſſimus, ſpithamæus, lævis.
*Folia caulina* alterna, lanceolata, lævia, vix dentata, remota, decurrentia ad proximum folium.
*Flores* e ſummis foliorum alis, pedunculati, ſolitarii, parvi, cærulei.
An varietas L. Erinoidis?

*depreſſa.* LOBELIA depreſſa, foliis lanceolatis, caule carnoſo.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei.
*Caulis* herbaceus, palmaris, depreſſiſſimus, varicoſus, undique proſtratus.
*Pedunculi* alterni, foliorum longitudine, ſolitarii.
*Folia* lanceolata, minime decurrentia.
*Flores* atropurpurei.

*debilis.* LOBELIA erecta, foliis lanceolatis ſerratis glabris, pedunculis lateralibus folio longioribus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima L. depreſſæ, ut forte illius varietas.
*Planta* parvula, vix palmaris.

*ſecunda.* LOBELIA erecta, glabra, foliis infimis oblongis dentatis, ſuperioribus lanceolatis integris, pedunculis racemoſis ſecundis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Singularis, quod rami fere a baſi in omnibus axillis foliorum floriferi, & flores ad unum latus omnes nutantes.

*hirſuta.* LOBELIA fruticoſa, hirſuta, proſtrata, foliis ovatis dentatis, pedunculis lateralibus longiſſimis bi - ſ. trifloris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*patula.* LOBELIA herbacea, diffuſa, virgata, glabra, foliis ovatis dentatis, pedunculis lateralibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Singularis, quod rarius habet folia ſ. flores.

*bulboſa.* LOBELIA erecta, herbacea, foliis digitatis: laciniis linearibus pinnatifidis.
Cyphia bulboſa. *Berg. cap. p.* 172.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
Simillima L. coronopifoliæ.

*bellidiflora.* LOBELIA caule erecto paniculato, foliis obovatis crenatis.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ⊙.
*Caulis* palmaris, erectus, inferne hiſpidus foliatusque, ſuperne diviſus in paniculam longiorem.
*Folia* obovata, crenata, ſubtus pubeſcentia, obtuſa.
*Panicula* foliis ramificationum ſubulatis, lævis: pedunculis inferioribus longioribus.

*volubilis.* LOBELIA caule volubili.
Lobelia volubilis. *Burm. prodr.* 25.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei *Sparrmann. Thunberg.*
*Caulis* filiformis, volubilis, contrarius, herbaceus.
*Folia* alterna, remota, linearia: denticulis obſoletis, ſubcalloſis; ſuperne ſæpe trifida: laciniis lateralibus breviſſimis; lævia.
*Flores* laterales, ſolitarii, pedunculati.
*Antheræ* diſtinctæ, ut in L. bulboſa & L. Phyteuma, quas diſtincto Cyphiæ genere habet Cel. Prof. Bergius.

*parviflora.* VIOLA caulibus diffuſis debilibus polyphyllis, foliis ovatis petiolatis ſerratis, floribus axillaribus ſolitariis.
*Habitat* in Americæ meridionalis calidioribus regionibus. *Mutis.*
*Facies* Veronicæ ſerpyllifoliæ.
*Radix* cylindrica, craſſitie pennæ columbinæ, flexuoſa, toruloſa, cinerea.
*Caules* vix pedales, diffuſi, ſubvolubiles, filiformes, baſi ramoſi, poſtea ſimplices, ſubpubeſcentes.
*Folia* caulina rameaque plurima, approximata, petiolata, ovata, ſerrata: ſerraturis utrinque quinque; obtuſa, plana, glabra, venoſa, magnitudine foliorum Vaccinii Vitis idææ.
*Pedunculi* axillares, per totum caulem, folio dimidio breviores, ſolitarii, erecti, nudi, uniflori.

*Flos*

*Flos* parvulus, minimus ex Violis.
*Capſula* parva, trilocularis.
Viola hæc radices habitu virtuteque Ipecacuanhæ ſimillimas habet.

*Ipecacuanha.* VIOLA foliis ovalibus margine ſubtusque piloſis.
Viola Ipecacuanha. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 669, *Viola ipecac. p.* 1.
Pombalia Ipecacuanha. *Vandell. faſc.* 1771. *p.* 7. *t.* 1.
*Habitat* in Braſilia. ♄.
*Radix* fibroſa, alba, ramoſa.
*Caules* bipedales, erecti, teretes, læves, ramoſi.
*Folia* alterna, petiolata, elliptica, argute ſerrata, glabra. *Petioli* breviſſimi.
*Stipulæ* binæ, ſcarioſæ, lanceolatæ, carinatæ, ariſtatæ, piloſæ.
*Flores* laterales, ſolitarii, pedunculati, cernui: pedunculo foliis multo breviore.
*Bracteæ* in medio pedunculi, binæ, breviſſimæ, lanceolatæ, apice piloſæ.
*Calyx* pentaphyllus, margine muricatus.
*Petala* quinque, alba.
*duo* calyce breviora, linearia.
*duo* paulo longiora, reflexa, emarginata.
*unum* maximum, retuſum, latum, baſi gibbum absque calcari, ſubtus pubeſcens. *Vandelli.*
Radicem Ipecacuanhæ albæ huius plantæ eſſe varii contendunt.
Mater Ipecacuanhæ fuſcæ certe non eſt.

*decumbens.* VIOLA cauleſcens, procumbens, foliis linearibus confertis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Caules* decumbentes, filiformes, ſubramoſi, vix fruteſcentes.
*Folia* linearia, confertiuſcula, pollicaria, integerrima, acuta, ſeſſilia.
*Stipulæ* minutæ, ſubulatæ, acutæ.
*Pedunculi* ſolitarii, foliis longiores, axillares.
*Bracteæ* binæ, minutæ, in medio pedunculi.
*Corolla* cærulea, calcarata, V. tricoloris maxime affinis.

GY-

# GYNANDRIA
# DIANDRIA.

*ſpathulata.* ORCHIS bulbis indiviſis, corollæ galea calcarata, labio cordato longiſſime pedicellato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Folia radicalia* plurima, linearia, caule dimidio breviora.
*Scapus* ſpithamæus, vaginatus: foliis acutis, ſcarioſis, latioribus.
*Flores* ſæpius duo, alterni.
*Germen* oblongum, pedunculatum, inferum.
*Corollæ galea* pedicellata, breviſſime calcarata, cordata.
*Petala duo lateralia* ovata acuminata.
*Labium* cordatum: pedicello filiformi, flore duplo longiore.

*flexuoſa.* ORCHIS culmo flexuoſo, corollæ galea calcarata, petalis duobus lineatis furcatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Radix* tuberoſa.
*Scapus* ſemipedalis, filiformis, ſupra foliolum caulinum flexum.
*Folia radicalia* ovata, acuta, petiolata.
*caulina* parva, baſi vaginantia, lanceolata, tria ſ. quatuor.
*Racemus* floribus tribus ſ. quinque, remotis, pedicellatis.
*Petalum ſuperum* lanceolatum, aſſurgens, poſtice calcaratum: calcari longitudine floris exſerto.
*ſecundum & tertium* interiora, brevia, linearia, apice bidentata.
*quartum & quintum* lanceolata, primo paulo longiora.
*Labium* ſubulatum, baſi utrinque dente.

*tripetaloides.* ORCHIS foliis lanceolatis, corollæ galea fornicata obtuſa calcarata, nectario lanceolato minimo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Culmus* pedalis, lævis.
*Folia radicalia* plura, lanceolata, palmaria.
*caulina* alterna, circiter octo, lanceolata, pollicaria, amplexicaulia.

*Spica*

*Spica* multiflora.
*Flores* alterni, diſtincti.
*Petalum primum* ſubrotundum, valde fornicatum, poſtice cornu conico, longiſſimo.
*ſecundum & tertium* oblonga, breviſſima, genitalibus annexa.
*quartum & quintum* ſubrotunda, patentia, reliquis maiora, hinc ex primo, quarto & quinto quaſi flos tripetalus.
*Labium* minimum, lanceolatum, obtuſum.

*ſagittalis.* ORCHIS corollæ galea calcarata biaurita, labio lanceolato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Folia radicalia* quatuor ſ. quinque culmo dimidio breviora, lanceolata, obtuſiuſcula.
*Culmus* ſpithamæus, totus veſtitus vaginis foliaceis, membranaceis, acutis.
*Spica* brevis.
*Petalum primum* concavum: acumine ſagittato: auriculis duabus, acutis, retro ſpectantibus; poſtice cornu brevi.
*ſecundum & tertium* genitalibus oppoſita, valde acuminata, baſi lata, ſupremo non breviora.
*quartum & quintum* elliptica, longitudine reliquorum.

*barbata.* ORCHIS corollæ galea erecta calcarata, nectario ſubtrifido ciliato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Dr. Sparrmann.*
*Bulbi* oblongi, indiviſi, piloſiſſimi.
*Scapus* pedalis, aphyllus, craſſitie pennæ paſſerinæ.
*Folia* plurima, ſetacea ſ. linearia: alia breviora; alia fere ſcapi longitudine.
*Petalum ſupremum* ovatum: calcari poſtico, erecto.
*Petala lateralia utrinque proxima* ovato-oblonga, magnitudine ſupremi, patentia.
*proxima duo interiora* breviſſima, ad latera genitalium.
*Labium* lanceolatum, ſubtrifidum, ramoſe ciliatum: ciliis obtuſis, longitudine floris.
*Germen* recurvatum.

ORCHIS

*draconis.* ORCHIS bulbis indiviſis, corollæ galea calcarata, nectario lineari apice ovato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Dr. Sparrmann.*
*Scapus* ſeſquipedalis, craſſitie pennæ anſerinæ, vaginatus totus foliis.
*Folia radicalia* lanceolata, latitudine pollicaria, ſcapo dimidio breviora.
*caulina* tota vaginantia, reticulato-venoſa, acuta.
*Spica* floribus paucis, remotiuſculis.
*Bracteæ* lato-lanceolatæ, reticulato-venoſæ, longitudine germinis.
*Petalum ſuperum* obovatum, maius, ſubfornicatum, poſtice calcari longiſſimo uti germen.
*Petala lateralia* utrinque duo, lanceolata.
*Labium* lineare, apice ovato, longitudine petalorum.

*tenella.* ORCHIS corollæ galea calcarata baſi conica, nectario lineari.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Culmus* longitudine pollicis ſ. Ophrydis Monorchidis.
*Folia* radicalia caulinaque linearia.
*Spica* oblonga: floribus quinque ad octo.
*Petalum primum* ovatum, poſtice cornutum baſi conica.
*ſecundum & tertium* conniventia ſub primo, ſimilia.
*quartum & quintum* lateralia, patentia.
*Labium* lineare.

*filicornis.* ORCHIS corollæ nectario bifido, cornu capillari.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Dr. Thunberg.*
*Culmus* ſemipedalis & ultra, ſubflexuoſus.
*Folia radicalia* plurima, linearia, acuta, brevia.
*caulina* lanceolata, acuminata.
*Spica* floribus octo ſ. novem, remotis: germinibus bractea veſtitis.
*Petalum ſupremum* pedicellatum, fornicatum, ovali-oblongum.
*Petala lateralia* ſeſſilia, adſurgentia.
*Nectarium* intra florem erectum, turbinatum, cucullatum.
*Labium ſuperius* bifidum, obtuſum.
*inferius* ſimiliter bifidum, obtuſum.
*Cornu* capillare, dependens, longitudine petalorum.

*hiſpidula.* ORCHIS culmo aphyllo, foliis reniformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Planta* tota hiſpida, magnitudine Ophrydis Monorchidis.
*Radix* teſticulata.
*Folia* radicalia, duo, reniformia, hiſpida, amplexicaulia.
*Scapus* ſemipedalis, hiſpidus, aphyllus.
*Spica* ſecunda, hiſpida: floribus minutis.
*Petala tria exteriora* calyciformia, ovata, villoſa.
*duo interiora* linearia, glabra, duplo longiora.
*Nectarii labium* laciniis quinquè, linearibus.
*Cornu* incurvum, longitudine floris.

*Tipuloides.* ORCHIS nectarii labio tripartito lineari ſubæquali, cornu filiformi longiſſimo.
*Habitat* in Kamtſchatka.
*Folia radicalia* lanceolato-ovata, petiolata.
*Scapus* aphyllus, in medio folio parvo, lanceolato.
*Flores* in ſpica oblonga, alterni.
*Labium ſuperius* triphyllum, ovatum: medio longiore.
*inferius* paulo longius, tripartitum, ſubæquale: laciniis linearibus.
*Cornu* filiforme, petalis ſexies longius.

*ſpecioſa.* ORCHIS bulbis indiviſis, ſcapo folioſo: foliis latis ovatis, labello quinquepartito: laciniis flexuoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Racemus* magnus, multiflorus.
*Flores* magni, albiſſimi.

*hians.* SATYRIUM corollæ galea calcarata hiante, nectario ovato, foliis linearibus radicalibus.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Culmus* pedalis: vaginis aliquot mucronatis.
*Folia* omnia radicalia, linearia, longitudine culmi infra ſpicam.
*Spica* oblonga, multiflora.
*Flores* circa ſedecim, rari.
*Petalum primum* cucullatum, hians, latiſſimum, poſtice in cornu breviſſimum deſinens.
*ſecundum & tertium* obovata.
*Petala duo genitalium* ſub primo, parva, incurva.
*Labium* ovatum, acutum.

*Orobanchoides.* SATYRIUM foliis bifariis, corollæ galea poftice biloba ſubbicornuta.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Planta* potius refert Orobanchem, quam Orchidem.
*Folia* linearia, bifaria, caulina.
*Spica* caule longior, bifaria, denſe imbricata.
*Corollæ galea* monophylla, obtuſa, dorſo biloba, poſtice exſerens cornicula duo breviſſima, obtuſiuſcula.
*Labium* obcordatum, concavum, diſtinctum.
*Staminum machinula* oblonga, ſub galea, apice labello bilobo, baſi dentibus duobus, ſubulatis, nectarii inſtar.
*Antheræ* binæ.
*Germen* inferum, contortum.

*pedicellatum.* SATYRIUM ſcapo ſubnudo, racemo pedicellis filiformibus laxis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Culmus* pedalis, folio unico in medio.
*Folium* vaginans, lanceolato-ſubulatum.
*Spica* oblonga.
*Bracteæ* paleaceæ, ſubulatæ.
*Flores* pedunculati.
*Corolla* petalis quinque, ſubæqualibus.

*Tabulare.* SATYRIUM bulbis rotundis, caule folioſo, labello trifido: lacinia media emarginata.
*Habitat* in ſummitate montis Tabularis. *Thunberg.*

*triſte.* SATYRIUM bulbis indiviſis, galea unicalcarata, labello integro.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Magnum, paniculatum.

*giganteum.* SATYRIUM bulbis rotundis, caule nudo, labello ſagittato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Orgyalis, floribus magnis, aurantiacis.

*aculeatum.* SATYRIUM bulbis rotundis, caule folioſo, labello integro inermi aculeato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Labellum* aculeis albis purpureisque muricatum.

*Volucris.* OPHRYS bulbis ſubrotundis, labio triangulari ſagittato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Culmus* pedalis.
*Folia* caulina, amplexicaulia, ovata, oblonga, acuminata, nervoſa.
*Spica* oblonga, multiflora: floribus diſtantibus.
*Petalum primum* inter ſequentia, lanceolatum, erectum.
*ſecundum & tertium* ſuperiora, exteriora, obovata, erecta.
*quartum & quintum* ovata, concava, reflexa, prioribus paulo breviora.
*Labium* triangulare, ſagittatum.
*minus* ſupra ſtamina, ante petalum primum.
*maius* obcordatum, ſubpedicellatum.

*bracteata.* OPHRYS bulbis ſubrotundis, ſpica bracteis longioribus mixta, labio trilobo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Radix* bulbis ſubrotundis.
*Culmus* ſpithamæus.
*Folia radicalia* ovata, nervoſa.
*caulina* ovato-oblonga, plura.
*Spica* multiflora, denſa, interſtincta bracteis flore longioribus, ovatis, patentibus.
*Petalum ſuperius* ſubrotundum, fornicatum.
*Labium* brevius trilobum.

*bivalvata.* OPHRYS bulbis . . . floribus faſciculatis, labio lanceolato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Culmus* ſpithamæus ſ. pedalis.
*Folia* alterna, plura, (ſedecim), per totum culmum lanceolato-ſubulata, baſi latiore vaginantia.
*Spica* corymboſa, absque diſtincto pedunculo.
*Germen* ſtriis exaratum.
*Petala tria ſuperiora* ſubæqualia, ovata.
*ſupremum* fornicatum.
*lateralia* patentia.
*duo lateralia inferiora* machinæ genitali inſerta, craſſiuſcula, oblonga, obtuſa, petalis prioribus minora.
*Labium* craſſiuſculum, ſimile petalis lateralibus inferioribus, lanceolatum.

*alata.* OPHRYS bulbis rotundis, caule folioſo, foliis lanceolatis, labello trifido: lacinia media breviſſima.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Parvula.

*alaris.* OPHRYS nectario labio integro undato.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Culmus* ſpithamæus & ultra.
*Folia* culmi tria.
*primum* obſoletum.
*ſecundum* ovali-lanceolatum.
*tertium* ſpathiforme.
*Spica* pauciflora: bracteis ovatis, acutis.
*Petalum primum* lanceolatum, concavum.
*ſecundum & tertium* latiſſima, ſubrotunda, longitudine primi.
*quartum & quintum* ſemicordata, acuminata, longitudine eadem.
*Labium* ex ipſa machina genitali, minus, ovato-lanceolatum, undatum.

*patens.* OPHRYS pumila, foliis ſubulatis, nectarii labio breviſſimo capillari.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*
*Culmus* vix palmaris, longitudinaliter foliis imbricatus.
*Folia radicalia* brevia, linearia.
*caulina* vaginantia, ſubulata, acuminata.
*Flores* duo ad quatuor, maiuſculi.
*Petalum primum* cordatum, acutum.
*ſecundum & tertium* minuta, oblonga, ſub primo.
*quartum & quintum* ſemicordata, ſublanceolata, longitudine primi, patentia.
*Labium* ſubcapillare, lineare, breviſſimum.

*Xiphophyllum.* SERAPIAS bulbis fibroſis, foliis enſiformibus diſtichis, bracteis minutiſſimis, floribus erectis: nectarii labio obtuſo petalis breviore.
Serapias grandiflora (enſifolia.) *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 679.
Xiphophyllum. *Ehrh. phytoph. n.* 67.
*Habitat* in Germania, Helvetia. *Ehrhart.* ♃.

SERA-

*Loncho-phyllum.* SERAPIAS bulbis fibrosis, foliis ovato-lanceolatis, bracteis longitudine capsulæ, floribus erectis: nectarii labio obtuso petalis breviore.
Serapias grandiflora (lancifolia.) *Syst. veg. ed.* 13. *p.*679.
Lonchophyllum. *Ehrh. phytoph. n.* 57.
*Habitat* in Germania, Helvetia. *Ehrhart.* ♃.

*Capensis.* ARETHUSA bulbo rotundo, caule diphyllo simplici unifloro.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Folia* bina, alterna, vaginantia, subulata.

*villosa.* ARETHUSA pubescens, bulbo rotundo, foliis ovatis ciliatis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Refert Commelinam.

*ciliaris.* ARETHUSA radice carnosa, folio reniformi orbiculato, labio ciliari.
Orchis burmanniana. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 674.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Sparrmann.*
*Bulbus* villosus, geminus, oblongiusculus.
*Scapus* spithamæus, vix pubescens.
*Folium* unum, subradicale, cordatum, suborbiculatum, nervosum, amplexicaule, subsessile, subpubescens.
*Spatha* ovata, amplexicaulis, acutiuscula, parva, pubescens.
*Flos* unus, cernuus.
*Germen* posticum s. inferum, pilosum, longitudine petalorum.
*Petala tria superiora* erectiuscula, lanceolata.
*duo alia interiora* longiora, lanceolato-ensiformia.
*Nectarium* postice cornu lunato, germine breviore.
*Labium* magnum, subtripartitum: lacinia media bifida; ciliatum: ramentis setaceis, labio ipso longioribus.
*Staminum columna* adscendens, petalis dimidio brevior.
*Styli* duo, filiformes, paralleli, exserti, longitudine columnæ.
*Stigmata* oblonga, stylis paulo angustiora.

*bipluma-ta.* ARETHUSA scapo vaginato, spatha cucullata, petalis duobus inferioribus elongatis superiore latere barbatis.
Bipinulla. *Thouin. lit.*
*Habitat* in Freto Magellanico. *Communicavit D. Thouin.*

*Caulis* ſimpliciſſimus, pedalis.
*Folia radicalia* equitantia, ſubulata.
*caulina* membranacea, ſex ſ. ſeptem, caulem obveſtientia: ſupremum loco ſpathæ, latius.
*Flos* terminalis, ſolitarius, breve pedunculatus, verticalis.
*Germen* inferum, pyriforme, glabrum.
*Corolla* pentapetala, inæqualis, duplici ordine.
*Petala tria exteriora* inæqualia.
*ſuperius* galeæforme, lanceolatum, acutum, incurvum.
*duo inferiora* ſubulata, reliquis ſesquilongiora, adſcendentia, verſus apicem latere ſurſum vergente barbata: pilis clavatis.
*Petala duo interiora* oppoſita, ovata, vix galea maiora, obtuſa.
Intra hæc *Nectarium & Genitalia*, quæ in unico flore ferro candente ſiccato examinari non potuerunt.
Singularis huius familiæ planta.

*grandiflora.* DISA cornu petalis breviore, caule ſubbifloro.
Diſa uniflora. *Berg. cap. p.* 348. *t.* 4. *f.* 7.
Orchis africana, flore ſingulari herbaceo. *Rai. hiſt. v.* 3. *p.* 586.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Dr. Thunberg.*
*Caulis* pedalis, erectus, ſimpliciſſimus, lævis.
*Folia* caule breviora:
*radicalia* lanceolato-linearia.
*caulina* vaginantia, alterna, tria: diſco vaginis breviore; acuminata.
*Flos* terminalis, pedunculatus, inclinatus, unicus ſ. duo: poſterior tum pedunculo e ſpatha prioris longiore.

*racemoſa.* DISA cornu petalis breviore, floribus racemoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*longicornu.* DISA cornu petalis longiore, ſcapo unifloro.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Flos* cæruleus.

*maculata.* DISA cornu conico breviſſimo, ſcapo unifloro.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Folia* radicalia, oblonga.
*Caulis* & *Vagina caulis* rubro-maculati.
*Flos* cæruleus.

*Capenſe.* EPIDENDRUM ſcapo nudo, foliis imbricatis bifariis linearibus obtuſis, floribus ſecundis, cornu longiſſimo.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Paraſita in truncis arborum.

*ſedifolia.* FORSTERA.
Forſtera ſedifolia. *Forſt. Act. upſ. v.* 3. *p.* 184. *t.* 9.
*Habitat* in ſummis montium altiſſimorum cacuminibus Novæ Zeelandiæ inſula auſtrali.
*Caulis* herbaceus, proſtratus, adſcendens, palmaris, ſubramoſus.
*Folia* imbricata, ſeſſilia, obovata, acutiuſcula, integerrima, lævia, adpreſſa, apice patenti-reflexa, avenia, parva.
*Pedunculi* ſolitarii, uniflori, terminales, erecti, rubicundi, longiores.
*Flores* albi, fauce & calyce interiore rubentibus.

# TRIANDRIA.

*pavonia.* FERRARIA petalis interioribus minoribus haſtatis.
Flos Tigris. *Hern. mex. p.* 276. *Swert. flor. v.* 2. *t.* 31. *f.* 2.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* 1. *t.* 15.
*Habitat* in Mexico. *Dr. Mutis.*
*Radix* bulboſa.
*Scapus* ſpithamæus, uniflorus.
*Folia* vaginantia, unum alterumve: inferiora longiora, anguſtiora.
*Spatha* diphylla, compreſſa.
*Corolla* campanulata.
*Petala tria exteriora* maiora, ovata, apice parum truncata cum mucronulo.
*Petala tria interiora* triplo minora, alterna, haſtata, ſubſeſſilia, tigridis inſtar maculata.
*Filamenta* ſtylum vaginantia.

*Antheræ* tres, lineares, longitudine fere ſtigmatum.
*Germen* inferum, pedicellatum.
*Stylus* terminatus ſtigmatibus tribus, bipartitis, filiformibus.
*Capſula* linearis, trigona.
*Semina* plurima.
Color corollæ, petalis exterioribus & baſeos area exteriorum maculatus.

# PENTANDRIA.

*mixta.* PASSIFLORA foliis trifidis ſerratis, floribus tubuloſis.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* I. *t.* 16.
*Habitat* in Nova Granada. *Dr. Mutis.*
Caulis & plantæ ſtatura P. incarnatæ, ſed ſtipulæ lunares.
*Calyx* tubuloſus, quinquedentatus, tubo corollæ triplo brevior, incanus.
*Corolla* infundibuliformis.
*Tubus* longitudine & craſſitie fere digiti.
*Limbus* decapetalus: petalis quinque exterioribus rudibus.
*Faux* glandulis ciliata.
Differt cum P. adulterina a reliquis Paſſifloris tubo corollæ inter calycem & petala, longitudine fere digiti.
Facta ex P. incarnata & adulterina.

*adulterina.* PASSIFLORA foliis oblongo-ovalibus integris, floribus tubuloſis.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* I. *t.* 17.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutiſ.*
*Caulis* teres: cirrhis axillaribus.
*Folia* ovato-oblonga, integra, integerrima, vix denticulis minutis ciliata, ſupra glabra, ſubtus tomentoſa.
*Calyx* triphyllus, ovato-lanceolatus, glaber, tubo quintuplo brevior.

*Corolla*

*Corolla* infundibuliformis.
*Tubus* vix digiti longitudine & latitudine.
*Limbus* decapetalus: petalis quinque interioribus tenuioribus, mucronatis.
*Faux* ciliis breviſſimis.
*Bacca* ovata, maculata.

# OCTANDRIA.

*compoſita.* SCOPOLIA.
*Habitat* in Iava *Thunberg.* ♄.
*Arbor* ramis teretibus, glabris, apice foliatis, infra folia floriferis.
*Folia* alterna, breve petiolata, oblonga, utrinque acuminata, integra, venoſa, glaberrima, longitudine digiti.
*Stipulæ* nullæ.
*Pedunculi* in axillis foliorum poſt eorum caſum, ſolitarii, nutantes, filiformes, uniflori.
*Calyx* multiflorus, diphyllus.

# POLYANDRIA.

*Malococca.* GREWIA foliis cordatis ovato-oblongis crenatis ſcabris, pedicellis axillaribus trifloris, fructu tetracocco.
Malococca crenata. *Forſt. gen. n.* 39. *Forſt. Act. upſ. v.* 3. *p.* 179.
*Habitat* in lucis Inſulæ Tongatabu atque in montoſis Inſulæ Huaheine. *Forſter.*
Difficile differentia eruitur, qua a reliquis ſpeciebus dignoſcatur.

*ſalvifolia.* GREWIA foliis oblongis integerrimis, floribus axillaribus pluribus pedicellatis, petalis recurvis linearibus.
*Habitat* in Zeylona. *König.* ♄.
*Frutex.*
*Folia* oblonga, petiolata, utrinque attenuata, obtuſa, ſupra glabra, ſubtus cana, venoſa, integerrima.
*Pedunculi* axillares, tres ſ. plures, tomentoſi, breves.
*Flores* erecti.

*Calyx* quinquedentatus, tomentoſus.
*Petala* extus tomentoſa, erecta, lutea, recurvata, linearia, apice bifida.
*Filamenta* baſi valde barbata, dein glabra.
*Antheræ* longæ, luteæ.
*Stigma* capitatum, emarginatum.

*Obſervatio.*

Melius collocaretur Grewiæ genus in Polyandria.

*pictum.* ARUM acaule, foliis cordatis venis coloratis pictis.
Arum pictum. *Act. holm.*
*Habitat* . . . *A. S. Galliæ Rege Ludovico XVI.* H. U.
*Folia* radicalia, tria ſ quatuor, petiolata, cordata, ſupra picta venis albis.
*Spatha* ſeſſilis, radicalis ſ. exſcapos, baſi inflata, virens, ſuperne purpuraſcens, fuciformis.
*Spadix* clavatus: clava ovato-oblonga, atro-purpurea.
*Germina* baſeos plurima, ſubgloboſa, viridia.
*Stylus* nullus.
*Stigma* punctum.
*Antheræ* mox ſupra germina, in globum verticillarem, plurimæ, ſeſſiles, ſubrotundæ, luteæ.
*Filamenta ſuperiora* ſpatio remota, ſubulata, flaveſcentia, verticillata.

*cannæfolium.* ARUM acaule, foliis lanceolatis aveniis.
*Habitat* in Surinami arboribus, paraſiticum.
*Folia* radicalia, nonnulla, lanceolata, avenia, petiolata, bipedalia, Cannæ ſimillima.
*Scapus* brevior.
*Spatha* obtuſiuſcula, extus rubra, intus alba, etiam margine.
*Spadix* absque ſpatio inter ſtamina & piſtilla.

*muſcivorum.* ARUM foliis haſtato-pedatifidis, ſpatha intus ſpadiceque piloſa.
Arum Dracunculus. *Buchoz.*
*Habitat* . . . H. U.

*Folia*

*Folia* radicalia, haſtata, pedato-ſeptemfida: laciniis lanceolatis, nervoſis: media magna; proximis ſenſim minoribus.
*prima* ſagittata ſ. quinquefida, varia.
*Petioli* teretes, inferne vaginantes.
*Scapus* breviſſimus, teres.
*Spatha* Ari, longitudine fere foliorum, ſaturate viridi-maculata, baſi convoluta, ſuperius extrorſum fere horizontaliter flexa, intus pallide verſus baſin rubra, pilis rubris reverſis adſperſa, verſus baſin confertioribus, faucem claudentibus.
*Spadix* ſubcylindricus, ſpatha paulo brevior.
*Germina* numeroſa, ſeſſilia, circum baſin, pallida.
*Stigma* obtuſiſſimum, retuſum, griſeum.
*Filamenta* ſubulata, octo, verticillaria, ſupra germina, longitudine glomerum ſtaminum, adſcendentia, violacea.
*Antheræ* numeroſæ, luteæ, ſeſſiles.
*Filamenta* quinque, ſubulata, adſcendentia, verticillaria, priorum longitudine, violacea.
*Clava* reliquis partibus multoties longior, adſperſa ſetis remotis, violaceis, præcedentibus tenerioribus.
Flos cadaveris inſtar foetet, quo alliciuntur Muſcæ, vices Cupidinis in clauſo flore agentes, hæ vero deceptæ exitum quærentes, ſed pilis reverſis clauſum, fruſtra; ita captæ in flore pereunt. Vide plura de his ex obſervatis meis in Actis Holmienſibus.

# MONOECIA.

## MONANDRIA.

*inciſus.* ARTOCARPUS foliis inciſis.
Rademachia inciſa. *Thunb. Act. holm. v.* 36. *p.* 250.
Le Rimu ou Fruit de pain. *Sonnerat. voy. t.* 57. 58. 59. 60.
Soccus lanoſus. *Rumph. amb. v.* I. *p.* 110. *t.* 32.
Soccus granoſus. *Rumph. amb. v.* I. *p.* 112. *t.* 33.
Soccus ſylveſtris. *Rumph. amb. v.* I. *p.* 114. *t.* 34.
*Habitat* in Batavia, Amboina. ♄.

*Arbor*

*Arbor* quinqueorgyalis, craſſitie hominis.
*Folia* alterna, petiolata, oblonga, profunde inciſa, ſcabra, bipedalia.
*Stipulæ* duæ, lanceolatæ, magnæ, extus hirſutæ, iuniora folia includentes, caducæ.
*Amenta* in ultimis ramis, violacea, pedunculata, maſcula & feminea in eodem ramulo.
Tota arbor & fructus immaturus ſucco lacteo, tenaciſſimo, in fila ductili plena.
*Uſus:* Pericarpia excorticata & aſſata, vel cum ſyrupo cocta comeduntur. Fructus foecundi excorticati aqua cocti, vel integri, vel in fruſta diſſecti, eduntur, vel Nuces pericarpio exempto eodem modo ac Caſtaneæ placent, quibus ſapore ſimiles.

*integrifolia.* ARTOCARPUS foliis integris.
Rademachia integra. *Thunb. Act. holm. v.* 36. *p.* 252.
Soccus arboreus maior. *Rumph. amb. v.* 1. *p.* 104. *t.* 30.
Soccus arboreus minor. *Rumph. amb. v.* 1. *p.* 107. *t.* 31.
*Habitat* in Iava, Amboina. *Rademacher.*
Similis A. inciſo, at ramuli & pedunculi pilis longis hirſuti.
*Folia* ovato-oblonga, acumine obtuſo, ſupra læte viridia, ſubtus pilis rigidis hirſuta.
*Reliqua* ut in A. ſerrato.

*uliginoſa.* PHYLLACHNE.
Phyllachne uliginoſa. *Forſt. gen. n.* 58.
*Habitat* in Tierra del Fuego. *Sparrmann.*
*Planta* minima, muſcoſa, more Polytrichi communis in ceſpites creſcens.
*Caules* arcte approximati, foliis imbricatis tecti, proliferi in duos ſ. tres ramulos.
*Folia* parva, ſubulata, margine cartilagineo crenulata.
*Flores* terminales, ſeſſiles, albi.
Pulchra planta, quæ per totam ſtructuram Muſcum refert, ſed floribus diverſiſſimis ornata.

*equiſetifolia.* CASUARINA.
Caſuarina equiſetifolia. *Forſt. gen. n.* 52.
Caſuarina littorea. *Rumph. amb. v.* 3. *p.* 86. *t.* 57.
*Habitat* in India orientali & Nova Caledonia. ♄.

ÆGO-

*betulinum.* ÆGOPRICON.
*Habitat* in Surinamo. *Dalberg.* ♄.
*Arbor* ramis anguſtis, lævibus.
*Folia* alterna, petiolata, ovata, integerrima, lævia, facie Pruni Padi, ſed minora, tenera, annua.
*Paniculæ* parvæ, pauperæ, ex apicibus ramorum.
*Amenta* minuta, ovata, facie Alni.
*Flores foeminei* ſolitarii, itidem pedunculati, nutantes.

# TRIANDRIA.

*Pſyllophora.* CAREX ſpica ſimplici androgyna ſuperne maſcula, capſulis reflexis, ſeminibus teretibus.
Carex pulicaris. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 703.
Pſyllophora. *Ehrh. phytoph. n.* 7.
*Habitat* in Suecia, Germania. *Ehrhart.* ♃.

*Leucoglochin.* CAREX ſpica ſimplici androgyna, ſuperne maſcula, capſulis reflexis, ſeminibus triquetris.
Leucoglochin. *Ehrh. phytoph. n.* 8.
*Habitat* in Suecia, Germania. *Ehrhart.* ♃.

*uncinata.* CAREX ſpica ſimplici androgyna lineari ſuperne maſcula, ariſtis foeminarum uncinatis, maſculis muticis.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.*
Pulcherrima huius generis ſpecies.
*Caulis* & *Folia* ut in reliquis.
*Spica* linearis, anguſtata, androgyna.
*Flores foeminei* inferi, duas tertias ſpicæ conſtituentes.
*Glumæ* ariſtatæ: ariſta ſupra medium recurvata: genu incraſſato.
*Flores maſculi* ſuperi.
*Glumæ* muticæ.
Spiculæ parvæ ad latus dependunt interdum, ſed forte ſteriles.

*Cyperoides.* CAREX capitulo terminali ſubrotundo, floribus ſimpliciſſimis ſubulatis, involucro longo.
Carex cyperoideus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 703.
Carex bohemica. *Schreb. gram. t.* 28. *f.* 3.

Carex

Carex bohemica, aquatica, annua, cyperi facie, caule molli, capitulis in glomeratam ſpicam digeſtis. *Mich. gen. p.* 70. *t.* 33. *f.* 19.
Cyperus minor, capitulis inflexis. *Buxb. cent.* 4. *p.* 34. *t.* 61.
Scirpus ſpica multipartita, ſeminibus caudatis. *Gmel. ſib. v.* 1. *p.* 81.
*Habitat* in Sibiria, Bohemia. *Schreber.* ♃.
*Capitulum* ex umbella parva, ſubgloboſa, terminali.
*Flores* ſimpliciſſimi, (quod ſingulare), pedicellati, in umbellam ſimpliciſſimam enati.

*Chordorrhiza.* CAREX ſpica compoſita: ſpiculis androgynis approximatis ſuperne maſculis, capſulis compreſſis, radice repente filiformi.
Chordorrhiza. *Ehrh. phytoph. n.* 77.
*Habitat* in Suecia. *Ehrhart.* ♃.

*Heleonaſtes.* CAREX ſpica compoſita: ſpiculis androgynis approximatis ſuperne fœmineis, capſulis imbricatis lateribus integerrimis.
Heleonaſtes. *Ehrh. phytoph. n.* 28.
*Habitat* in Suecia. *Ehrhart.* ♃.

*Leptoſtachys.* CAREX ſpicis ſexu diſtinctis: maſcula unica, fœmineis pedunculatis remotis pendulis filiformibus, capſulis remotis apice integris.
Leptoſtachys. *Ehrh. phytoph. n.* 48.
*Habitat* in Germania. *Ehrhart.* ♃.

*Drymeia.* CAREX ſpicis ſexu diſtinctis: maſcula unica, fœmineis pedunculatis remotis pendulis filiformibus, capſulis remotis apice bifidis.
Drymeia. *Ehrh. phytoph. n.* 58.
*Habitat* in Germania. *Ehrhart.* ♃.

*Agaſtachys.* CAREX ſpicis ſexu diſtinctis: maſculis pluribus, fœmineis pedunculatis remotis pendulis longiſſimis, capſulis numeroſiſſimis approximatiſſimis laxis acuminatis.
Agaſtachys. *Ehrh. phytoph. n.* 19.
*Habitat* in Germania. *Ehrhart.* ♃.

*cannabina.* TRAGIA foliis tripartitis.
Croton haſtatum. *Syſt. veg ed.* 13. *p.* 722.
Croton urens. *Syſt. veg. ed* 13. *p.* 722.
Ricinus urens, cannabis foliis, triphyllos. *Pluk. phyt.* 120. *f.* 6.
*Habitat* in Malabaria. *König.*
*Caulis* erectus, teres, hiſpidus.
*Folia* alterna, petiolata, tripartita, hiſpida: laciniis lanceolatis, ſinuatis.
*Stipulæ* binæ, lanceolatæ, breves.
*Pedunculi* laterales, ſolitarii, uniflori, longitudine foliorum.
*Calyx fœmineus* hexaphyllus, pectinatus.
Coniungo heic duas ſpecies, quæ meræ ſunt varietates.

*Obſervatio.*

Tragiæ plurimæ bene urent.

*racemoſus.* PHYLLANTHUS ſuffruticoſus, foliis pinnatis apice racemoſo-floriferis, fructu baccato exſucco.
*Habitat* in Zeylona. *König.* ♄.
Simillima reliquis ſpeciebus, foliis ſimpliciter pinnatis: foliolis alternis linearibus acutis apice minoribus, ubi terminatur petiolus in racemulum coarctatum.

*bacciformis.* PHYLLANTHUS foliis pinnatis: foliolis ſenis, flore fœmineo terminali.
Phyllanthus bacciformis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 707.
*Habitat* in Tranquebaria. *König.* ⊙ H. U.
*Herba* ramoſa, palmaris, ſubſucculenta, terræ adpreſſa: ramis alternis, depreſſis.
*Folia* ſubalterna, ſeptena, ovalia, ſubcarnoſa, obtuſa, buxiformia, lævia, avenia, ſubpetiolata.
*Stipulæ* propriæ ad ſingula genicula, duæ ſ. tres, acutæ.
*Flores maſculi* aliquot, axillares foliolorum, pedicellati, minuti, pedunculo ſub folio.
*Flos fœmineus* ſolitarius, terminalis, cernuus.
Dantur & flores fœminei in eadem absque nectario urceolari, ſed hi ſteriles.

TETRAN-

# TETRANDRIA.

*verticillata.* SERPICULA foliis verticillatis aculeato-ferratis.
*Habitat* in India.

*repens.* SERPICULA foliis alternis integerrimis.
Serpicula repens. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 708.

*diſticha.* CICCA.
Cicca diſticha. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 708.
Averrhoa acida. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 357.
*Habitat* in India. ♄.
*Arbor.*
*Rami* longi, ſimplices.
*Folia* alterna, diſticha: inferiora rotundato-ovata, minora; ſuperiora ovato-lanceolata, acuminata, integra, glaberrima.
*Flores* ab infima parte ramorum poſt caſum foliorum provenientes & loca eorum occupantes, aggregati in capitulis ſeſſilibus, maſculi & fœminei in eadem arbore, ſed in diverſis ramis.
*Flores maſculi* magis aggregati, parvi, Phyllanthi, albi, quadrifidi.
*Flores fœminei* maſculis minores, non adeo aggregati.
*Calyx* quadripartitus.
*Corolla* nulla.
*Germen* ovatum.
*Styli* quatuor, bipartiti, reflexi.
*Bacca* ovata, tetracocca, non diſſiliens ut capſula Phyllanthi.
Ciccæ genus anne excludendum? cum vera ſpecies videatur Phyllanthi, numero partium & fructu baccato excepto.

*alba.* BETULA foliis ovatis acuminatis ſerratis.
Betula alba. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 708.
*Dalecarlica.* β. foliis ſubpalmatis: laciniis dentatis.
*Habitat* in Dalecarlia. ♄.
Varietas valde ſingularis.

*incana.* BETULA foliis incanis ovatis acutis biſerratis, ſtipulis lanceolatis, amentis ſpicatis.
Betula Alnus incana. *Spec. plant. ed. 2. p.* 1394.
Alnus. *Flor. lapp. p.* 260.
Arre. Alder. Leipe. Ulra. *Suec.*
*Habitat* in Sueciæ provinciis elevatioribns arenoſis. ♄.
Diſtinctiſſima a B. Alno, tam ſtructura partium ac uſu œconomico, ſed de his plura in Flora Suecica nova.

*arborea.* URTICA foliis alternis ellipticis acuminatis ſubtus villoſis, panicula terminali ex ſpicis ramoſis.
*Habitat* in ſylvis montoſis humidis Teneriffæ. *Franc. Maſſon.* ♄.
*Arbor.*
*Folia* in ſummitate ramorum, non urentia, trinervia, venoſa, acuminata.
*Spicæ* ex alis foliorum ſuperiorum exeuntes, ramoſæ.

*rhombea.* URTICA foliis oppoſitis integerrimis ſubrhombeis trinerviis.
*Habitat* in Mexico. *Mutis.*
*Caulis* herbaceus, pedalis, erectus.
*Folia* oppoſita, petiolata, rhombeo-ovata, inermia, integerrima, trinervia, pollicaria, obtuſiuſcula.
*Petioli* longitudine foliorum.
*Racemi* ramoſi, axillares, longitudine petalorum.

*Capenſis.* URTICA foliis alternis cordatis inertibus ſubtus pubeſcentibus, ſpicis interruptis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Dr. Thunberg.*
*Caulis* erectus, teres, vix pubeſcens, iners.
*Folia* alterna, petiolata, cordata, ſerrata, ſubtus pubeſcentia, inertia.
*Spicæ* laterales, duæ ſ. tres, rachi debili, erectæ.
*Flores* ad puncta remota, nonnulli, congeſti.

*fruticoſa.* URTICA foliis ovatis alternis cordatis integris ſubtus argenteis, caule tomentoſo, racemis axillaribus ramoſis, floribus glomeratis.
*Habitat* in Iava. *Thunberg.* ♄.
Simillima U. niveæ, at folia non ſerrata; caulis lignoſus, nec herbaceus; tenuiſſime tomentoſus, non hiſpidus; racemi magis elongati & globuli ſeſſiles; flores alterni, remotiores.

*ſtimulans.* URTICA foliis alternis oblongis baſin verſus attenuatis integris, paniculis axillaribus.
Buffelblad. *Belg. javan.*
*Habitat* in Iava. *Thunberg.* ♄.
Arborea paſſim ſtimulis maioribus.
*Folia* magna.
Cum ramulis urentibus Uros ſub jugo pigros ſtimulant Belgæ in Iava hoſpitantes, unde Nomen Buffelblad.

*Iaponica.* URTICA foliis oppoſitis ovatis ſerratis: ſerratura terminali elongata, racemis axillaribus ſolitariis elongatis.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.*
Simillima U. balearicæ, at differt magnitudine aucta, ſerratura foliorum terminali valde elongata, racemis axillaribus ſolitariis longitudine foliorum; in U. balearica ſunt amenta globuloſa, vix petiolis longiora & in axillis plura.

# PENTANDRIA.

*frutico-ſum.* XANTHIUM foliis pinnatifidis: laciniis inciſis, caule fruticoſo.
Ambroſia arboreſcens. *Mill. dict. n.* 5.
*Habitat* in Peru. ♄. H. U.
*Caulis* (meæ) altitudine humana, perennans, vix lignoſus, erectus, teretiuſculus, obſcurus, ſubpiloſus.
*Rami* axillares ſ. laterales, breves.
*Folia* alterna, lævia, rugoſiuſcula, petiolata, ſubtus pubeſcentia.
*floralia & prima ramorum* lanceolata, indiviſa, integerrima.
*communia* oblonga, pinnatifida: laciniis quinque, oblongis, acuminatis, ſubſinuatis ſ. groſſe ſubſerratis.
*Petioli* communiter ſimplices, pubeſcentes: in maioribus foliis marginibus membranaceis, e folio decurrentibus.
*Spica maſcula* terminalis.

AMARAN-

*ſcandens.* AMARANTHUS floribus triandris, foliis ovatis, ſpicis interruptis compoſitis: ſpiculis inflexis, caule debili.
*Habitat* in America.
*Caules* bipedales, laxi, (non erecti, rigidi), flexuoſi, adſcendentes inter frutices.
*Folia* alterna, petiolata, remota.
*Spicæ* aliquot terminales, laxæ, virides.
*Spiculæ* breviſſimæ, incurvæ.
*Capſulæ* ovatæ.
Similis A. Blito.

# POLYANDRIA.

*acutifolia.* SAGITTARIA foliis ſubulatis.
*Habitat* in Surinamo in aquis.
*Statura* Sagittariæ ſagittifoliæ.
*Folia* baſi vaginantia, ſubulata, extus convexa, margine acuta, ſenſim attenuata in cuſpidem compreſſum absque folio ullo dilatato.
*Flores* S. ſagittifoliæ.
*Stamina* multa.
*Fructus* in globum ex feminibus acutis denſiſſimum.

*ferruginea.* BEGONIA fruticoſa, foliis integerrimis, floribus paniculatis.
Icon. *Mutiſ. amer. v.* 1. *t.* 18.
*Habitat* in Nova Granada. *Dr. Mutis.* ♄.
*Caulis* ſuffruticoſus, declinatus, teres, ſubarticulatus, lævis, ramoſus.
*Folia* alterna, remota, petiolata, oblique cordata, altero lobo baſeos nullo, integerrima, niſi baſi obſolete crenata, ſubtus ſquamis minutiſſimis, rotundatis, coloratis.
*Petioli* teretes.
*Stipulæ* geminæ, amplexicaules, reniformes: altera duplo minor.
*Flores* monoici, ſanguinei, in pedunculis dichotomis.
*Maſculi*:
*Calyx* nullus.
*Petala* quatuor, lanceolata: duo oppoſita emarginata.

*Filamenta* decem ad octodecim.
*Antheræ* laterales filamentorum.

*Feminei.*

*Calyx* nullus, ſed germen.
*Petala* ſex, lanceolata: alterna emarginata.
*Germen* inferum, turbinatum, trigonum.
*Styli* ſex, multifidi, capillares.
*Stigmata* obſoleta.
*Capſula* turbinata, trigona, trilocularis absque alis.
*Semina* numeroſa, parva. *Hæc Dr. Mutis.*

*Capenſis.* BEGONIA acaulis, foliis inæqualiter denticulatis.
Begonia obliqua. *Mant. plant. p.* 502.

*Urticæ.* BEGONIA herbacea, diffuſa, foliis biſerratis hiſpidis, pedunculis axillaribus elongatis unifloris, fructu hiſpido.
*Habitat* in America. *Mutis.* ☉.
*Habitus* Urticæ, niſi obliqua eſſent folia, ut in Begoniis omnibus.
*Flores* parvi, violacei.
*Stamina* lutea.
*Fructus* magis haſtatus quam ſagittatus, hiſpidus.

*Obſervatio.*

Begoniæ ſpecies adhuc valde incognitæ ſunt & ab Americano Botanico enodari debent.

# MONADELPHIA.

*dolabrata.* THUIA frondibus ancipitibus, foliis trifarie incumbentibus proliferis convexis viridibus, ſubtus excavatis albis.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.* ♄.
*Arbor* altiſſima, pulcherrima ramulis valde ſingularibus.
Superior pars ramulorum conſtat foliis glaberrimis, convexis, viridilucentibus, ſubtus excavatis & albis, verbo, quaſi artificioſa Lignariorum manu formata.

CUPRES-

*Iaponica.* CUPRESSUS foliis tri-ſ. quadrifariis acerosis falcatis quadriſulcatis compreſſis carina decurrentibus confluentibus.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.* ♄.
*Arbor* altiſſima & rectiſſima.
*Folia* Pini Abietis maiora, patentia, apice incurvata, hinc falcata, apicem verſus attenuata.
*Spicæ* terminales: amentis maſculis plurimis, in conum approximatis, foliis interſtinctis, oblongis, obtuſis, glabris.
*Strobili* globoſi, ſolitarii, in breviori ramo, laterales: ſquamis peltatis: pelta a dorſo tecta ſquama lanceolata latiori, margo vero interior ſexdentatus: dentibus ſubulatis, longis.

*volubilis.* PLUKENETIA fructibus angulis verrucoſis.
Plukenetia volubilis. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 720.
*Habitat* in Surinamo. *Dalberg.*
*Caulis* volubilis, herbaceus, hirtus.
*Folia* alterna, petiolata, cordata, ovata, venoſa, ſubcrenata.
*Racemi* axillares, ſolitarii, ſimplices, erecti, androgyni.
*Floſculi maſculi* parvi, numeroſi, minuti.
*Flos fœmineus* infimus, maior, pedicellatus.
*Calyx* tetraphyllus, parvus.
*Capſula* tetracocca, depreſſiuſcula, quadrangularis, quadricapſularis: angulis medio verruca didyma.

*colorata.* DALECHAMPIA foliis integerrimis.
*Habitat* in Nova Granada. *Mutis.*
Similis D. ſcandenti, ſed folia quidem triloba, verum integerrima, minusque profunde diviſa, nec ſerrata.
*Involucrum* magis oblongum, petalodes ſ. coloratum, nec baſi cordatum aut viride.

*ſcandens.* DALECHAMPIA foliis trifidis, ſerratis.
Dalechampia ſcandens. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 720.

*villoſa.* ACALYPHA involucris fœmineis minimis dentatis villoſiſſimis, ſpicis elongatis, foliis ovatis acuminatis ſerratis petiolo longioribus.
Acalypha villoſa. *Iacqu. amer. p.* 254. *Iacqu. hort. v.* 3. *p.* 26. *t.* 47.
*Habitat* in Carthagenæ ſylvis. *Mutis.*
*Spica* elongata, filiformis, apparet quaſi ebracteata.

*Capenſe.* CROTON foliis haſtatis indiviſisque lanceolatis integerrimis glaberrimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Iaponicum.* CROTON foliis rhombeo-ovatis acuminatis glabris quinquenerviis, panicula terminali villoſa.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.*
Simillimum C. ſebifero, at diſtinguitur foliis multo maioribus, magis acuminatis, nervis quinque e baſi excurrentibus; panicula villoſa, in racemos diviſa, pyramidali.

*elaſtica.* IATROPHA? foliis ternatis ellipticis integerrimis ſubtus canis longe petiolatis.
Hevea guianenſis. *Aublet. guian. p.* 871. *t.* 335.
Pao Seringa. *Act. pariſ. ann.* 1751. *t.* 20. Figura mala.
*Habitat* in Braſilia, Guinea.
Genus determinare melius non potui quam Aublet, exemplar ſiccum quod habeo etiam caret floribus, ſed ſtructura fructus oſtendit affinitatem cum Iatrophis proximam.
Succus huius arboris lacteus inſpiſſatus evadit Reſina illa elaſtica (Gummi elaſtique), quæ adhuc recens in quam placuerit formam redigi poteſt & quam (quamvis ignis calido fumo ſiccata) obtinuit figuram conſervat in perpetuum una cum elaſticitate. Inventum futuro tempori magni uſus.

*Annotatio.*

Variis in Provinciis Americes meridionalis paratur Gummi elaſticum, Cauchu dictum, a diverſa arbore.
Ficus indica, Cecropia peltata & plures etiam dant ſuccum elaſticum eiusdem utilitatis; ſed de his alia vice plura communicabo.

STERCU-

*platanifolia.* STERCULIA hermaphrodita, foliis cordatis lobatis, floribus paniculatis.
*Habitat* in India.
*Ex horto Patavino communicavit A. Murray, Prof. Anatom. Upſal.* ♄. H. U.
*Arbor* altiſſima.
*Folia* magna, alterna, in ſummitatibus ramorum conferta, longe petiolata, cordata, integerrima, trilobata, ſ. quinqueloba: ſinubus rotundatis, obtuſiuſculis; glaberrima, quinquenervia.
*Panicula* magna, lignea, ſubpulverulenta.
*Flos* magnitudine S. fœtidæ.
*Calycis laciniæ* extus canæ, intus glabræ, luteſcentes.
*Columna ſtaminum* calyce brevior, terminata antheris plurimis ovatis, quæ tegunt baſin, quamvis columnæ inſideant.
*Germen* angulatum, canum.
*Stylus* filiformis, canus.
*Stigma* emarginatum.

*Obſervatio.*

Genus hoc ad Gynandriam reduci debet.

# SYNGENESIA.

*Africanus.* CUCUMIS pomis ovalibus echinatis, foliis pālmatis ſinuatis, caule angulato.
Cucumis africanus echinatus minor. *Herm. parad. p.* 133. *t.* 134.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Caules* numeroſi, ſubangulati, proſtrati.
*Folia* quinquefida, ſinuato-diviſa.
*Flores* parvi.
*Fructus* parum oblongi, undique echinati.

*ſcabra.* BRYONIA foliis cordatis angulatis dentatis ſupra calloſe punctatis infra piloſis utrinque ſcabris, floribus umbellatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ſcabrella.* BRYONIA foliis cordatis quinquangulatis dentatis ſcaberrimis eglandulatis.
*Habitat* in India orientali. ☉.
*Caules* pentagoni, hiſpidi, ſcaberrimi, ut tota planta.
*Cirrhi* ſimplices.
*Folia* cordata, quinquangula, obtuſa, inæqualiter dentata, ſcabra: margine ſubcriſpo.
*Petioli* hiſpidi.
*Pedunculi* plures, axillares, breviſſimi.
*Calyx* campanulatus, quinquedentatus.
*Corollæ* parvæ, Melothriæ ſimillimæ, flavæ.
*Fructus* globoſi.
Statura omnino Melothriæ, ſed tota hiſpido-ſcabra & ſtamina Bryoniæ.

# DIOECIA.

## MONANDRIA.

*odoratiſſimus.* PANDANUS.
Kaida. *Rheed. mal, v. 2. p. 1. t. 1 ad 8.*
Pandanus. *Rumph. amb. v. 4. p. 139. t. 74 ad 81.*
Bromelia foliis margine dorſoque aculeatis, caule fulcrato ſpinoſo. *Flor. Zeyl. p. 54.*
Keyra. *Forſk. ægypt. p. 172.*
Athrodactylis ſpinoſa. *Forſt. gen. n. 75.*
*Habitat* in Zeylona. *Specimen ſiccum communicavit Dr. Thunberg.* ♄.
*Colitur* in Indiis ubique, usque ad Terras maxime orientales, ſed ſolummodo mas, qui per ramulos plantatur, cum fœminæ nullius uſus.
*Planta* adhuc tenera acaulis eſt, ut Bromelia Ananas, cui tunc ſimillima, adultior cauleſcit & tandem Palmæ inſtar arboreſcit, prolifice ramificatur, h. e. ubi florem producit ramos plures infra floreſcentiam radiatim emittit & ſic ultra; ramulorum & caulis inferior pars ſenſim foliis denudantur & læves evadunt.
*Folia* in apice ramorum confluentia, trifariam imbricata, ſeſſilia, amplexicaulia, baſi lanceolata, canaliculata, erecta: apice longiſſimo, ſubulato, depen-

dependente; tri-ſ. quadripedalia, nervoſa, glabra, carina marginibus ſpinoſo-ferratis.

*Inflorescentia maſculina*: Racemi compoſiti, thyrſiformes, in apice ramorum inter ſuprema folia provenientes, in ſingula axilla ſolitarii, ſeſſiles, breves, diviſi in Amenta ſimplicia, approximata, breviſima, hæc in Dentes breviores, patentes, Antheras lutea terminatos. Mira fructificatio cuius ſimile neſcio; an Amentum nudum potius dicenda?

*Inflorescentia fœminea*: Spadix etiam terminalis, ſed inter quatuor folia breviora, globoſa.

*Fructus* magnitudine Bromeliæ Ananatis, cum qua etiam folia conveniunt, ſed pedunculo elongato nutant.

Præſtantiſſima arbor, odoris cauſſa colitur, quem ſpirat tam divitem, ut una alteraque ſpica ſatis ſint ad replendum cubile ſpatioſum halitu odorifero per longum tempus, ſi loco humido reponatur, ideoque incolæ non curant arbores teſtis plantatas, ſed magno pretio ſpicam emunt. *Forſkohl, quod confirmat Thunberg.*

*Obſervatio.*

Huius generis forte plures ſpecies vel varietates, quarum figuras habent Rumphius & Rheede.

# TRIANDRIA.

*cernuus.* RESTIO culmo ſimplici aphyllo, ſpicis turbinatis pendulis.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*verticillaris.* RESTIO ramis verticillatis articulatis, panicula compoſita coarctata.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

Similis Elegiæ, at differt ramis circa caulem verticillatis.

*tectorum.* RESTIO culmo ſimplici aphyllo, racemo compoſito erecto.

*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Uſus* pro tegumentis tectorum in Capite bonæ ſpei.

*elliptica.* MABA.
Maba elliptica. *Forſt. gen. n.* 61.
*Habitat* in Inſulis Tonga Tabu & Namoka.
*Equ. Bäck.* ♄.
*Arbuſcula* glaberrima, ramulis & foliis recentiſſimis hirſutis.
*Folia* alterna, breviſſime petiolata, elliptica, venoſa, glaberrima.
*Pedunculi* axillares, breves, ſæpe triflori.
*Flores* parvi, & ſingulares quod calyx & corolla extus ſunt omnium villoſiſſimi.

# TETRANDRIA.

*pauciflorum.* VISCUM foliis ovatis obtuſis enerviis, floribus ſparſis ſolitariis, caule fruticoſo, ramis alternis.
*Habitat* in Cap bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
Paraſita, cana, quamvis non tomentoſa.

*rotundifolium.* VISCUM foliis orbiculatis, floribus verticillatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Paraſitica.

*Capenſe.* VISCUM aphyllum, ramis brachiatis.
Viſcum Oxycedri. *Cluſ. ?*
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei in arboribus paraſitica. *Sparrmann.* ♄.
*Frutex* lignoſus, ramoſiſſimus, brachiatus, articulatus, cortice longitudinaliter ſubrugoſo, articulis ſingulis teretibus apice in ſquamam obtuſiuſculam deſinente, perfecte ut in Salicornia herbacea, cui ſtatura admodum accedit.
*Folia* nulla.
*Antheræ* ſeſſiles, binæ ſ. quatuor.
*Baccæ* laterales, oppoſitæ, ſepe tres ſimul, ſeſſiles, magnitudine Ribis, cum Stylo cylindrico, breviſſimo, Stigmate obtuſo, cui circumſtat areola cincta margine tetragono, brevi, vix quadrifido.

*acris.* MONTINIA.
Caryophyllæa fruticoſa, foliis alternis oblongis. *Burm. afr.* 245. *t.* 90. *f.* 1. 2.
Anonymos æthiopica, hyſſopi ſubrotundis foliis ex nodulo infertis. *Pluk. mant.* 15. *t.* 333. *f.* 3.
Epidendron lychnidis flore, africanum. *Pluk. alm.* 135. *t.* 174. *f.* 7.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei, in collibus arenoſis. *Sparrmann.* ♄.
*Radix* lignoſa.
*Caulis* fruticoſus, angulatus, ramoſus, glaber, pedalis.
*Rami* alterni, parum ramoſi, cicatriculis a baſi petiolorum reſiduis.
*Folia* alterna, petiolata, oblongo-ovalia, obtuſa, nervoſa, venoſa, integerrima, glabra, craſſiuſcula, erecta.
*Petioli* breviſſimi, ſubdecurrentes, decidentes ſupra baſin.
*Flores* terminales, ſolitarii, rarius quinqueſidi, albi.
*Fructus* groſſiuſculus.
*Sapor* acris.

# HEXANDRIA.

*tetragona.* SMILAX caule inermi tetragono, foliis cordatis quinquenerviis acuminatis inermibus.
*Habitat* . . . ♃. H. U.
*Caulis* tetragonus, omnino flexuoſus.
*Folia* cordata, acuminata, quinquenervia, obſoletius perennia.
*Petioli* longitudine auricularum ſ. loborum cordis ipſius folii.
Mihi nondum floruit, nec cirrhos protulit.
Folia anguſtiora reliquis meis.

*trifida.* DIOSCOREA foliis trifidis cordatis.
*Habitat* in Surinamo. *Allamand.*
*Caulis* alatus, tuberiferus.
*Folia* cordata, nervoſa, ſemitrifida ſ. palmata: lobis lateralibus ad petiolum valde emarginatis & poſtice productis in lobos ſinuoſos.

# OCTANDRIA.

*nobilis.* MARGARITARIA.

Evonymus margaritifera pentacoccos americana. *Pluk. phyt.* 176. *f.* 4.

*Habitat* in Surinamo. *Dalberg.*

Habui huius plurima ſpecimina diverſæ indolis.

*Mas.*

*Rami* teretes, brachiati, flexuoſi.

*Folia* oppoſita, petiolata, ovata, lævia, integerrima, conſiſtentiora, magnitudine Evonymi.

*Panicula* ex racemis compoſitis: floribus copioſiſſimis, parvis, ut in Spiræa Arunco.

*Germen* obtuſum, minutum, abortiens.

*Stylus* ſetaceus, ſimplex.

*Stigma* obtuſum.

*Fœmina.*

*Rami* alterni,

*Folia* minus conſiſtentia, ſemper alterna.

*Pedunculi* axillares, ſimplices, ſemper uniflori.

*Calyx* ſemper planus, quadrifidus.

*Styli* quatuor ſ. quinque, patuli ſupra germen, perſiſtentes.

*Bacca* quidem globoſa, ſed nucleus tetra- ſ. pentacoccus, nitidiſſimus margaritæ colore omnium in tota natura.

Marem nunquam fœminæ ſocium dixiſſem, niſi adieciſſet Collector fructum ſeparatum, nec adhærentem ramo. Mari neque folia alterna, neque calyces plani, ſed tubuloſi; neque ſtyli quatuor ſ. quinque, ſed unus, longior, ſetaceus, abortiens.

# DODECANDRIA.

*racemoſa.* EUCLEA.

Euclea racemoſa. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 747.

Padus foliis ſubrotundis, fructu racemoſo. *Burm. afr.* 238. *t.* 84. *f.* 1.

*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. ♄.

*Arbor*

*Arbor* ramosa.
*Folia* alterna, subpetiolata, obovata, integerrima, obtusa, glabra, perennia.
*Racemi* in summis alis foliorum, simplices, nutantes, longitudine vix foliorum.

# POLYANDRIA.

*ferruginea.* CLIFFORTIA foliis lanceolatis setaceo-serratis.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Sparrmann.* ♃.
*Caules* Polygoni avicularis, filiformes, sæpius prostrati, læves, ramosi.
*Rami* breviores, ferruginei, herbacei.
*Folia* alterna, subpetiolata, striata, acuta, nuda, serrata: serraturis setaceis, inermibus.
*Stipulæ* bipartitæ, ferrugineæ, scariosæ.
*Flores* axillares, sessiles, trifidi.
*Filamenta* capillaria, longa.
*Antheræ* ovatæ.
Fœminam non vidi.

*graminea.* CLIFFORTIA foliis simplicibus ensiformibus serrulatis, petiolis dilatatis terminatis aristis binis stipuliformibus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei iuxta rivulum Dnie Fontin rariſſima. *Thunberg.*
*Caules* plures simul, bipedales, vix ramosi, striati, foliis tecti.
*Folia* approximata, erecta, convoluta, ensiformia, glabra, striata, acuta, subtiliſſime serrata.
*Petioli* lati, coniunguntur cum foliis per articulum: marginibus elongatis in lacinias subulatas, erectis.

*obcordata.* CLIFFORTIA foliis ternatis: foliolis subrotundis: intermedio obcordato.
*Habitat* in Cap bonæ spei. ♄.
*Frutex* erectus, humilis: ramis distichis.
*Folia* sessilia, terna, obovata, enervia, obtusiſſima, integerrima, glabra, Peplis facie, parva.
*Flores* axillares foliorum, sessiles, foliis non longiores.
Sæpe obſervantur folia bina.

CLIFFOR-

*ternata.* CLIFFORTIA foliis ternatis: foliolis integris piloſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* foliis parvis, ovato lanceolatis, piloſis, diverſiſſimus a reliquis Cliffortiis.

*crenata.* CLIFFORTIA foliis crenulatis orbiculatis binatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Dr. Thunberg.* ♄.
*Frutex* maiuſculus, erectus.
*Folia* alterna, ſeſſilia, coniugata, tenuiſſime crenulata, glabra, magnitudine unguis.
*Flores* axillares, ſolitarii, trifidi.

*filifolia.* CLIFFORTIA foliis filiformibus triquetris glabris integerrimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*teretifolia.* CLIFFORTIA foliis faſciculatis teretibus ſubulatis incurvis glabris integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*ericæfolia.* CLIFFORTIA foliis faſciculatis teretibus ſulcatis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Obſervatio.*

Cliffortia filifolia, teretifolia & ericæfolia valde ſimiles ſunt.

*pulchella.* CLIFFORTIA foliis binatis orbiculatis integerrimis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Folia* binata, conniventia, & in cavitate, quam formant, flores conſervant ut Hedyſarum pulchellum, extus nervis radiantibus pulchre ornata.

*iuniperina.* CLIFFORTIA foliis ternis triquetris ſubulatis confertis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.* ♄.
*Frutex* Iuniperi facie, erectus, tripedalis, ramoſiſſimus.

*Folia*

*Folia* faſciculata, aceroſa (iuniperina), linearia, canaliculata, mucronata, ſubſerrata, ſi diſtinguantur terna, in petiolo latiuſculo, breviſſimo, ut vix manifeſto.
*Flores* axillares, ſeſſiles.

*falcata.* CLIFFORTIA foliis ternatis linearibus falcatis glabris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* pedalis, erectus, ramoſus, ſtrictus.
*Folia* ternata, ſæpius tria e ſingula gemma.
*Foliola* linearia, acutiuſcula, incurva.
C. ſarmentoſæ accedit foliis, ſed huic ſunt glabra.

*odorata.* CLIFFORTIA foliis ſimplicibus ovatis ſerratis coſtatis ſubtus villoſis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.
*Frutex* erectus, tripedalis, parum ramoſus.
*Rami* ſimplices, ſubpubeſcentes.
*Folia* alterna, ſubpetiolata, cordata, elliptica, ſerrata, obtuſa, ſubtus villoſa & venoſa, herbacea, minime rigidula.
*Stipulæ* ſub folio, membranaceæ, ſemibifidæ, acutæ, marceſcentes.
*Flores* axillares foliorum.
*Calyx* tripartitus.
*Stamina* plura.
Marem tantum vidi, nec fœminam.
Flos maſculus omnino Cliffortiæ, quamvis habitus alienus.
Refert potius Mentham.

*Obſervatio.*

D. Doctor Thunberg omnes Cliffortiæ ſpecies deſcripſit in Actis nidroſienſibus.

*dentata.* HEDYCARIA.
Hedycaria arborea. *Forſt. gen. n.* 64.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Equ. Bäck.* ♄.
*Frutex* glaber.

*Folia*

*Folia* alterna, oblonga, ſerrata, breve petiolata, glaberrima, venoſa: venis ſubtransverſalibus.
*Racemi* axillares.
*Calyces* hirſuti.
*Nuces* dulciſſimi.

# MONADELPHIA.

*Capenſis.* CISSAMPELOS caule volubili, foliis ovatis obtuſis petiolatis integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*fruticoſa.* CISSAMPELOS caule erecto fruticoſo, foliis ovatis petiolatis integris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

# GYNANDRIA.

*hirta.* CLUTIA foliis ovatis nudis integris, floribus lateralibus glomeratis hirſutis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♄.

*acuminata.* CLUTIA herbacea, foliis ovatis glabris obtuſis cum acumine, floribus axillaribus ſolitariis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
Refert Andrachnem Telephioidem.

# POLYGAMIA.
## MONOECIA.

*ſquarroſus.* SPINIFEX.
Spinifex ſquarroſus. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 757.
Stipa ſpinifex. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 104.
Ambas unius eiusdem ſpeciei eſſe docuere recentiores obſervationes.

*contortum.* ANDROPOGON ſpica ſolitaria, floſculis hinc maſculis muticis inde fœmineis longiſſimis unito contortoque ariſtatis.
Andropogon contortum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 758.
*Habitat* in India orientali. ♃. H. U.

*Culmi*

*Culmi* multi, filiformes, debiles, læves, rubicundi: geniculis tribus ad quinque; falcati.
*Folia* ſpithamæa, lævia, baſi & faucibus ſubciliata.
*Spica* pedunculata, bipollicaris, anguſta, lævis, imbricata floſculis maſculis fœmineisque.
*Floſculi maſculi* in dorſo ſpicæ, ſubpedicellati, appreſſi, alterni.
*Calyx* univalvis.
*Corolla* bivalvis: valvulis muticis, ſublanceolatis, lævibus: pilis raris, exſtantibus.
*Antheræ* luteæ.
*Floſculi fœminei* in ventre ſpicæ, cylindrici, griſei, appreſſi, maſculis duplo longiores.
*Calyx* valvula unica, alterius vicem gerente ariſta.
*Ariſtæ* tota ſpica longiores, omnes ſupra ſpicam approximatæ, & ſimul contortæ.
*Piſtilla* piloſa, ſanguinea.

*ſquarroſum.* ANDROPOGON panicula conferta, glumis ſubulatis ſcabris.
*Habitat* circa Zeylonam natans ſupra ſtagna profundiora, rarior. *König.*
*Culmi* glabri.
*Folia* ſcabriuſcula.
*Panicula* conferta.
*Flos* hermaphroditus ſeſſilis, maſculi pedicellati.
*Glumæ* anguſtæ, uniſloræ, acuminatæ in longiorem cuſpidem, imprimis gluma calycina exterior, ſurſum læves, ſed retrorſum aſperæ a cuſpidibus ſurſum verſis.
*Corollæ* ciliatæ.
Panicula & glumis refert Agroſtidem.

*ſerratus.* HOLCUS calycibus biſloris pubeſcentibus muticis, foliis ſerratis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.* ♃.
*Radix* repens, confertim vaginata vaginis foliorum.
*Culmi* inferne decumbentes. confertim ramoſi, vaginis foliorum tecti, ſuperne nudi, pedales, læves, ſimpliciſſimi, inferne veſtiti vagina unica, ſubaphylla.

*Folia* vaginis tumidulis, ſtricta, magis ſerrata quam in aliis.
*Racemus* compoſitus, anguſtus.
*Flores* villoſi, mutici, purpuraſcentes.
*Calyx* biflorſculus, mollis, villoſus, floſculos tegens.
*Floſculus maſculus* triandrus.
*fœmineus* ovatus: petalis cartilagineis.

*digitata.* APLUDA ſpicis digitatis ſecundis.
*Habitat* in India. *Thunberg.*
*Gramen* inter altiora.

*urticæfolia.* PARIETARIA foliis oppoſitis petiolatis ovatis ſerratis venoſis pubeſcentibus, floribus axillaribus.
*Habitat* in Inſula de Bourbon. *Thouin.*
Ramoſiſſima.
*Folia* parva, Urticæ ſimillima.

*Catappa.* TERMINALIA foliis obovatis ſubtus tomentoſis.
Terminalia Catappa. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 764.

*Benzoin.* TERMINALIA foliis lanceolatis.
Croton Benzoe. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 721.
Terminalia anguſtifolia. *Iacqu. hort. v.* 3. *p.* 51. *t.* 100.
Pamea guianenſis. *Aubl. guian. p,* 946. *t.* 359?
*Habitat* in India orientali. ♄. H. U.
*Arbuſcula* nunc huius in horto eſt aliquot annorum, cortice glabro, minutiſſime rimoſo, fuſco.
*Rami* verticillati, apice folioſi, patuli, ſimplices, piloſi.
*Folia* lanceolata, conferta, petiolata, repanda, piloſa, virentia: venis ſanguineis, reticulatis.
*Stipulæ* nullæ.
*Fructificatio* mihi ſemel viſa 1774. Aug. 8.
*Racemus* horizontalis, mox infra folia, ſimplex, brevis, in eodem flores maſculi, unico hermaphrodito.
*Flores* maſculi.
*Calyx* monophyllus, ſemiquinquevalvis: valvulis ovatis, acutis.
*Corolla* nulla.

*Filamen-*

*Filamenta* decem, inæqualia, calyce longiora.
*Antheræ* quadrangulæ, breves.
*Flos hermaphroditus.*
*Calyx* ut in maſculis.
*Corolla* nulla.
*Stamina* ut in maſculis.
*Germen* inferum obclavatum (ovato-oblongum); collo coarctato.
*Stylus* filiformis.
*Stigma* ſimplex.
*Drupa* cymbæformis ſ. concava, altero latere convexa ſ. teſtudinea. *Iacqu.*
*Nux* oſſea duriſſima, ovata, obtuſa, aſpera, unilocularis. *Iacqu.*
Trunci lignum ex Benzoe officinarum, quod ſecum adportavit D. D. Thunberg, cortice ſingulari valde refert corticem noſtræ arboris.

*capitata.* HERMAS caule tomentoſo, foliis ſubcordatis ſerratis, umbellis capitatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *D. D. Thunberg.* ♃.
*Folia* petiolata, radicalia, ſubcordata, aut ovata, ſerrata, obtuſiuſcula, pollicaria, venoſa, ſubtus albo-tomentoſa.
*Scapus* aphyllus, pubeſcens, ſemipedalis.
*Capitula* tria, alterna, pedunculata, conſtantia ex floſculis vix conſpicue pedicellatis, inſtar Floris Syngeneſiæ,
*Involucrum univerſale* ſuboctophyllum, longitudine florum: foliolis lanceolatis,
*Radii umbellæ* breviſſimi.
*Involucella umbellularum* foliolo unico, lanceolato, laterali.
*Floſculi* pedicellati: maſculi duo ſ. tres, albi.
*Petala* integra.
*Stamina* quinque.

*gigantea.* HERMAS foliis lanceolato-ovatis ſupra lanuginoſis ſubtus tomentoſis integris.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei in montibus altiſſimis.
*Folia radicalia* petiolata, lanceolato-ovata, obſolete crenata, longitudine pedalia, latitudine ſpithamæa, ſupra villoſa, ſubtus denſiſſime niveo-tomentoſa.

*Caulis* quadripedalis, uno alterove folio minori versus inferiora: axillis villosis.
*Umbella* terminalis, pedunculata.
Infra hanc Ramuli floriferi quatuor, verticillati, uno alterove ramo inferiori florifero itidem.
*Involucrum* polyphyllum, lineare, acutum, umbella brevius.
*Radii primordiales* copiosissimi.
*Involucella* sæpius triphylla, lateralia, longitudine florum.
*Radii umbellularum* plurimi.
*Petala* lanceolata.
*Stamina* quinque.
*Usus.* Tomentum ex foliis derasum inservit pro fomite in Capite bonæ spei, ut fomes Chinensium e lana Artemisiæ paratus.

*quinquedentata.* HERMAS caule glabro, foliis ovatis quinquedentatis subtus tomentosis, umbella solitaria.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
Distinctissima foliis parvis, exacte profunde quinqueserratis.

*ciliata.* HERMAS caule glabro, foliis ovatis ciliatis subtus tomentosis, umbellis pluribus.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*

*Observatio.*

Hermatis genus difficile a Bupleuro separatur, & constans vix permanet.

*simplicifolia.* MIMOSA inermis, arborea, foliis ovatis integerrimis nervosis obtusis, spicis globosis pedunculatis.
Mimosa simplex. *Sparrm. Act. upsal. v.* 3. *p.* 197.
*Habitat* in Insula Tanna. *Equ. Bäck.* ♄. H. U.
*Arbuscula* pulchra.
*Cortex* glaber, cinereus.
*Folia* magna, ovata s. oblonga, planissima, absque costa longitudinali, nervosa: nervis numerosis; brevissime petiolata, glaberrima.
*Stipulæ* nullæ.

*Spicæ*

*Spicæ* globoſæ, axillares, parvæ, breve pedunculatæ.
*Legumen* compreſſum, incurvatum, longitudine folii, toruloſum.
**Nullus** a ſola herba hanc Mimoſam diceret.

*odoratiſſima.* MIMOSA inermis, foliis bipinnatis: quadriiugis: multiiugis, foliolis oblongis obtuſis, paniculis virgatis: ſpiculis globoſis.
*Habitat* in Zeylona. ♄.
*Arbor* altior.
*Folia* magna, tri-ſ. quadriiuga, verſus inferiores & intra ſumma pinna glandula.
*Pinnæ* multiiugæ: foliolis oblique oblongis, ſupra glaberrimis, ſubtus canis.
*Paniculæ* axillares, tres, elongatæ, magnæ, diffuſæ: pedicellis terminatis in ſpicas globoſas.
*Flores* albi, fragrantiſſimi.
*Legumina* plana, coriacea, ſimillima M. latiſiliquæ, at anguſtiora & minus undulata. *König.*

*eburnea.* MIMOSA ſpinis ſtipularibus connatis divaricatis teretibus ſubulatis, foliis bipinnatis: foliolis ſexiugis, ſpicis globoſis pedunculatis axillaribus pluribus.
*Habitat* in India. ♄.
*Arbuſcula* horridis ſuis ſpinis ſingularis.
*Spinæ* hæ ſ. longiores, quæ ſolummodo in apice rami ad flores, ubi rami carent foliis, ſunt bipollicares, baſi connatæ, rectiſſimæ, teretes, compreſſæ ut in M. cornigera, nitidiſſimæ, quaſi oſſeæ, colore albido: apice rubro.
Spinæ in inferiore parte caulis & Folia breviſſimæ ſunt, ut non crederes easdem.
*Folia* bipinnata, quadriiuga.
*Foliola* minora, cinerea, ſexiuga.
*Pedunculi* quatuor ad octo in axillis ſpinarum exeunt, ſingulares terminati in globulos florum minores, luteos.

*latronum.* MIMOSA ſpinis ſtipularibus connatis divaricatis teretibus ſubulatis, foliis bipinnatis: foliolis quadriiugis; ſpicis elongatis pedunculatis axillaribus ſubgeminatis.

*Habitat* infra montem Tripully frequens inter Tanſchu & Tirut Schinapally copioſiſſime. *König.* ♄.

*Frutex* horridiſſimus, ramoſiſſimus, depreſſus.

*Ramuli* flexuoſi, invicem implexi, glabri: punctis albicantibus.

*Folia* minima.

*Spinæ* nitidæ, colore lacteo, ubique per ramulos æquales, longæ, rectiſſimæ & divaricatæ.

*Spicæ* axillares, elongatæ, plerumque binæ, raro ſolitariæ.

*Flores* albi.

*Legumen* compreſſum, ſemilunatum.

*cornigera.* MIMOSA ſpinis ſtipularibus connatis divaricatis compreſſis apice ſubulatis, foliis bipinnatis: foliolis duodecim-ad vigintiiugis; ſpicis axillaribus elongatis.

Mimoſa cornigera. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 770.

*Habitat* in India. ♄.

*Spinæ* figura ſua, cornua bovina valde exprimunt, huius latiores, non albæ, ſed luteæ, ad longitudinem quinque pollicum interdum.

*Obſervatio.*

Spinæ Mimoſæ eburneæ, latronum & cornigeræ ſunt inanes, unde Formicæ in illis domicilia ſua quærunt, quæ ad leviſſimam arboris concuſſionem catervatim atque cum impetu ſpinis egreſſæ, undique dilapſæ, formicinæ inſtar pluviæ in proximum adſtantem cadunt & mordent, morſu prunulæ in modum ardente & dolente. *Iacquin.*

In montoſis Indiæ formant hæ Mimoſæ ſylvas impenetrabiles, ramis ſuis intime implexis & horridis ſpinis, inter quas tuta quærunt Latrones domicilia, Animalia varia minora & Aves (Gallinæ noſtræ.)

*natans.* MIMOSA inermis, procumbens, foliis biiugis, capitulis ſubrotundis, floribus decandris: radialibus ſterilibus maioribus.
*Habitat* in Tranquebar. *König.* ♃. H. U.
*Planta* ſemipedalis, terræ adpreſſa.
*Folia* biiuga.
*Foliola* octoiuga, parum ſenſitiva.
*Flores* pallidi.
*Petala* quinque.
*Antheræ* croceæ.

*Catechu.* MIMOSA ſpinis ſtipularibus, foliis bipinnatis multiiugis: glandulis partialium ſingulis, ſpicis axillaribus geminis ſ. ternis pedunculatis.
Catechu. *Kerr Medical obſerv. v.* 5. *p.* 151. *t.* 4. bona. *Mill. faſc.* 1.
*Habitat* in India orientali. ♄.
*Frutex* caule lævi: ſpinis ſtipularibus geminatis, recurvis diſtinctis.
*Folia* alterna, bipinnata, multiiuga (ad triginta), glandula inter ſingula.
*Foliola* multiiuga, lævia, linearia.
*Pedunculi* axillares, duo ad quatuor: ſpicis ſolitariis, cylindricis, folio brevioribus, luteis.
*Flores* quinquepartiti, polyandri.
*Stamina* longiora.
*Piſtillum* declinatum.
Ex hac Terra Catechu officinarum paratur, quæ quondam falſe putata ab Areca Catechu.

# DIOECIA.

*Kaki.* DIOSPYROS ramis tomentoſis, foliis ovatis utrinque acuminatis ſubtus pubeſcentibus, pedunculis ſolitariis bifloris cernuis.
Ki ſ. Kaki. *Kæmpf. amæn. p.* 85. *t.* 86.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.* ♄.
*Arbor* Iaponenſibus ob gratum ſaporem Pomorum notiſſima.
Differt a D. Loto pedunculis axillaribus bifloris, & a D. virginiana ramis & foliorum pagina inferiore pubeſcente.

*hirſuta.* DIOSPYROS ramis foliisque ſubtus villoſis, foliolis ellipticis obtuſis, floribus axillaribus congeſtis ſeſſilibus.
*Habitat* in Zeylona. *Thunberg.* ♄.
Differentia quodammodo convenit D. Kaki, ſed D. hirſuta ſatis differt floribus ſeſſilibus, pluribus; foliis utrinque obtuſis, nec acuminatis.

*Ebenum.* DIOSPYROS glaberrima, foliis oblongis utrinque glaberrimis coriaceis venoſo-reticulatis, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus.
*Habitat* in vaſtis ſylvis Zeylonæ. *König.* ♄.
*Arbor* maxima, duriſſima, glaberrima quoad omnes ſuas partes.
*Ramuli* cortice cinereo: foliiferi nigreſcentes.
*Folia* alterna, breve petiolata, oblonga, integerrima, obtuſa, ſupra glaberrima, ſplendentia, ſæpe maculata, ſubtus venulis rugoſa, quaſi parum cana.
*Flores* ſeſſiles.
*Bacca* ſeſſilis, ovata: calyce quadrifido, reflexo.
*Semina* ſex ad octo, ovata, nigra, compreſſiuſcula.
Valde aſſimilat D. Loto, niſi illius folia magis ovata & ſubtus magis cana.
Lignum grave, compactum, durum, verſus corticem albidum, ſed verſus centrum ſ. medullam nigerrimum, quæ nigredo ſenſim occupat totum truncum, eodem modo ac reſinoſa pars ligni Pini per emortuos ramos quotannis.
Hoc eſt verum Lignum Ebenum, cuius originem detexit König, confirmavit Thunberg.

*herbaceum.* ANTHOSPERMUM foliis ſenis lævibus, caule herbaceo.
*Habitat* in Africa ad Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
*Facies* Galii.
*Caules* herbacei, diffuſi, teretiuſculi, rubri, læves.
*Rami* oppoſiti.
*Folia* ſeno-verticillata, ſeſſilia, lanceolata, lævia, uninervia.
*Flores* axillares.

*Obſervatio.*
Omne Anthoſpermum eſt dioicum absque hermaphrodito. *Thunberg.*

STILBE

*cernua.* STILBE ſpicis cernuis, foliis quaternis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillima S. Pinaſtræ, at ramuli cum capitulo nutant.

*arborea.* PANAX foliis ſeptenatis, umbellis compoſitis.
*Habitat* in Nova Zeelandia. *Eques Bäck.* ♄.
*Folia* petiolata, digitata.
*Foliola* ſeptem, variæ magnitudinis, oblonga, ſerrata, glaberrima, nitida.
*Umbella* compoſita, magna: radiis elongatis; non ſimplex ut in P. quinquefolio.

*ſpinoſa.* PANAX fruticoſa, ſpinis infrarameis ſolitariis, foliis alternis quinatis, umbellis lateralibus.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.* ♄.
*Spinæ* robuſtæ, rectiſſimæ, patentes, loco folii infra propagines abbreviatas ramulorum.
*Propagines* conſtant ex tribus ſ. quatuor foliis absque ramulo & inter hæc folia eſt pedunculus filiformis cum ſimplici umbella: floribus parvis, albis.
*Folia* cuneiformia, apice producta, ſerrata: inferiora breviora.

# TRIOECIA.

*trigona.* FICUS foliis ellipticis, calycibus bifidis, baccis umbilico triangulari.
Ficus folio citri obtuſo, fructu ſanguineo. *Plum. ic. p.* 123. *t.* 132. *f.* 1.
*Habitat* in Surinamo. *Dalberg.* ♄.
*Arbor* ſuperne folioſa.
*Folia* alterna, petiolata, ovalia, vix cordata, ſubtus magis coſtata, glabra.
*Fructus* axillares, plures, magnitudine baccæ Ribis Groſſulariæ, globoſi.
*Calyx* obtuſus, bifidus.
*Umbilicus* triangularis: ſingulo angulo lacuna oblonga fiſſo.
*Pedunculi* breviſſimi, uniflori.

*pertuſa.* FICUS foliis ovatis glabris, calycibus bifidis, baccis globoſis foramine umbilicatis.
Ficus alia lauri foliis, fructu minori. *Plum. ic. p.* 124. *t.* 132. *f.* 2.
*Habitat* in Surinamo. *Dalberg.* ♄.
*Arbuſcula.*
*Folia* ovata, acuminata, glaberrima.
*Fructus* ruber, magnitudine baccæ Ribis rubri, ſparſi, copioſiſſimi, pedicellati, globoſi: foramine tereti, umbilicali.

*hiſpida.* FICUS foliis petiolatis oblongis acutis, fructibus ſtrigoſo-hiſpidis.
*Habitat* in Iava. *Thunberg.*
*Tota* pilis minutiſſimis, ſparſis, raris veſtita.
*Folia* longe petiolata.
*Pedunculus* in axillis foliorum, filiformis, hiſpidus: ſetis brevibus, rigidis, luteſcentibus, ſplendentibus.
*Fructus* globoſus, veſtitus eodem tegumento ac pedunculus.

*heterophylla.* FICUS caule hiſpido, foliis oblongis indiviſis trilobis ſinuatisque ſcabris, fructu pedunculato glabro.
Nir-Atti. *Indor.*
*Habitat* in India orientali prope rivulos & in aliis locis aquoſis, præſertim iis propter hamulos cirrhorum & ſpinas Calami Rotang vix acceſſibilibus. *König.*
Valde ſingularis foliis diverſis in eodem caule.
*Caulis* gracilis, ſubflexuoſus, hiſpidus.
*Folia* petiolata, utraque pagina valde ſcabra.
*inferiora* indiviſa, oblonga, integra.
*ſuperiora* diviſa ut Ficus Caricæ.

*microcarpa.* FICUS foliis oblongis breve petiolatis trinerviis venoſis glaberrimis, fructu globoſo parvo ſeſſili.
*Habitat* in Iava. *Thunberg.*

CRYPTO-

# CRYPTOGAMIA.
# FILICES.

*pumila.* ZAMIA frondibus pinnatis: foliolis linearibus obtusis.
Zamia pumila. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 778.

*Cycadis.* ZAMIA frondibus pinnatis: foliolis lanceolatis acuto-spinosis.
Cycas cafra. *Thunb. Act. upsal. v.* 2. *p.* 284. *t.* 5.
Broodboom. *Capens.*
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *D. D. Thunberg.* H. U.
*Caulis* quasi bulbosus supra terram, tomentosus, imbricatus.
*Folia* pinnata, radicalia s. bulbi, simillima Cycadis, sed nec circinalia, nec pinnis infimis spinescentibus.
*Flores* masculi ut in Cycade circinali, sed fœminei similes masculis, & sub singula squama baccæ duæ ut in Zamia pumila.

*flexuosum.* OPHIOGLOSSUM scapo flexuoso tereti, frondibus oppositis petiolatis palmatis: pinnis lanceolatis integerrimis glabris.
Ophioglossum flexuosum. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 779.
Adianthum volubile polypoides s. maius. *Rumph. amb, v.* 6. *p.* 75. *t.* 33.
*Habitat* in India. ♄.
*Frondes* remoti in caule, tri s. quadrilobati s. rectius postici.

*nudicaule.* OPHIOGLOSSUM foliis ovatis, scapo aphyllo.
*Habitat* in Cap. bonæ spei. *Thunberg.*
*Planta* minima, pollicem transversum alta.
*Radix* fasciculata, filiformis.
*Folia* nonnulla, radicalia, petiolata, ovata, integerrima
*Scapus* filiform , aphyllus.
*Spica* longitud..e scapi, paulo crassior.

*punctatum.* ACROSTICHUM fronde pinnata: foliolis alternis lanceolatis integerrimis: infimis auriculatis, ſupremis decurrentibus, ſupra punctatis glabris.
*Habitat* in Isle de Bourbon. *Sonnerat per Thouin.*
Simillimum A. rufo, at foliolis longioribus, utrinque attenuatis, nudis, punctatis.

*viviparum.* ACROSTICHUM frondibus viviparis bipinnatis: pinnis binatis unilateralibus: pinnulis pinnatifidis furcatis ſubulatis margine interiori fructificantibus.
*Habitat* in Isle de France & Bourbon. *Sonnerat per Thouin.*
***Frons*** ovato-oblonga, bipinnata: ſtipite angulato.
*Folia* in uno latere frondis, binata, æqualia.
*Foliola inferiora* pinnatifida.
*ſuperiora* furcata.
*ſuprema* ſimpliciſſima, ſubulata.
***Fructificatio*** erumpit e margine interiori laciniarum per maculam oblongam, quæ tandem dilatata per ſuperficiem.
Difficile huc reducitur ſecundum characterem genericum, ſed fructificatio erumpit ut in A. ſeptentrionali & auſtrali.

*auſtrale.* ACROSTICHUM ſtipitibus nudis glaberrimis apice dichotomo-ramoſis quinque ſ. ſex radiatis ſubulatis lateriflоris.
*Habitat* in Isle de France & Bourbon. *Sonnerat per Thouin.*
Simillimum A. ſeptentrionali magnitudine & ſtructura, ſed hoc quaſi argenteum, magis determinate diviſum, & margine interiore longitudinaliter fiſſo fructificationes purpureas emittens.
***Frondium ultimæ diviſiones*** ſubulatæ, teretiuſculæ, rectiuſculæ.

*ſpicatum.* ACROSTICHUM fronde ſimplici petiolato-lanceolata utrinque attenuata integerrima, ſpica terminali lineari.
*Habitat* in Isle de France. *Thouin.*

*Frondes*

*Frondes* radicales, ſimpliciſſimi, glaberrimi, venoſi.
*Spica* terminalis, foliis quaſi & fronde formata, linearis, digiti longitudine, recta, fronde anguſtior, latere anteriore fructificationibus pulverulenta, purpurea, poſtice plana, nuda, glaberrima.

*ſerrulata.* PTERIS frondibus ſemibipinnatis linearibus ſerrulatis.
Lingua cervina triphylla anguſta & læviter ſerrata. *Plum. ic.* 123. *t.* 144.
Phyllitis ramoſa trifida. *Sloan. jam. v.* 1. *p.* 88. *t.* 45. *f.* 2.
*Habitat* in Iamaica. H. U.
*Stipes* ſemiteres, ſpithamæus, lævis, viridis, inferne purpureus.
*Frons* ſemibipinnata: foliolis decurrentibus, oppoſitis.
*Foliola infima* inæqualiter quinquepartita: pinnis enſiformibus: una alterave elongata.
*proxima* ſimilia, decurrentia, ſed tripartita.
*tertiæ quartæve conjugationis* ſimplicia, paulo minora.
*Foliolum ultimum* pinna impar, longior, ultimis unita.
Pinnæ ſteriles tenuiſſime ſerratæ, fertiles vix crenatæ.

*Japonicum.* BLECHNUM frondibus pinnatis: pinnis lanceolatis ſemipinnatifidis: lobis obtuſiuſculis ſerratis.
*Habitat* in Japonia. *Thunberg.*
Inter Filices maiores.
*Stipes* furfuraceus.
*Pinnæ* glaberrimæ.

*Capenſe.* POLYPODIUM fronde ſupradecompoſita: foliis bipinnatis: pinnis baſi unifloris.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *Sparrmann.*

*Frons*

*Frons* ſupradecompoſita.
*Rami* alternatim bipinnati.
*Foliola* lanceolata, alternatim pinnata.
*Pinnæ* oblongæ, ſerratæ, acutiuſculæ, baſi approximatæ.
*Fructificatio* in pinnis ſolitaria, ad eorum baſin.

*falcatum.* POLYPODIUM frondibus pinnatis: pinnis petiolellatis cordato-lanceolatis falcatis crenatis; fructificationibus plurimis ſparſis.
*Habitat* in Iaponia. *Thunberg.*
Simillimum P. Lonchitidi, at differt fronde maiore: foliolis petiolellatis, magis acuminatis, obtuſiſſime ſerratis
*Fructificationis puncta* non per ſeries binas ut in P. Lonchitide, ſed per totam paginam inferiorem diſperſa, tamen diſtantia.

*Pica.* POLYPODIUM fronde ſimplici cordata triloba: lobis lanceolatis ſubulatis baſi auriculatis: intermedio elongato.
*Habitat* in Inſula Madagaſcar. *Sonnerat per Thouin.*
*Stipes* glaberrimus, ater.
*Frons* refert Picam volantem, triloba.
*Lobi* elongati, integerrimi.
*intermedius* lateralibus duplo longior, baſi utrinque auriculatus.
*laterales* baſi uniauriculati.
*Fructificationis puncta* ſparſa.

*repens.* ADIANTHUM frondibus ſimplicibus trapeziformibus cordatis pinnatifidis: laciniis lanceolatis apice ſerratis floriferis: infimis inciſis.
*Habitat* in Isle de France. *Sonnerat par Thouin.*
*Caules* longi, paleacei, repentes.
*Stipites* erecti, paleacei.
*Frons* bipollicaris, trapezoideo-ovata, baſi cordata, glaberrima, pinnatifida, baſi profundius diviſa.
*Laciniæ* lanceolatæ, integerrimæ, apice ſerratæ.
*infimæ* margine exteriore baſi profunde inciſæ.
*verſus apicem* ſenſim minores.
*Punctum fructificationis* in ſerraturis.

ADIAN-

*furcatum.* ADIANTHUM fronde bipinnata: pinnis fæpius bipartitis linearibus, linea fructificationis unica.
Filicula corniculata inſulæ Helenæ. *Pluk. mant.* 83. *t.* 350. *f.* 4.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei & Inſula Helenæ. *Thunberg. Thouin.*
*Frons* ſtirpe bipedali, lævi, bipinnata.
*Foliola* alterna, alternatim pinnata, elongata.
*Pinnæ* pleræque bipartitæ, lineares, integerrimæ.
*Fructificatio* in Laciniis pinnarum, ad marginem ipſum ſuperiorem, in cuius medio membranæ, duæ laciniæ quaſi, finduntur, & fructificationem emittit unicam ſingula lacinia.
An bene huc locata?

*haſtatum.* ADIANTHUM frondibus pinnatis: pinnis haſtato-trilobis rectis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei.
*Stirps* indiviſa, glabra, atropurpuraſcens, ſemipedalis.
*Frons* pinnata.
*Pinnæ* ſubſeſſiles, trilobæ: lobis lateralibus brevibus.
*inferiores* oppoſitæ, obtuſæ.
*ſuperiores*, acutæ, alternæ.
*Margo* crenulatus: crenulis recurvatis.

*caffrorum.* ADIANTHUM frondibus bipinnatis: pinnis ovatis inciſo-denticulatis ſubtus paleaceis.
Polypodium caffrorum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 788.

*fragrans.* ADIANTHUM frondibus bipinnatis: pinnis ovatis ſublobatis obtuſis ſubtus nudis.
Polypodium fragrans. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 789. (non 788.)

*Coromandelina.* ISOETES foliis filiformibus erectis glabris.
*Habitat* in Coromandel locis humidis tempore pluvioſo ſubmerſis. *König.*

Simili-

Simillima I. lacuſtri, ſed maior.
*Bulbus* conſtat baſibus petiolorum dilatatis, membranaceis.
*Folia* fere pedalia, filiformia, non ſemiteretia.

*lacuſtris.* ISOETES foliis ſubulatis ſemiteretibus recurvis.
Iſoetes lacuſtris. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 792.

# MUSCI.

*circinale.* LYCOPODIUM foliis bifariis: ſuperficialibus geminis, ramis convolutis.
Lycopodium circinale. *Syſt. veg. ed.* 13. *p* 794.
Lycopodioides ſquamoſum hiſpidum, extremitatibus convolutis. *Dill. muſc. p.* 473. *t.* 67. *f.* 11.
Muſcus terreſtris indicus platyceros, filicem referens. *Moriſ. hiſt. v.* 3. *p.* 628. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 51.
Muſcus filicinus elegans. *Pluk. alm.* 247. *t.* 100. *f.* 3.
*Habitat* in Braſilia.
*Rami* circinales ut in Filicibus enaſcentibus, pinnati.
*Ramuli ultimi* pinnato-imbricati.
*Foliola ſerie poſtica* maiora, patentiora.
*antica* minora, magis conniventia.
*Fructificatio* nec mihi viſa.
Media inter Filices & Muſcos.

*Gnidioides.* LYCOPODIUM foliis ternis imbricatis lanceolatis obtuſis glaberrimis, caule dichotomo, ramis elongatis, floribus axillaribus.
*Habitat* in Isle de France. *Sonnerat per Thouin.*

*verticillatum.* LYCOPODIUM foliis quadrifariis approximatis aceroſis, ramis dichotomis, floribus axillaribus verticillatis.
*Habitat* in ſylvis Inſulæ de Bourbon. *Sonnerat per Thouin.*
*Folia* ſubpatula, glaberrima.
*Rami ultimi* longi, filiformes.
*Flores* axillares.
Refert Lycopodia Selaginoidea.

POLYTRI-

*Magellanicum.* POLYTRICHUM caule ſimplici, foliis ſubulatis canaliculatis cartilagineo-ſerratis.
*Habitat* in Freto Magellanico. *Thouin.*
Simillimum P. communi, etiam femina ut in P. communi prolifera, ſed folia ſemper, tam in mare quam femina, margine cartilagineo-ſerrata.

*convolutum.* POLYTRICHUM caule folioſo, foliis involutis ſubulatis glabris, pedunculo filiformi brevi, calyptra villoſa.
*Habitat* in Isle de Bourbon. *Sonnerat per Thouin.*
*Altitudo* dodrantalis.
*Caulis* per totam longitudinem foliatus.

# ALGÆ.

*Sertularioides.* IUNGERMANNIA ſurculis repentibus: ramulis undique floriferis, foliis capillaceis æqualibus articulatis.
*Habitat* circa Upſaliam locis humidis inter Brya & Hypna, quibus arcte incumbit. *Invenit Ol. Swartz, Botanices Studioſus optimæ ſpei.*
*Surculi* flexuoſi, longi, arcte Muſcis ſæpe repando inſerati, conferti.
*Folia* capillacea, erecta, pulchre articulata, ſed adeo tenuia, ut absque lente articulatio non videri poſſit, quæ refert Sertulariam ſ. *pilos ſtaminum* Tradeſcantiæ.
*Ramuli* in omnibus axillis floriferi.
*Calyces* oblongi, ſenſim dilatati.
*Filamenta* longa, tenuia, alba.
*Fructificationes* apice dehiſcentes, unde ſtellulæ minutæ, purpureæ.
Facile ab irrepentibus Muſcis diſtinguitur pallido vel albeſcente colore.
Primo vere florens.

*niger.* LICHEN leproſus, ater, tuberculis ſubrotundis concoloribus.
Lichen niger. *Hudſ. angl. ed. 2. p.* 524. *n.* 4.
Lichen cruſta continua, aterrima, globulis ſubrotundis. *Hall. hiſt. n.* 2084.
*Habitat* in rupibus.

*Bæomyces.* LICHEN leproſus, albicans, tuberculis ſtipitatis carneis.
Lichen ericetorum (ſtipitatus). *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 806.
*Habitat* in Europæ ſterilibus. *Ehrhart.* 4.

*Icmadophila.* LICHEN leproſus, cinereus, tuberculis ſeſſilibus planis carneis.
Lichen ericetorum (ſeſſilis). *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 806.
Icmadophila. *Ehrh. phytoph. n.* 40.
*Habitat* in Europæ humidis. *Ehrhart.* 4.

*granulatus.* LICHEN imbricatus, foliolis ſubrotundis crenatis ſcabriuſculis atro-viridibus, ſcutellis fulvis, diſco depreſſo.
Lichen granulatus. *Hudſ. angl. ed.* 2. *p.* 536.
Lichenoides gelatinoſum atrovirens, auriculatum & granoſum. *Dill. muſc. p.* 140. *t.* 19. *f.* 24.
*Habitat* in arenoſis humidis.
Plumbeus, ſcatellis in diſco ſparſis, plurimis, parvis, rubris.

*Burgeſſii.* LICHEN ſubfoliaceus, criſpus, peltis elevatis extus muricato-criſpis: fundo depreſſo plano.
Lichen Burgeſſii. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 807. *Lightf. ſcot. p.* 827. *t.* 26.
Lichen foliaceus, erectiuſculus, pellucidus, criſpus, ſcutellis planis nitidis margine criſpo. *Burgeſſ. manuſc.*
*Habitat* in Scotia. *D. Burgeſſ.*

*Tremelloides.* LICHEN foliaceus, plumbeus, rugoſo-criſpus, glaber, peltis ſparſis rubris.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Simillimus Tremellæ tumidis frondibus.

*ornatus.* LICHEN foliaceus, erectiuſculus, pellucidus, criſpus, ſcutellis marginalibus plano-depreſſis rubris margine criſpis.
*Habitat* in Europa.

Pulcherrimus, totus viridi-nitens & tener.
*Frondes* parvæ & copia ſcutellorum maiorum elevatorum videtur frondibus carere.
*Scutella* nitida, plana, rubra: margine elevato, magno, criſpo-ciliato, viridi, unde peltæ quaſi in L. ſaccato apparent immerſæ.

*nigreſcens.* LICHEN foliaceus, gelatinoſus, ſubrotundus, lobatus, rugoſus, atro-virens, ſcutellis confertis rufis.
Lichen nigreſcens. *Hudſ. angl. ed.* 2. *p.* 537.
Lichenoides gelatinoſum, membranaceum, tenue, nigricans. *Dill. muſc. p.* 138. *t.* 19. *f.* 20.
*Habitat* in arborum truncis, rupibus & ſaxis.

*flammeus.* LICHEN tubuloſus, ramoſus, retuſus, croceus.
*Habitat* ad Cap. bonæ ſpei. *E Muſeo D. Montin.*
Lichen ſtructura, magnitudine & figura proxime reſpondet Lichenoidi ceratophyllo obtuſiori & minus ramoſo Dill. muſc. p. 154. t. 20. f. 49. ſed totus fulvus ſ. croceus, omnino tubuloſus, nec ſubtus longitudinaliter fiſſus, verum cylindricus, ſubramoſus, apice clauſus, & retuſus margine anguſto.

*viridis.* LICHEN umbilicatus, ſubtus niger, ſupra viridis, punctis elevatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*
Colore ſupra luteo-vireſcente diſtinctiſſimus.

*verrucoſus.* LICHEN fruticuloſus, ſolidus, ramulis teretibus capitatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei monte Tafelberg. *Thunberg.*
Lichen ceſpites latitudine manus conſtituens, ramulis pollicaribus, erectis, cinereis, filiformibus, apice terminatis capitulo magnitudine ſeminis Coriandri, rotundato, obtuſiſſimo, unde totus Lichen quaſi verrucis ſolidis, confertis obſeſſus.

*Capenſis.* LICHEN filamentoſus, ramoſus, erectus, ciliatus, flavus, peltis fulvis radiatis.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *Thunberg.*

*Liche-noides.* RUPINIA.
Aytonia rupeſtris. *Forſt. gen. n.* 74.
*Habitat* in rupibus Americæ meridionalis.
*Alga* ſtructura frondis non valde diſſimilis Targlioniæ.
***Frondes*** indiviſæ, lineares, utrinque obtuſæ, longitudine unguis, ſibi invicem hinc & illinc incumbentes; ſubtus nigræ, tuberculis marginalibus femineis rubris; ſupra viridi-albicantes, radio glabro, ſed diſco per longitudinem frondis piloſo: pilis ſubulatis, compreſſis, erectis, albis, quas antheras eſſe putant Cell. Forſteri.

***flavus.*** FUCUS ſpongioſus, ramis erectis ſubquinquangularibus laciniato-dentatis areolatis nitidis.
*Habitat* raro in fundo Freti Zeylanici. *König.*
More Corallii creſcit, ſed non durus.
Craſſus & poroſus eſt.

***pinnatus.*** FUCUS caule repente ramoſiſſimo, frondibus ſimplici-pinnatis: pinnis obtuſis æqualibus approximatis, fructificationibus verticillatis peltatis.
*Habitat* in Zeylona in Freto Chilas ſub mare. *König.*
Viridi-opacus, ſubcartilagineus: frondibus longis, tenuibus, pinnatis: pinnis lanceolatis, obtuſis.
*Inflorescentia* eſt racemus ex verticillis cum fructificationibus pedicellatis, peltatis, planis.

# FUNGI.

***Mokuſin.*** PHALLUS valva radicali, ſtipite pentagono, pileo acuto quinquepartito: laciniis conniventibus.
Phallus Mokuſin. *Act. petrop. v.* 19. *p.* 373. *t.* 5.
Mo-ku-ſin. *Chinenſ.*
*Habitat* in China prope Pekin in Mori radicibus putridis & ipſis in foliis ſemiputridis.
*Fungus* ſubſtantia molli, tenella, alba, fere ut Ph. impudicus creſcens.
*Volva* radicalis, apice diviſa in duas ſ. tres lacinias, ſtipitem vaginans.

*Stipes*

*Stipes* volva longior, pentagonus: angulis planis, fiſtuloſus: corticali craſſiore, carnoſo.
*Pileus* ſubulatus, ſubangulatus, ruber, quinquepartitus.
Laciniæ æquales, ſubulatæ, conniventes.
Cito creſcit & totam vegetationem intra duodecim horas abſolvit, abſoluta flacceſcit & putreſcit.
Chinenſibus raro edulis, cum ſæpe venenatus & verminoſus reperiatur, ſed laudant ut præſtans remedium in Ulceribus cancroſis, ſi tantum externe adhibetur, ob quam efficacem vim Incolis notiſſimus.

*carcinomalis.* LYCOPERDON clavatum, ſtipite cylindrico recto.
*Habitat* in Cap. bonæ ſpei. *D. D. Thunberg.*
*Fungus* ſtatura Agarici pileo nondum a ſtipite diſtincto, clavatus.
*Clava* ovato-oblonga, baſi dehiſcente, tomento & farina fuſca.
*Stypes* cylindricus, fibris rectis.
Pulvis in Capite bonæ ſpei ad Ulcera cancroſa in uſu eſt.

*cancellatum.* LYCOPERDON paraſiticum foliorum, cancellatum filis parallelis.
Lycoperdon cancellatum. *Syſt. veg. ed.* 13. *p.* 824. *Iacqu. auſt. v.* 1. *p.* 13. *t.* 17.
*Habitat* ſupra folia Pyri. *Iacquin.*
*Verruca* crocea, folio innata, compoſita.
*Mammilla* verrucæ apici inſidens, alba, quæ matura dehiſcit in fila parallela, apice connexa.
*Pulvis* ferrugineus, fuſcus.

*clavatus.* MUCOR perennis, ſtipite filiformi nigro, capitulo obtuſo nigro glabro.
*Habitat* in foliis Arborum.
Refert puncta in frondibus Filicum.

# PALMÆ.

*flexuosa.* MAURITIA.

Mauritii-Boom. *Surinamens.*

*Habitat* in sylvis Surinami. *Dalberg.* ♄.

*Arbor* ramis angulatis, flexuosis, glabris: articulis brevibus, sursum incrassatis; subrecurvatis, terminatis vaginis amplexantibus: geniculo cyathiformi, acutiori.

Ex alis horum exeunt per totum caulem Amenta strobiliformia, bifaria, patentissima, sessilia, basi squamis binis, maioribus, erectis, sursum falcatis.

*Amenta* ovato-oblonga, teretia, floribus arcte approximatis, patentissimis, ferrugineis tecta.

*Squamæ* rotundæ, obtusæ, separant flores.

Peracta florescentia cadunt flores, ut restet amentum cum suis squamis.

Valde singularis hæc arbor fere aphylla; doleo me non nosse nec flores femineos, nec fructum.

*butyracea.* COCOS inermis, frondibus pinnatis: foliolis simplicibus.

Pindova. *Pis. bras. p.* 62. *cum fig.*

*Habitat* in America meridionali circa fodinas Ybaquenses. *Mutis.* ♄.

Palmæ altæ monoicæ sequentem fructificationis descriptionem communicavit D. Mutis:

*Spatha universalis* cylindraceo-oblonga, utrinque attenuata, lignosa, intus lævis, extus regulis numerosis, lignosis, parallelis, longitudinaliter iuxta se positis, versus mediam partem spathæ paulo a se invicem remotis, versus apicem coalitis, ut vix regulæ ullæ distingui queant, longitudinaliter rupta, post eruptionem spadicis decidua, quatuor ad sex pedes longa.

*Spadix* eiusdem longitudinis, ramosus: ramulis simplicissimis, unius pedis longitudinis, confertissimis, sparsis; pondere deflexus, unus s. duo in singula Palma tantum masculos flores continent, reliqui sex s. octo masculos & femineos coniunctim.

*Spadix masculus* floribus omnibus masculis, bracteola parva, subovata, rigida suffultis.

*Perian-*

*Perianthium proprium* Squamulæ tres, minimæ, oblongæ, planiuſculæ, baſi ſubcoalitæ, erectiuſculæ.

*Petala* tria, linearia, teretiuſcula, utrinque attenuata, longiſſima, (ſex ad octo lineas longa) ſupra medium hinc inde inflexa, candidiſſima, ſucculenta, baſi læviter connexa, ſquamulis calycinis alterna, lævia.

*Filamenta* ſex, filiformia, petalis triplo breviora, receptaculo inſerta, ſubcoalita.

*Antheræ* lineares, longitudine filamenti, verſatiles, baſi bifidæ, biloculares.

*Pollen* ſcobiforme, candidiſſimum, minimum.

Hi Flores ad eruptionem ſpadicis vel minimo attactu delabuntur, acervum maximum efficientes.

*Spadices androgyni* floribus maſculis & femineis mixtis.

*Flores maſculi* prioribus ſimiles, ſed perſiſtentiores: femineis interpoſiti rariores; ſuperne, ubi femineus nullus, confertiſſimi.

*Petala* prioribus tenuiora.

*Filamenta* breviora.

*Antheræ* apice bicornes.

*Flores feminei* conferti, imbricatim poſiti, bracteola triplici, laxiori, planiſſima ſuffulti.

*Perianthium proprium* nullum: niſi bracteolas ſive petala exteriora pro calyce ſumas.

*Petala* ſex.

*tria exteriora* maiora, ovata, concava, baſi ampla, ſubrotundata, maximam floris partem interiorem tegentia, rudiora, cartilaginea.

*tria interiora* breviora, candida, carnoſa, tenuiora, conſimilia.

*Nectarium* corollaceum, tubulatum, tenuiſſimum, petalis triplo brevius, maximam germinis partem circumambiens, candidiſſimum.

*Germen* ovatum, ſubacuminatum, glaberrimum, altitudine petali interioris.

*Stylus* vix ullis.

*Stigmata* tria, longiuſcula, extrorſum lævia, introrſum aſperula, erectiuſcula.

*Drupa* obovata, unilocularis, ſucculenta, glaberrima, acumine paulo protuberante apice notata, baſi corolla indurata, perſiſtente, vicem calycis agente cincta, obſolete trigona.

*Nux* cortice cartilagineo & pulpa fibroſa, exſiccata, rigidiſſimis factis obtecta, duriſſima, lineolis longitudinalibus ſubſtriata, altero latere convexa, altero ſubplana, oblonga, utrinque ſubacuta, tribus foraminibus obliquis ad baſin pertuſa.

*Nucleus* cartilagineus, duriſſimus, ſapore nuclei C. nuciferæ.

*Uſus.* Nuces contuſas & ruditer contritas in aquam iniiciunt Incolæ, ut earum nuclei lenta macerationе, absque ulla ignis actione vel expreſſione tandem ſolvantur. Butyrum aqua innatat, materia graviore in fundum ſecedente. Triplici lotione tota materia butyracea extrahitur. Sub gradu vigeſimo Thermometri Reaumuriani ſupra gradum congelationis conſiſtit inſtra Batyri albidi, at ſub gradu vigeſimo tertio iam inſtar Olei liqueſcit. Hoc communiſſimum Incolis Americæ calidioris. Pulpa ſucculenta eſt valde mucilaginoſa & ſubdulcis, quæ Porcis inpinguandis inſervit. Oleum ſ. Butyrum Indianis quotidiano in uſu eſt, & in uſu culinari diætetico & medico, in europæis Officinis pharmaceuticis recens ſemper valuit, rancidum vero nocuit, hinc oblivioni nunc traditum.

*Annotationes.*

Ex palmarum nucleis parari poteſt ſimile oleum & ex diverſis ſpeciebus paratur & diverſa methodo. Ex Elais guineenſis habet Iacquinus in Hiſtoria plantarum americ. p. 280, palmarum oleum parari. Methodum præparandi variam vide apud Aubletium in Hiſt. des Plantes de la Guiane francoiſe, append. p. 96.

In America calidiori etiam dari Palmas ſebiferas & ceriferas audivit D. Mutis.

Pulcherrima Palmarum hiſtoria, botanice elaborata, Botanicis exſpectanda ab acutiſſimo Obſervatore D. D. Mutis, qui per plures annos in ipſa Palmarum patria vixit.

---

# INDEX
## GENERUM ET SPECIERUM.


Acalypha 422.
Acanthus 294. 295.
Achras 210.
Achyranthes 159. 160.
Acrostichum 444.
Adianthum 446. 447.
Adonis 271. 272.
*Aegopricon* 63. 413.
Aeschynomene 330.
Agrimonia 251.
Agrostis 107. 108.
Aira 108. 109.
Aizoon 260. 261.
Albuca 196.
Alchemilla 129.
Allamanda 165.
Allium 196.
Aloe 205. 206.
*Alstonia* 39. 264.
Alströmeria 206. 207.
Amaranthus 419.
Amaryllis 195.
*Amasonia* 48. 294.
*Ambroma* 54. 341.
Ammannia 127.
Amyris 216.
Anabasis 173.
*Ancistrum* 10. 89.
Andromeda 237. 238.
Andropogon 432. 433.
Annona 270.
Anthemis 378.
Anthericum 201. 202.
*Anthistiria* 13. 113.
Antholyza 96.
Anthospermum 440.
Anthoxanthum 89. 90.
Anthyllis 325.
Antirrhinum 279. 280.
*Aphyteia* 48. 301.
Apluda 434.
Apocynum 169.
*Aponogeton* 32. 214. 215.
Arabis 298.
Arbutus 238. 239.
Arctotis 385.
Arenaria 241.
Arethusa 405.
*Argophyllum* 22. 156.
Aristida 113.
Arnica 376.
Artemisia 362.
*Artocarpus* 61. 411. 412.
Arum 410.
Asclepias 169. 170. 171.
Aspalathus 320. 321. 322.
Asparagus 203.
Asperula 120.
Aster 373.
Astragalus 337. 338.
Astrantia 177.
Athanasia 361. 362.
Atractylis 349. 350.
Atragene 270.
Avena 111. 112. 113.
Aytonia 49. 303.

Baccharis 366.
*Banksia* 15. 126. 127.
Barleria 290.
*Barnadesia* 55. 348.

*Barringtonia* 50. 312.
Bartsia 278.
Befaria 246. 247.
Begonia 419. 420.
Berberis 210.
Bergia 243.
Besleria 280.
Betula 416. 417.
Bignonia 282. 283.
Blæria 122.
Blakea 246.
Blechnum 445.
*Brathys* 43. 268.
Bromus 111.
Brunia 156.
Bryonia 423. 424.
Budleia 123.
Büchnera 287. 288.
Buphthalmum 379.
Bupleurum 178.

Cacalia 351. 352. 353. 354.
Cachrys 181.
Calceolaria 86.
Calendula 384.
Campanula 139. 140. 141. 142.
Camphorosma 128.
Capparis 263. 264.
Capraria 284.
Carduus 348.
Carex 413. 414.
Carlina 349.
*Carolinea* 51. 314.
Carthamus 350.
Cassia 230. 231. 232.
Cassine 184.
*Castilleia* 47. 293.
*Casuarina* 62. 412.
Celastrus 153. 154.
Celosia 161.
Celsia 281.
Centaurea 383.
Cestrum 150.
Cheiranthus 296.
Chelone 279.
Chenopodium 171. 172.
Chiococca 145.
Chironia 151.
Chlora 218.
Chrysanthemum 377.
Chrysocoma 359. 360.
Cicca 416.
Cinchona 144.
Cineraria 373. 374. 375. 376.
Cissampelos 432.
Clematis 271.
Cleome 300.
Clerodendrum 292.
Cliffortia 429. 430. 431.
Clutia 432.
Cocos 454.
*Codia* 33. 228.
*Commersonia* 26. 187.
Conocarpus 146.
Convallaria 204.
Convolvulus 135. 136. 137.
Conyza 367.
*Coprosma* 24. 178.
Coreopsis 380.
Cornus 125.
Corymbium 392.
*Corynocarpus* 21. 156.
Cotula 377. 378.
Cotyledon 242.
Cramba 299.
Crassula 188. 189. 190. 191.
Cratægus 253.
Crinum 195. 196.
Crithmum 180.
Crotalaria 322. 323.
Croton 422.
Cucumis 423.
Cunila 87.
Cupressus 421.
*Cussonia* 25. 182.

Cyanella 201.
Cynanchum 168. 169.
Cynogloſſum 100.
Cynoſurus 110.
Cyperus 102. 103.
Cytiſus 327. 328.

Dactylis 110.
*Dalbergia* 52. 316. 317.
Dalechampia 421.
Daphne 223.
Datura 146.
Daucus 179.
Delphinium 267.
Dianthera 85.
Dianthus 240.
Dictamnus 232.
Digitalis 282.
*Dilatris* 10. 101.
Dioscorea 427.
Diosma 154. 155.
Diospyros 439. 440.
*Diſa* 59. 406. 407.
*Diſandra* 32. 214.
*Dodecas* 36. 245.
Dodonæa 218.
Dracæna 203. 204.
Dracocephalum 274.
*Drimys* 43. 269. 270.
Droſera 188.
Duranta 291.
*Duroia* 30. 209.

Echites 166. 167.
Echium 131. 132.
Eclipta 378.
*Ehrharta* 28. 209.
Elæocarpus 266.
Elymus 114.
*Embothrium* 16. 128.
*Epacris* 19. 138. 139.
Epidendrum 407.
Eranthemum 82.
Erica 219. 220. 221. 222. 223.
Erigeron 368.
Erinus 287.
*Escallonia* 21. 156.
*Euclea* 67. 408.
Eupatorium 354. 355.
Evolvulus 186.
Evonymus 154.
Exacum 123. 124.

Fagara 125.
*Falkia* 30. 211.
Ferraria 407.
Feſtuca 111.
Ficus 441. 442.
Forskohlea 245.
*Forſtera* 59. 407.
*Fothergilla* 42. 267.
Fuchsia 217.
Fucus 452.
*Fuirena* 11. 105.
Fumaria 314.

Galaxia 31. 211.
Galega 335.
Galenia 227.
Galium 121.
*Gardenia* 23. 162. 163. 164. 165.
Gentiana 174. 175.
Geranium 304. 305. 306.
Gerardia 278. 279.
*Gethyllis* 27. 198.
Gladiolus 94. 95. 96.
Glycine 325. 326.
Glycyrrhiza 330.
Gnaphalium 362. 363. 364. 365.
Gnidia 224. 225.

*Gomozia* 17. 129.
Gomphrena 173.
Gorteria 381. 382.
Grewia 409.
*Guſtavia* 51. 313.

Hæmanthus 193.
*Haloragis* 34. 229.
*Hartogia* 16. 128.
Haſſelquiſtia 179.
Hebenſtreitia 286. 87.
*Hedycarya* 67. 431.
Hedyotis 119.
Hedyſarum 330. 331. 332. 333.
Heliconia 157. 158.
Heliophila 296. 297. 198.
*Hemimeris* 45. 280.
Hermannia 301. 302.
Hermas 435. 436.
Hibiscus 308. 309. 310. 311.
Hippia 389. 390.
Hippuris 81.
Holcus 433.
Hyacinthus 204.
Hydrocotyle 175. 176. 177.
*Hydrophylax* 14. 126.
Hypericum 343. 344. 345. 346.
Hypoxis 197. 198.

Iaſione 392.
Iatropha 422.
*Ignatia* 20. 149.
Illecebrum 161.
Indigofera 334. 335.
*Inocarpus* 35. 239.
Iris 97. 98. 99.
Iſoetes 447. 448.
Iuncus 208. 209.
Iungermannia 449.
*Iungia* 58. 390.
Iuſſieua 235.
Iuſticia 84. 85.
Ixia 91. 92. 93. 94.

Kyllinga 11. 104. 105.

Lapſana 348.
Laſerpitium 181.
Lavandula 273.
Lawſonia 219.
Leontodon 347.
Lichen 449. 450. 451.
Limeum 214.
Lippia 288.
Lilianthus 134.
Lithospermum 130.
Lobelia 392. 393. 394. 395. 396.
Lonicera 146.
Loranthus 211.
Lotus 340.
Lychnis 244.
Lycium 150.
Lycoperdon 453.
Lycopodium 448.
Lycopus 87.
Lythrum 259. 260.

*Maba* 65. 426.
Malva 307.
Mangifera 156. 157.
Manulea 285. 286.
Maranta 80.
*Margaritaria* 66. 428.
*Maſſonia* 27. 193.
*Mauritia* 70. 454.
Medicago 340.
Melaleuca 342. 343.

Melanthium 213.
Melastoma 236.
Melica 109.
Melochia 302.
*Melodinus* 23. 167.
Mentha 273.
Menganthes 133.
Mesembryanthemum 258. 259. 260.
Mespilus 254.
Messerschmidia 132.
*Millingtonia* 45. 291.
Mimosa 436. 437. 438. 439.
*Mniarum* 8. 81.
Monsonia 341. 342.
*Montinia* 65. 427.
Moræa 99. 100.
Mucor 453.
*Müllera* 53. 329.
*Mutisia* 57. 373.
*Myristica* 40. 265.
*Myrosma* 8. 80.
*Myroxylon* 34. 233.

Nardus 105.
Nepeta 272. 273.
Nyctanthes 82.

Ocymum 275. 276.
Oedera 390. 391.
Oldenlandia 127.
Ononis 324.
Onopordon 349.
Ophioglossum 443.
Ophrys 403. 404.
Orchis 388. 399. 400. 401.
Ornithogalum 198. 199. 200.
Orobanche 288.
Orobus 327.
Osbeckia 215.
Osmites 380.
Osteospermum 385. 386.
Othonna 386. 387. 388. 389.
Oxalis 243. 244.

Pæderota 84.
*Pallasia* 37. 252.
Panax 441.
Panicum 107.
*Pandanus* 64. 424.
Parietaria 434.
Passerina 225. 226. 227.
Passiflora 408.
Pavetta 121.
Peltaria 295. 296.
Penæa 121. 122.
Perdicium 376.
Periploca 168.
Phaca 336. 337.
Phalaris 106.
Phallus 452.
Pharnaceum 185. 186.
Phaseolus 325.
Phlomis 274.
*Phormium* 28. 204. 205.
Phryma 277.
Phylica 153.
*Phyllachne* 62. 412.
Phyllanthus 415.
Piper 90. 91.
Plantago 125.
Plinia 253.
Plukenetia 421.
Poa 109. 110.
Polemonium 139.
Polycarpon 115. 116.
Polygala 315. 316.
Polygonum 228.
Polymnia 383. 384.
Polypodium 445. 446.
Polytrichum 449.

*Pommereulla* 12. 105.
Pontederia 92.
Porflandia 143.
Portulaca 248.
Prenanthes 347.
Primula 133.
Protea 116. 117. 118.
Prunus 252.
Pfidium 252.
Pforalea 338. 339.
Pfychotria 144.
Ptelea 126.
Pteris 445.
Pterocarpus 317. 318.
Pteronia 355. 356. 357. 358.
Pyrus 255. 256.

Quaffia 234. 235.

Ranunculus 272.
Raphanus 299.
*Renealmia* 7. 79.
Reftio 425.
*Retzia* 18. 138.
Rhamnus 152. 153.
Rheum 229.
Rhexia 215. 216.
Rhododendrum 237.
Rhus 183. 184.
Ribes 157.
Robinia 330.
Roella 143.
Rofa 262.
*Rottbölla* 13. 114.
Royena 240.
Rubus 263.
Ruellia 289. 290.
Rumex 211. 212.
*Rupinia* 69. 452.
*Ruffelia* 24. 175.
Ruta 232.

Saccharum 106.
Sagittaria 419.
Salicornia 81.
Salfola 172. 173.
Salvia 88 89.
Sapindus 228.
Satyrium 401. 402.
Saxifraga 240.
Scabiofa 118.
Scilla 200. 201.
Schoenus 101.
Scirpus 103. 104.
Scoparia 125.
*Scopolia* 60. 409.
Scrophularia 280.
Sedum 242.
Selago 284. 285.
Selinum 179. 180.
*Semecarpus* 25. 182.
Senecio 369. 370. 371. 372.
Serapias 404.
Serpicula 416.
*Sheffieldia* 18. 135.
Sibbaldia 191.
Sibthorpia 288.
Sida 307.
Sideroxylon 152.
Silene 241.
Silphium 383.
Sifon 181.
Sium 181.
Smilax 427.
Solanum 147. 148.
Sonchus 346.
*Someratia* 38. 252.
Sophora 230.
*Sparrmannia* 41. 265.
Spartium 319. 320.
Spermacoce 119. 120.
Spinifex 432.
Spiræa 261. 262.

Stæhelina 358. 359.
Stapelia 171.
Statice 187.
Sterculia 423.
Stilbe 441.
Stipa 111.
Stœbe 391.
Stratiotes 268.
Struthiola 128.
Strychnos 148. 149.
*Symphonia* 49. 302.

Tacca 37. 251.
Tarchonanthus 360. 61.
*Tektona* 20. 151.
Terminalia 434.
*Ternströmia* 39. 264.
Tetragonia 257. 258.
Thalictrum 271.
Theobroma 341.
Thesium 161. 162.
Thlaspi 295.
Thuia 420.
*Thouinia* 9. 89.
*Thunbergia* 46. 292.
Tillæa 129.
Tournefortia 133.
Trachelium 143.
Tradescantia 192.
Tragia 415.
Trapa 128.
Trifolium 339.
Trigonella 340.
Triticum 114. 115.
Tulbagia 193. 194.
Tulipa 196.

Unxia 56. 368.
Urena 417. 418.
Urtica 417. 418.
Utricularia 86.

Vallea 42. 266.
Verbena 86.
Verbesina 379.
Veronica 83.
Viburnum 184.
Vinca 166.
Viola 396. 397.
*Virecta* 36. 251.
*Visnea* 36. 251.
Vitex 293. 294.
Volkameria 292.

Wachendorfia 101.
Weinmannia 227.
Winterania 247.

Xanthium 418.
Xeranthemum 365. 366.

Zamia 68. 443.
Zögea 382. 383.
Zygophyllum 232.

INDEX

# INDEX
## SYNONYMORUM.


Achyranthus 159.
Aciphylla 181.
Acorus 268.
Acronychia 218.
Adianthum 443.
Aegilops 114.
Agastachys 414.
Alder 417.
Alnus 417.
Alsine 244.
Amaranthoides 161.
Amaranthus 159.
Ambrosia 418.
Anacardium 182.
Andromeda 337.
Andropogon 113.
Anonis 324.
Anonyma 209. 311. 329.
Anonymos 427.
Apocynum 170. 171.
Araci species 327.
Arbor siliquosa 230.
Arre 417.
Asphodelus 95.
Astragalus 333. 334.
Atrodactylis 424.
Auricula ursi 133.
Austella 150.
Averrhoa 416.
Aytonia 452.

Bæothryon 103.
Balsamona Pinto 249.
Bankfia 226. 227.
Bebe-boom 317.
Bergkias 162.
Bipinulla 405.
Blackburnia 126.
Blattaria 281.
Bromelia 424.
Broodboom 443.
Büchnera 86.
Buffelblad 418.
Buffelhórn 146.
Buglossum 130. 133.
Bulbus 201.
Buram Chadali 332.
Butonica 312.
Buux-horn 283.

Caaghiyvyo 236.
Cabureiba 203.
Cacao 314.
Camphertplant 368.
Cara-Carinam 85.
Carduus 349.
Carim-gola 192.
Caryophyllæa 227.
Caryophyllus 240.
Catechu 439.
Centaureum 123.
Centaurium 123. 124.
Centella 175. 176.
Cerodea 257.
Chamædrys 83.
Chordorrhiza 414.
Cineraria 371.
Coa-opia 344.

Colpoon 161.
Commerſona 312.
Conyza 366.
Cotyledon 303.
Cratæogonum 120.
Croton 415.
Cuphea 249.
Cycas 443.
Cyperus 414.
Cyphia 396.

Decaspermum 252.
Dicera 266.
Digitalis 84.
Dilatris 101.
Diſandra 214.
Donatia 115.
Drymeia 414.

Elleborine 177.
Epidendron 427.
Euodia 125.
Euphorbium 171. 191.
Evonymus 185. 428.

Filicula 447.
Flos Tigris 407.
Folium 157.
Fuſanus 161.

Gandaruſſa 85.
Genista 328.
Gerberia 278.
Globba 79.
Groſſularia 157.
Groſſulariæ fructu non ſpinoſa 236.
Gymnandra 278.

Hæmanthus 195.
Heleonastes 414.
Helleborine 177.
Helonias 197.
Hemerocallis 207.
Hevea 422.
Hoitziloxitl 233.
Hyacinthus 204.
Hydnora 301.

Iaparindaba 313.
Iaſione 177.
Iasminoides 150.
Icica 216.
Ipecacuanha 144.
Ioriadia 379.

Kaida 424.
Kaki 439.
Katu-Kurka 273.
Kattu-Vaella-Ericu 133.
Keyra 424.
Ki 439.
Kölpinia 348.
Kölreuteria 228.
Koſaria 276.
Kyllinga 104. 105.

Lagotis 278.
Leipe 417.
Lena-Noel 135.

Leptospermum 342. 343.
Leptostachys 414.
Leucoglochin 413.
Lichenoides 450. 451.
Lignum equinum 283.
Lignum Rhodium 135.
Ligusticum 179.
Limonium 187.
Linaria 279.
Lingua cervina 445.
Liparia 322.
Lonchophyllum 405.
Lychnis 241.

Malococca 409.
Malva 308.
Mammea 312.
Marmolade dooſes boom 209.
Mauritii - boom 459.
Medicago 317.
Melasma 278.
Melilotus 339.
Mercurialis 175.
Mespilus 255. 256.
Meſſerſchmidia 182.
Mo - ku - ſin 452.
Moppeboom 145.
Moutouchi 318.
Munda - Valli 136.
Muscadier 265.
Muscus 148.
Muſſenda 163.
Myrtus 343.

Naru - Kila 80.
Nemolapathum 211.
Nigrina 278.
Nir - Atti 442.
Nir - Schulli 289.
Nür Pongelion 283.
Nux myristica 265.

Orchis 405. 406.
Orelia 165.
Ornithogalum 201.
Oviedæ affinis 291.
Oxys 244.

Pachira 314.
Padre - Pu - Marau 282.
Padri 282.
Padus 428.
Pagapata 252.
Pandacaqui 145.
Panicum 114.
Pao Seringa 422.
Papegoyen - Beck 158.
Parva - Kelanga 214.
Pemphis 249.
Periclymenum 269.
Peyricoboom 270.
Phyllitis 445.
Pindova 454.
Pirigara 313.
Plumiera 165.
Polypodium 447.
Pombalia 397.
Pſyllophora 413.
Pterococcus 252.

Quaſſia 235.

Rademachia 411. 412.
Restiaria 187.
Ricinus 415.

Rima 411.
Rindera 130.
Ringwormboom 344.
Rothmannia 165.
Rubia 185.

Salfilla 206.
Salfola 172.
Saururus 214.
Schoenus 89. 104.
Scirpus 414.
Scobon 380.
Secale 115.
Sergeant 314.
Sibthorpia 214.
Sideritis 84.
Simarouba 234.
Simaruba 234.
Sifyrinchium 95. 194.
Skinnera 217.
Slaapers 157.
Soccus 411. 412.
Solandra 176.
Stipa 432.
Swart Yzerhout 165.

Tenageia 208.
Tenahme-shil Eberfyn 327.
Tettan Kotte 148.
Thunbergia 162.
Thymelæa 223.
Tiru-Tali 137.
Triticum 115.
Tulipa 196.

Ulrä 417.
Ufepale 168.

Verbascum 281.
Veronica 278.

Wachendorfia 101.
Will-Padri 283.

Xiloxochitl 314.
Xiphophyllum 404.

FINIS.

# EMENDANDA.

Pag. 23. in Charactere essentiali GARDENIÆ adde:

*Corolla* monopetala.

*Antheræ* tubo corollæ absque filamentis insertæ.

Pag. 41. SPARMANNIA lege SPARRMANNIA.

Pag. 49. *Io. Ayton* lege *Guil. Aiton.*

AYTONIA lege AITONIA.

Pag. 75. RUPINIÆ Genus exclude, species MARCHANTIÆ est.

Pag. 84. Exclude omnia Synonyma IUSTICIÆ *ciliaris* excepto Iacquini.

Pag. 91. PIPER *methysticum* lege PIPER *latifolium,*

Pag. 95. Omnia Synonyma sub GLADIOLO *gramineo* excludantur.

Pag. 101. Ultimam observationem sub MORÆA exclude.

Pag. 131. CYNOGLOSSUM *Rindera* lege CYNOGLOSSUM *lævigatum.*

---

LONDINI,
1781.

CAR. a LINNÉ.